

**HISTORIA
ITALIAE ET
HISPANIAE
GENEALOGICA.
EXHIBENS...**

Jacob Wilhelm Imhof



EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.

DIE 3. IUNII 1791.

1. 4. 252

1. 4. 252

HISTORIA
ITALIAE
et
HISPAÑIAE
GENEALOGICA.


Pro Eundemissimo anno Selectissimo
anno M.DC.XXIIII Agusti. Iulii. Octavio
Fantonis immoae Petri
hoc observantissime et ratione
citat. Etat
auctor.

АЛЯОТЫН
АЛЛАТЫ
СЭ
АЛМАСИН
АДАГОЛАЭН

4.4.252



E. Nauyer del. et sc.



HISTORIA
ITALIÆ ET HISPANIÆ
GENEALOGICA.

exhibens instar prodromi

STEMMA DESIDERIANUM

ab ima radice cum suis stirpibus ac ramis,

UNDE

ITALIÆ & HISPANIÆ REGES PROCERESQUE,

quorum syllabus altera abhinc pagina oculis subjicitur,
pullularunt, deductum

EXEGESI HISTORICA PERPETUA

ILLUSTRATUM

IN SIGNIUMQUE ICONIBUS

EXORNATUM.

ACCESSIONE

continentis ergo historiæ, præcipue Insubricæ,

FAMILIÆ SFORTIANÆ GENEALOGIA.

RECENSENTE

JACOBO WILHELMO IM-HOF.



NORIMBERGÆ,

Suntibus JOANNIS HOFFMANNI Vid. & ENGELBERTI
STRECKII, Bibliopol.

Literis ABRAHAMI de WERTH, ANNO M DCC I.

¶¶¶



ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO
COMITI AC DOMINO,
DOMINO

LUDOVICO GODEFRIDO
COMITI AB HOHENLOE
DYNASTÆ IN LANGENBURG
FELICITATEM.



CONDITIONE temporis præsentis, quo Italia Hispanaque omnium oculos ac ora in se convertunt, stimulante, cum impetum cepisse emittendi in lucem publicam genealogias familiarum, quæ dictis in regionibus, eodem sub sole calentibus, olim imperitarunt, hodieque primas secundasve tenent, longo studio,

(2)

nec

nec facilis negotio collectas, & in ordinem pro virili redactas, non diu circumspexi, cui eas ex more scriptoribus recepto- sacrarem, cujusque nominis splendore vestibulum libri au- gustius redderem. TIBI enim ILLUSTRISSIME CO- MES, publicum venerationis meæ documentum sistere diu gestiebam, Tuque non natalibus modo, sed omnis ele- gantis doctrinæ studiis inter cunctos eminebas, à quibus o- peri commendatio accederet. Quippe cum ea ortus sis fa- milia, quæ in Germania nostra plurimorum jam spatio se- culorum florentissima, Proceribusque ejus inserta, & Cæsa- ribus Regibus, Principibus cognatione conjuncta, in Itali- am quoque fulgoris sui radios diffudit, & Romandiæ Mar- chiones è gremio suo largita, ita jubar suum exeruit, ut gen- tilium de ALTA FLAMMA cognomèn impleret, in id omni cura & cogitatione incumbis ut Majorum gloriam pro- priis illustres augeasque virtutibus: enimverò pietatem, à religiosissimis Parentibus TIBI à teneris, quod ajunt, un- guiculis instillatam, tanquam fundamentum omnium virtutum, præcipue colis, DEI summi cognitione, in qua sola fa- pientiam esse Laetantius non verè minus, quam piè, scripsit, nihil antiquius habes, eamque morum innocentia expri- mendam esse rectè censes, atque exemplo doces; civili præterea prudentia imbutus, sic vitam instituis, ut omnia, consilia, omnes actiones ratio moderetur, jus sumimum fa- cultate & copia commodandi, non securitate peccandi ex- periris, beneficentia & humanitate inter Tuos eminere, quam potestate, mavis, nec videri modo patiens, sed facilis audiri, è proximo accipis votahominum Tuorum, Theodo- sium Magnum Imperatorem imitando, cujus in virtutibus istas quoque Panegyristes posteritati commendavit. Ubi verò ingentium curarum laxamenta quæris, instar refe- ctionis existimas laboris mutationem, avidè libris inhians, & interiores literas amœnioraque studia, Historiam in primis & Genealogicen, quibus ingenium illustre juvenis admo- dum dedisti, etiam nunc in oculis & delitiis habens: hinc om- nis

nis ævi æta, cunctarum gentium res' gestas, omniumque in cultiore orbe stirpium illustrium origines, vicissitudines, & stemmatum flexuras, tanquam unguis digitosque Tuos ita novisti, ut haud facile quisquam toga vel sago clarus in annalibus occurrat, cujus genesin exemplò expedire non possis. Tam excellentes conspicuæque animi Tui dotes, quas certis auctoribus comperi, & rudipenicillo adumbravi, graphicè & condignè exprimendis impar, jam pluribus ab hinc annis in TUI amore & cultum me cæperunt alicere, vehementer auctum, postquam TUA erga me propensio ac benevolentia mandatis, quibus me honestasti, aliisque argumentis & indiciis patefacta mihi fuit. Quoniam ergo, quo me affectus rapit, eodem ratio pellit, Tuique animi, studiis historicis & genealogicis impensè dediti, contemplatio trahit, TIBI, EXCELLENTISSIME COMES, hoc, quicquid est literarii muneric, do, dico, consecro, utinam virtutum Tuarum tam perenne, quam observantiæ meæ sincerum monumētum. Ei si vultum letum, oculosque benignos commodabis, & locum in penetralibus Tuis concedes, feram in cœlum istam humanitatem, colam animo, tuebor quibus potero officiis, uberrimumque laboris, quo hic mihi fœtus constitit, fructum me tulisse putabo. Ita DEUS Optimus Maximus TE cum ILLUSTRISSIMA DOMO in hac rerum perturbatione in column florentemque quam diutissime conservet!

Norimbergæ d. IV. Kal. Septembr.
Anno æræ Christianæ
M DCC L

JAC. WILHELMUS IM HOF.

STEMMATICUS DESIDERIANI SCIAGRAPHIA.

Stemmatis
DESIDRIANI
radix
DESIDERIUS
Rex Longobar-
dorum,
unde
ortae stirpes.

- I. Berengariorum, Regum Italiae & Imperatorum Roman.
- II. Comitum Burgundiæ, quæ enati sunt rami Comitum Viennenium, Cabilonenium & Palatinorum Burgundiæ, Principumque Arausionenium.
- III. Regum Castellæ & Legionis, nec non Aragoniæ, & omnis denique Hispaniæ.
- IV. Regum Neapolitanorum, ex Aragoniis.
- V. Noroniana, in Lusitania, è qua prodierunt Comites de Villaverde, Marchiones & Dukes de Villareal & Caminha, Comites & Dukes de Linnares, Comites de Mon Santo & Marchiones de Cascaes.
- VI. Henriqueziana, in Castella & regno Neapolitano, quæ produxit Comites de Melgar & Dukes de Medina de Rioseco, Thalassarchas Castellæ, Marchiones de Tarifa & Dukes de Alcala, Comites de Alva de Aliste, Principes de Squinzano &c al.
- VII. Emanuelensis, unde prognati Domini de Belmonte in Castella, & Comites de Villaflor. in Lusitania.
- VIII. Cerdana, quæ insititia est, & Dukes de Medina cœli Marchionesque de Cogolluto, Hispaniæ Magnates, protulit.
- XI. San Martiniana, in Pedemontio, è qua provenerunt Comites & Marchiones de l'arella, Agliè & Sancto Germano.
- X. Viscontia, sive stirps amplissima Vicecomitum Mediolanensem.

INDEX TITULORUM

in hoc opere occurrentium.

Literæ R. Pr. D. M. C. & Dn. diversa axiomatum genera , videlicet Regum, Principum, Ducum , Marchionum , Comitum & Domitorum significant.

A.				pag. 193
Admirales Castellæ,	pag. 104.	105	de Cislago M.	<u>136.138</u>
Aladri (d' Aglie) Dn. & C.	<u>144.</u>	<u>148</u>	de Cogoludo M.	<u>105.111</u>
Albizati Dn.	<u>208</u>		de Cortes Dn.	
de Albuquerque C.	<u>41.</u>	<u>65</u>	E.	2.3
Alcala D.	<u>108.</u>	<u>138.</u>	Eporediz (d' Urea) M.	<u>126</u>
de Alcannizes M.	<u>106.</u>	<u>112</u>	d' Escalonæ Dn.	
de Alcoutin C.	<u>91</u>		F.	148
de Allemagne B.	<u>148</u>		Fontaneti C.	<u>2</u>
d' Alva d' Alife.	<u>110.</u>	<u>112.</u>	Fori Julii D.	
de Aquilar Dn.	<u>17.</u>	<u>41</u>	G.	
Aragoniz R.	<u>47.</u>	<u>64</u>	de Galerato C.	<u>193</u>
Araulonis Pr.	<u>21</u>		de Gamalero C.	<u>160</u>
Arionz D.	<u>104.</u>		de Geraci M.	<u>82</u>
d' Arlay B.	<u>21</u>		de Gijon C.	<u>90</u>
d' Aumale C.	<u>39</u>		de Gör Dn.	<u>40.41</u>
d' Auxerre C.	<u>22</u>		H.	<u>64</u>
B	pag. 148		Hispaniz R.	
de Bayre C.	<u>1.6</u>		I.	<u>2.11</u>
de Belmonte Dn.	<u>43</u>		Italiæ R.	<u>21</u>
de Benavente D.	<u>37.51</u>		de Joigny C.	<u>138</u>
de Benavides Dn.	<u>18.</u>	<u>41.</u>	L.	<u>138.139</u>
Biscajæ Dn. & C.	<u>114</u>		de Ladrada M.	<u>36-43</u>
de Bolannos Dn.	<u>146</u>		de Laguna M.	<u>94.95</u>
de Bregnano M.	<u>113</u>		Legionis (de Leon) R.	<u>198</u>
de Brezanos Dn.	<u>146</u>		de Linnæs C. & D.	<u>245</u>
de Brozzo M.	<u>223</u>		de Lonato C.	
de Burgonovo C.	<u>16.18</u>		de Lorenzè Dn.	
Burgundia Comites	<u>24</u>		M.	
Reges			de Mascon C.	<u>16.17</u>
C.	pag. 90		de Massino Dn.	<u>195</u>
de Cadaval Dn.	<u>82</u>		de Medina Celi C. & D.	<u>136-138</u>
Calabriæ Dn.	<u>91.</u>	<u>93</u>	de Medina de Riofeco D.	<u>104-106</u>
de Caminha D.	<u>111</u>		Mediolani Vicecom. & Duc.	<u>156-158.220</u>
de Campi M.	<u>144</u>		Meleniani Dn.	<u>158</u>
del Canavefe C.	<u>222</u>		de Melgar C.	<u>104.106</u>
de Caravagio M.	<u>208</u>		Menelæs famil.	<u>92</u>
de Carbonara C.	<u>65</u>		de Modica C.	<u>106</u>
de Cardona D.	<u>126</u>		de los Molares C.	<u>108</u>
de Carrion C.	<u>217</u>		de Molina Dn.	<u>38.39</u>
de Carimati C.	<u>96</u>		de Montaldo D.	<u>82</u>
de Cascaes M.	<u>12</u>		de Monsanto C.	<u>96</u>
de Caſſano Dn.			de Montealegre Dn.	<u>116</u>
Casteliz R.			de Montenovo C.	<u>115</u>
de Castro familia			de la Motta M.	<u>191</u>
Cefarini D.			N.	
de Chalon C.			Navarræ R.	<u>45.47.64</u>
de Cheles Dn.			Neapolis R.	<u>64.80.81</u>
			de Noronna Dn.	<u>90</u>
			() 2	de Ouano

INDEX TITULORUM.

O.	Sfortiana <i>famil.</i>	pag. 220 & seqq.
de Onnano D.	de Siutra C.	<u>127</u>
de Oropesa M.	de Soma Dn.	<u>190</u>
d'Ozegne C.	de Squinzano Pr.	<u>115</u>
P.		
Papiz C.	de Tarifa M.	<u>108.</u> <u>138</u>
de Parella Dn. & M.	de Tonnere C.	<u>20</u>
de Pesaro Dn.	de Trastamara C.	<u>42.</u> <u>104</u>
de Proceno M.	Tufciz D.	<u>11</u>
R.		
de Ritozz Dn.	de Valderabbano M.	<u>112</u>
de Ripagorza C.	de Valmontone Pr.	<u>226</u>
de Rivarola M.	de Valentia Dn.	<u>38.</u> <u>19</u>
de Rozano Dn.	de Vertus C.	<u>156</u>
S.	de Viana Pr.	<u>64</u>
de S. Agatha M.	Vicecomitum <i>famil.</i>	<u>156.</u> & seqq.
de S. Alessandro M.	de Vienne C.	<u>17</u>
de S. Damiano M.	de Villaflor. C.	<u>112.</u> <u>129</u>
de S. Fiora C.	de Villahermosa D.	<u>66</u>
de S. Germano M.	de Villanueva M.	<u>109</u>
de S. Martino C.	de Villareal C. & M.	<u>22</u>
de S. Vito M.	de Villaverde Dn. & C.	<u>90</u>
de Salizeto C.	de Villena D.	<u>65.</u> <u>126</u>
de Segni C.		
de Segorbe D.	de Zebico Dn.	<u>127</u>
de Sezè C.		
T.		
V.		
Z.		





PRÆFATIUNCULA; SIVE INTRODUCTIO.



Llustriorum in Italia Hispaniaque familiarum genealogias Latinis illustrare literis, atque adeo telam historico genealogicam, quam orfus sum, continuare ac perfexere, horis succisivis, cum gestire animis, aliarum remissionum, inanumque oblationum, quibus illæ pleisque pereunt, jamdiu satur, visum est ab illa exordium capere familia, quam nobilissima Italica regio, veteris regni sedes, antiquioribus Gallia Cisalpina, recentioribus LOMBARDIA dicta, in exemplum antiquitatis, nobilitatis ac fecunditatis ostentat. Enim verò VICE-COMITUM MEDIOLANENSIMUM gens, toto orbe clarissima, sicut nec vetustatis decor, nec imperii, quo antiquitus usque ad rei Italicae arbitrium valuit, magnitudine, nec rerum gestarum gloria ulli concedit, ita oriunda esse creditur a valta & fertilissimastirpe, cuius rami, per Italianam, Galliam, Hispaniamque & Siciliam diffusi, potentissimos Reges, præstantissimos Principes, Italicae Hispaniaque semper proceres, denso agmine, longaque; pompa seculis omnibus fesse offerentes, ediderunt; adeo ut magnum aperiant theatrum, quo utriusque regni, quorum familias persequi intituimus, historiam conjungere, & summa rerum medio ac recentiore ævo ibi gestarum capita exhibere liceat. Et quamquam splendidissima familia, varietate fortunæ jactata, in summo rerum humanarum apice, quem olim tenuit, perstare nœquiverit, in secundis tamen tertiusvè haud minore hodieque fama consitit, & opibus, clientelisque ac honoribus, virtute ac industria partis, ita redundant, ut avitum decus referat magis, quam deterat, summamque majorum fortunam animis æquet. A fatore stirpis DESIDERIO nomen operi præsenti imponere, idque Stemmatis Desiderianii genealogiam inscribere placuit exemplo Stemmatis Witichindei, quod ante centum & plures annos Elias Rennerus edidit, in varias nec uni solo insitas stirpes, non secus ac præsens, diffusum divisumque. Locum illi proximum occupavit Stemma Sfortianum, ut inserviret continuationi ac seriei historiæ Insubrici principatus, quippe quem à Vicecomitibus inchoatum Sfortiadæ absolverunt. Favete Leætores, & facite æquanimitas vestra nostram ad edendum cætera, quæ in promptu sunt, augeat alacritatem & industriam.

A

TABU.

L
DERIANI RADIX
REGES ITALIÆ:

Christi 756. usque ad annum 774. Ux. ANSA.

Ansilberga, <i>Abbatissæ ap. Brixianæ 700.</i>	Adalperga ux. <i>Argijæ Ducis Benefic.</i>	Luitberga <i>nup. Thafilo- ni D. Bojor.</i>	Hermengardis, f. <i>Defiderata, Ux. Caroli M. R. Fr. 770. repud. 772.</i>	Berta, nup. <i>Carolomanno, patrueli, R. Caroli M.</i>	II.
<hr/>					
					III.
<hr/>					
			Atto Ansarius, Marchio Eporedix, An. 876. <i>Felida, al. Volja.</i>		IV.
Judith, Heilw- cha.	Adalbertus Marchio Eporedix <i>† circa Ann. 924. 1. Gisella, Berengarii Imp. & R. Ital. fil. 2 Ermengarda, Adalberti M. Tunscie fil.</i>		Manfredus Be- tengarius, Co- mes.	Hugo.	V.
2. Ansarius, Marchio Spoleti cr. An. 934. occ. 939.	Hugo, Comes. <i>Berta, f. Erminza.</i>		Ermenulphus Al- gerius, Comes. <i>Maria Erminza</i> Soror.	Bertrada, <i>Abbatissæ.</i>	VI.
Fulco Autpertus Comes.	Wido, Comes.		Atto, Episc. Ver- cellens. 440.		VII.
<hr/>					
Obizzo, qui & Amizzo, Comes. <i>Mitildis, Luitolphi Dux. Sve- vie s. Ottonis M. Imp. septis.</i>	Addo Comes, <i>Idda, Mitildis Soror.</i>		Adalbertus Mar- chio.		VIII.
Adulfus Man- fredus, Comes.	Bonifacius, qui etiam Facius Comes Mediolani & Angleriz, Dn. Albizati & Befnati Gisla, Adalberti Com. fil.			Alinda Ux. <i>Widonis Mat- cionis.</i>	IX.
Azzo, Marchio & Comes Mediolani ann. 1033.	ELIPRANDUS VICECO- MES Mediolani. <i>Vid. Tab. XXXI.</i>			Algisia, mo- nialis.	X.

EXE.



EXEGESIS HISTORICA.



VICECOMITUM Mediolanensem origo, sicut plerumque gentium illustrium, fabulosis involvitur initia: neque enim deitunt, qui eam à Venere ac Jove derivare, per Anchisen, Aeneamq; & Ascanium deducere, postremo filium, cui ANGLO nomen, supponere, huncque ANGLERIAZ fundamentis inscribere sustinuerunt. (a) Evidet ab Anglia Comitibus prodidisse Vicecomites pervulgata est opinio; illos autem perhibent ante novissimum Mediolani sub Friderico I. excidiū inter Longobardicos proceres dignitate ac potentia facile principis extitisse, cumque Imperatori nunquam non acerrimè restitissent, urbe capta ad supplicium universos raptos fuisse, uno tantum, quem vel Vivianum vel Galvaneum vocant, ad triumphum servato. Hunc ajunt è custodia elapsum, ingenti virtute injurias domui sue illatas ultum ivisse, & Germanis plus simplici vice cæsis restituenda patriæ, & vindicandæ libertatis, tum in taurandæ stirpis auctorē fuisse. Sed ab antiquis in fabulae dulcedinem hæc quoque composita esse, cùm alii scriptores, tum imprimis TRISTANUS CALCHUS, sive CHALCUS, Mediolanensis historiographus, (b) agnoverunt. Magis explicatam atque exploratam stirpis suæ originem habere jam sibi videtur gens nobilissima fulgam veteribus tabulis documentisque, quæ ab Excellentissimo Mediolanensi Senatu & Nobilissimo Jurisconsultorum in eadem urbe Collegio comprobata collegit, typisque exscripta evulgavit HIERON. BIFFIUS, (c) addito in calce voluminis schemate, quo à genitore ultimi Longobardorum Regis DESIDERII, ERMENTULPHO, tanquam à stipite, initio stemmatis ducto, & vocatis in consanguinitatem Berengarii, Regibus Italiae, Vicecomitum familiam, nusquam intercisa serie, à stirpe ad hanc usque ætatem percessit. Jo. Palatius, haud inglorius apud Venetos scriptor, priorem schematis illius partem, atque ex documentis nonnulla excerpit, & Aquile suæ Saxonica (d) inseruit, cum hac epicrisi. *Hec si vera sunt, ut Mediolanensi decrevit Senatus, quam plurime historicorum corrunt genealogie.* Constatiblarentur, verò etiam nonnullæ atque illustrarentur: deberemus enim iisdem indicium progenitorum utriusque Berengarii, qui imperium Italij seculo X. obtinuerunt, nec non consanguinitatis, qua sibi mutuò, præter affinitatis vinculum, juncti erant. Corroboratione porrò exinde Ottonis Wilhelmi, satoris Burgundicæ amplissimæ stirpis, quæ Reges Cœliac ac Légionis, omnisque tandem Hispania ac Sicilia edidit, genus, à Berengario II., alijs quoque derivatum scriptoribus, quos inter Andream Chœzem (Du Chem) nominasse, sit causam vicisse. Denique, ne pluribus immorari, Ottoni Magno Imperatori duæ vindicantur neptes, è filio ipsius natu maximo Luitadolfo prognatae: videlicet *Mildis* quæ uxor Obizzonis Comitis, & *Idda*, quæ Addoni ejus fratri nupta fuisse dicitur.

Longobardi, quorum propenies Vicecomites nostri habentur, *ab intacte ferro barbe longitudine ita appellati*, ut habent Pauli Warnefridi verba, jampridem nativis in Scandia insula magna sedibus relictis in Germaniam, atque inde in Pannoniam, *Andoino* Rege, se effuderant,

(a) *Vid. prefat. in Antiq. Vicec. Georg. Mernle.*

(b) *Hist. Mediol. Lib. X.*

(c) *Titulus operis hic est: Gloriosa Nobilitas illustrissimæ familiz Vicecomitum, &c;* unà cum diplomaticis, publicisque tabulis, &c. Mediolani 1671.

(d) pag. 176. &c seqq.

rant, eaque occupata mox Alboino, Andoini filio, regnante, quasi denud avið laetioris soli in Italiam transierant; evocatos fuisse à Narfete; Imp. Justiniani Duce bellico, Italie vindice, cum contumeliam, à Sophia Augusta acceptam, iret ultum, communis autorum est sententia. Aquileia & Foro Iuliensis regiuncula primæ sub illorum imperium ditio nemque ceciderunt: his in formam ducatus beneficiarii redactis Longobardi arma longius protulerunt, & superato anno Abdua ad Insulæ penetrarunt; ubi novo regno condito, & non minus legibus, quam armis fundato, indigenæ facti sunt, sedemque imperii Ticini, que urbs nunc PAVIA dicitur, quarto lapide supra ostium fluvii cognominis sita, constituerunt, & universæ regioni perpetuum à se nomen dederunt. Incidit hoc Longobardici regni in Italia initium in annum seculi Christiani sexti septuagesimum. Neque verò illa Insubrum terræ ampla licet ac fertilis, omniumque copia rerum opulenta, Longobardorum cupidini suscepit; sed citiori quoque Italie examine armato immisso Spoleto occuparunt, indeque Beneventum progreffi, instituto utrobius ducatu, etiam usque ad Rheygium, extremam Italie civitatem; Siciliæ vicinam pervenerunt, & quia illi intra maris undas columna quædam fuisse posita dicitur, usque ad eam Regem Ambarim, qui secundus ab Alboino numeratur, equo accessisse, eamque haftæ fusiæ cuspide tetigisse, dicentem, usque huc erunt Longobardorum finis, memoriae Paulus Warnefridus mandavit. (e)

Regnante Aistulpho ad sumnum peruenit Longobardorum in Italia imperium, locum decremento imò periodo fatali factum. Ille enim medio seculo octavo Ravenna potitus, Exarchatum Orientalium Imperatorum, jam sesquicentarem, delevit, & tanquam frēto ac Alibus classiis regnum universum, saltem voto, Italiam complexus est. (f) Roma sola supererat, à qua, velut jure sibi obnoxia postquam Ravenna manus dederat, tributum postulare, & Summo Pontifice ob glisceniem jam hierarchiam id detractante, vim adhucere cum sustinisset, arma Francorum in se traxit: horum quippe Rex novus Pipinus, à Stephano III. Papain auxilium vocatus, præstò adfuit bene de se merito vice iterata, & Aistulphum cogit relinquere Ravennam, & alias Exarchatus & Aemiliae urbes cum Pentapoli, easdemq; Pontifici Romano tradere, qui eo ipso patrimonium Divo Petro se vindicasse viderit voluit. Aistulphus cum non ita multè post vitam in venatione amississet, & quidem improlis, DESIDERIUS regnum obtinuit, qui illi Comes stabuli & Dux Tuscæ beneficiarius fuerat. Parentem ejus Verissimi nomen habuisse COIMS della Rena in Commentatione Italica de Duciis & Marchionibus Toscæ nuper edita, tradit, in stemmate vero Vice Comitum superius allegato ERMINIPIBUS Dux & filius ALACHIUS appellatur. Desiderius desiderio modum ponere nefsciens, nec antecessoris periculo cautior factus, & se & regnum pessum dedit. Pari enim, ac ille, luidine universæ Italie dominandi correptus, Pontifici Romano turbas dedit, bellumque intulit, & civitates aliquot eripuit. Iste sedi suæ quoque timens opem ad exemplum antecessoris imploravit Regis Francorum Caroli, Pipini filii, quem inter & Desiderium ira ac similitudinem exarserant, hic ex repudio filiæ, illi ex protectione uxoris & filiorum Carolomanni, à patruo profugorum, ortæ. Carolus itaque ad preces Papæ Hadriani anno DCCLXXIV. cum exercitu in Italiam erupit, & Desiderium, fugientem magis quam pugnantem atque intra Ticini mœnia se recipientem, denique ad deditioñem compulit, secumque deinde unà cum uxore ejus Ansa in Galliam abduxit. Atque hoc paþto Longobardorum in Italia regnum vel finitum, vel saltem intercisiū, atque ad Francos translatum, est. (g)

Liberorum Desiderii numerus non satis exploratè cognitus est: apud antiquiores scriptores mentio occurrit gnatarum quatuor & filii unici, qui ADALGISI nomen habuit, & à genitore in societate regni, more ab antecessoribus saepius usurpato, adscitus fuit; idem orto cum Carolo Rege Francorum bello ad Veronam defendendam missus, sed imparem, se ratus sustinenda obsidione, excessit, atque in Græciam evasit, ubi ab Imp. Constantino opibus copiisque auxiliis & munitus bellum in Calabria civit, Ducatumque Beneventi occupare tentavit; verum conferta pugna fusus & captus, atque in tormentis habitus expiravit. (h) Filiarum Desiderii nomina hæc sunt: Ansilberga, quam genitor, Siganio (i) referente, divino cultui virginem destinavit, atque eimonasterium ad urbem Brixæ ædificare,

(e) de gestis Longob. Lib. III. Cap. 32.

(f) Erc. Putean. Hisp. Insubr. Lib. III. Cap. 14. M. C. 1.

(g) Sigan. Hisp. Ital. Lib. III. Putean. Hisp. insib. L. III. C. 17.

(h) Sigan. Lib. III. & IV. Putean. L. IV. Cap. 3.

(i) Hisp. It. L. III. ad an. 750.

uxore Ansa & Adalgiso adjuvante, instituit, absolutò postea, cum transisset an. DCCLX. & Domino Salvatori, & S. Juli & Martyi dedicato, Abbatiam præposuit. *Adelperga*, conjux Aragisi, quem Desiderius Ducebat Beneventi, in locum Gisolfi an. 762, mortui, creavit, (k) nupta Thafiloni Regi Bojorum, &c. Hermengardi, quam *Cosinus della Rena* desideratam, nonnulli Theodoram, multi Bertam, appellant, à Carolo R. Fr. an. 770 ducita, sed post biennium è matrimonio exturbata. His modo dictus autor quintam adiicit, nomine *Bertbam*, eamque Carolomanno Juncum in Desiderii clientelam se contulisset, in manū convenisse tradit, sed *Valerianus Castilionens*, qui *Eman Thesani Epitomen Regni Italie* notis illustravit, seniori Carolomanno, qui frater fuit Caroli Magni, nuptam fuisse putavit, (l) inductus sequentibus Annalibus Fuldenis verbis: anno 770 Bertrada reginaliam Desiderii Regis Longobardorum Carolomanno filio suo coniugio socalandam de Italia adduxit. Enumeratis Desiderii liberis in schemate supra citato duo adhuc adduntur virilis sexus EBERHARDUS & ANSPRANDUS; ille sub Comitis, hic sub Abbatis ad S. Vincentii Mediol. titulo eosque innuissé arbitrantur *Antonius Archiepiscopum Florentinum*, ita in Chronico suo (m) scribentem: *Desiderius cum uxore & filiis comprehendit* in quod Caroli M. Regis ordinatione in Gallia de portantur; nec non *Pand. Emilium*, Desiderius, inquietum, Longobardus cum uxore parvisque liberis Leodinum Ebuvonum exilio causa a R. Carolo, & ibi dissimulante custodiari iussus est. (n) *Castilionens* (o), jam paulò ante laudatum, Bernardinus appellat, qui nobis Everardus dicitur, & unum eundemque cum Asprando, atque adeò *binominem* fuisse statuit, ad testimonia provocans Scriptorum Italicorum benē multorum, & quidem inter antiquiores *Galvanum Flammam*, & *Bernardini Corii*, qui dnos tantum filios Desiderii tribuant, videlicet *Adalgarum* & *Bernardum* s. *Asprandum*; hunc perhibent recuperata libertate in Italiam rediisse, & Angliae, ad lacum Verbanum s. Majorem sitæ, nec non Eporediae Comarchum factum illutrem Vicecomitum familiam condidisse. *Gualdus Prioratus* in vita Casparlini Vicecomitis, quam cum aliorum fago & toga excellentium virorum vitis recensuit, refert Everardum, Desiderii filium, in custodia apud Francos agentem morum suavitatem & mira æquanimitate, qua infelicem domus suæ fortem moderatè ferebat, maximum sibi apud bonos omnes benevolentiam conciliasse, & ducita uxore se laud indigna numerosam post se reliquias sobolem; duos præcipue mares, videlicet *BERENGAVIUM* & *WIDONEM*, tertium *Hugonem* Bifflu diu posis addit, tres alios Castilionæus ex Corio, nempe *Ottoneum*, *Falconem* & *Facinum*.

Berengarius pater constituitur EVERARDI Comitis, cui Imp. Ludovici Pii gnatam *Gislam*, uxorem tribuunt. Hoc par nobile conjugum cam sanctimoniacam tenuisse fertur, ut post obitum in Divorum calendarium reponeretur, & Sancti Everardi memoria die XVI-Decembris coleretur. *Eo nomine ab Alberto Miraeo in falso Belgicos & Burgundicos* (p) revelatus est, cum encomio, quod addidisse non erit opinor lectori fatidio: *Everardus Comes potentissimus* uxore habuit *Gislam*, *Caroli Calvi Imp. & Gallie Regis sororem germanam*, ex qua phares utriusque sexus liberus fuit. Possebat antem predia amplissima variis in locis, ut in Longobardia, Comitatu Tarvisio, Atesiana, Hasbania, Taxandria, Condrilla, Anthrovia, Cifonio, Vittacio & aliis. ut ex Testamento constat, quod an. 837 scripsit, quodque ex autographo *Florentinus Heraeus lib. de Castellani Insulensis* publicavit. *Idem Cijonii Ecclesiam* edificavit, ac dotavit, de qua sic in Testamento suo loquitur: *Tertius filius meus, Adalardus, volumus, ut habeat cormem nostram in Cifonio, cum omnibus, quæ ad ipsam Ecclesiam in supra dicto loco Cifonio pertinere disponui, in tali tenore, ut ipsam Ecclesiam eo ordine, quo ego constitui, semper custodiat, & nihil auferri de his, quæ ei dedi permittat per se aut, per quemcumque. Obiit S. Everardus in Italia, indeque corpus eius Cijonim est advenit per Urochum filium primogenitum. Hic Sanctam arthanis fratribus in Historia Genealogica Regum Galliae Princeps Attestat appellatur. Secundus Everardi filius Berengarius fuit, Dux deinde Forojulicis & Rex Italie factus, cui à genitore in testamento modò citato Psalterium cum anno scriptum legatum fuisse in Operi Diplomatico Mabillois legitimus* (q). In suppuratione anni quo testamentum illud feci, Everardus erratum esse à Miræo *Anselmus* monachus Parisiensis in Additionibus ad Historiam suam genealog. dominus Francie notavit: cùm enim in illo hæc sub finem legantur verba: *aliam in Comitatu Tarvisiano, in corte nostra Misistro, imperante Domino Ludovico Augusto, anno regni ejus XXIV, Miræus regnum Ludovici pii innui existimavit, qua ex ratione illi annus Christi supra octingentesimum trigesimus & septimus prodit.* *Anselmus* è contra revocatis ad exactiore calulum anni, quibus Ludovicus Pius Italice regnum tenuisse dici possit, duos tantum supra viginti

(k) Ibid.

(l) pag. 232.

(m) Parte II. Tit. XIV. Cap. 1. §. 6.

(n) Hist. Franc. Lib. II.

(o) op. cit. pag. 385.

(p) pag. 741.

(q) Lib. I. Cap. 10.

DE REGI LONGOB.

viginti numeravit, statuitque, de imperio Ludovici II verba illa intelligenda, atque adeo ad annum DCCCLXVII, qui vigesimus & quartus modo dicti Imperatoris fuerit, referendum esse Everardi testamentum; allegavit præterea tabulam Cisoniensim, die XIV Aprilis anni sequentis 868 scriptam, in qua Gisla, coniug Everardi, videlicet soror Caroli Calvi diserte appelleatur, ita ut ex ea tum genus & regia origo Gislae corroboretur, tum conclusi possit, illum ipsum annum Everardo vitæ postremum fuisse.

(x) Fecit vero ille Mirae error, ut Hadrianus Valeſius, cum jam dubitaret de Gisla, Ludovici Pii Imper. filia, nequam sibi in veterum scriptorum monumentis repertæ, à Miræo, Cheſneo & Sanclamarthanis gratis dictum, neque cuiquam historia & temporum perito credibile esse existimaret, quod BERENGARIUS, Everardi & Gislae filius, Ducatum Forojuhensem ac postea Regnum Italæ tentuerit. Sed Berengarii Regis Italæ & denique Imperatoris natales resque gestas nemo exquisitus & diligentius Viro illo Eruditissimo persecutus est: erit quippe & veteri codice Patavino Carmen Panegyricum de Landulfo Berengario Aug. à Poëta anonymo ei coævo scriptum, idque eleganti dissertatione, quinque capitibus constante, cui titulus Berengarius Augustus, & notis doctissimis illustratum anno 1663 edidit. Delibabimus ex eo opere quæ ad præfens institutum pertinent, & primum, quæ Valeſio de patria & genere Berengarii fuerit sententia dicemus. Ea à vulgata & plerisque autoribus, antiquis pariter & novis, recepta opinione toto, quod ajunt, cœlo differt, illaque stante fundamenta stemmatis, quod ex Biffo Palatioque transcriptum exhibuimus, nutant, imo labant. Totus enim in eo est, ut demonstret Berengarium regio Francorum genere ortum fuisse, illosque erroris convincat, qui cum Dominio, Ottone Frisingensi, Gottfrido Viterbiensi & Platina cum natione Longobardum faciunt; itaque eō trahit, quicquid Panegyristes ille cecinit de Berengarii à Carolo Magno ortu, & cognatione cum Arnulfo & Ludovico, illo Germanæ, hoc Provinciae Rege, de regno Italæ a sceptrigeris ejus propinquis duictum posse, atque adeo avitæ instar hæreditatis ei à Deo collato; rationem, tamen propinquitatis Berengarii cum regia Francorum familia aliam reperire non potuit, quam ut existimaret, illum non aliter quam materno sanguine istam contigisse, & forsitan ex aliqua Ludovici Pil sovore avum Berengarii Aug. cognominem furto conceptum fuisse. (r) Quod si verò de materno tantum Berengarii generi intelligenda sunt, quæ Panegyritis de origine ejus à Regibus Francorum scripsit, potuit paternum à Longobardis duxisse bona illius pace, à quo sub initium statim carminis Princeps Italius vocatur, quam quidem appellationem aliter Valeſius interpretatur. (s) Materia autem Berengarii Aug. à Regio Francorum sanguine origo magis in aperto est, si matrem ei concedimus Gislam, Ludovici Pil Imperat. gnatam, tabula Ciloniensi, supra ex Anselmo citata, nixi, in qua Gisla Everardi, patris Berengarii, vidua, & R. Caroli Calvi, Ludovico Pio geniti, soror diserte dicitur. Fidem his adstrutum literæ Berengarianæ, quas Andr. Cheſneus Tomo III. scriptorum rerum Fr. infrauit ex chronicis monasterii Acutiani sive Farfensis, aliaeque, quas ex libro Instrumentorum monasterii Casauriensis Valeſius recensuit: (t) in prioribus enim Bérengarius Aug. Carolum Magnum prozunum suum Carolum Serenissimum Imperatorem nuncupat, in posterioribus Ludovicum juniores Aug. Imperatoris Lotharii filium, Ludovici Pii nepotem, Confobriniū suum quartu vocat, quibus nominibus illos appellare jure haud poterat, nisi Ludovicum Pium solum habuisset, id quod ipse Valeſius vidit, eaque propter Carolum Magnum Berengarii Aug. abavum potius dicendum fuisse scripsit, suam scilicet sententiam tuiturus. (w) Patrem Berengario Eberhardum sive Everardum Ducem Forojuhensem fuisse sicuti non dissentit Valeſius, ita eorum, qui eidem Comitis quoque Cisoniensis titulum dant, nec non testamento ejus à Miræo produci autroritatem elevat. Everardum porto natum esse tenet Berengario Duce, Huicoci Comiti filio. (v) quem Duxem fidelem & sapientem, Ludovici Pii propinquum (confocerum voce propria secundum sententiam communiorum dicendum) anno regni ejus XXIII immatura morte præceptum esse *Thebanus* in libello de gestis modo dicti Imperator. refert. *Huius* Comes itaque, incomptata originis, Berengarii protinus paterna fuisse Valeſio videtur, in cuius locum Itali scriptores Everardum s. Bernardum Ansprandum surrogant, filium Deſiderii Longobardorum Regis, quo equidem satum à virgine Regia ad concubitum furtivum admisum fuisse, qui dixerit, honori ejus magis velificabitur, quam Valeſius, de homine agenealogo tale quid suspicatus. Sed de his quemque pro arbitrio sentire cum viro sæpè laudato patior, atque ad res gestas Berengarii Aug. progredior, ductu & verbis Valeſianis maximam partem eas enarraturus.

(r) pag. 75.

(s) pag. 63.

Italia

(t) p. 231. & seqq.

(u) pag. 75.

(w) Bereng. Aug. Cap. III.

Italæ regnum à Carolo Magno atmorum jure partum, cum ejus posteri per seculi & quod excurrerit spatium utcumque tuati essent, & Carolus Crassus anno DCCCXXXCIX, prius Idus Januarii ex Imperatore & totius Franciae Monarcha privatus obiisset in Alamannia, regna Francorum veluti legitimo desstituto herede in partes a sua compage resoluta sunt, non quoque de suis viribus Regem sibi creare disponenti, sicut Regino scripsit. (x) BERENGARIUS, filius Eberhardi Dux Fohorulienensis, in Italia, RODULFUS, Chuostradi filius, in Superiori Burgundia, & ODO Dux, filius Rotberti, in Francia Occidentali & in Aquitania ac parte Burgundie Reges facti. Ex his BERENGARIUS hortantibus Optimatibus Ticini coronari se iussit, moxque cognitus Arnulfum Regem Germania Italianum cum validis copiis ingredi & regnum Italicum occupare decrevisse Tridentum ad eum venit, obtinuitque ut ille regnum Longobardorum totum sibi relinquenter, exceptis villis Regis seu publicis quos *Centres* vocant & pauculis aliis ut ex *Annales Fuldenensis* & *Chronico Hermanni Valeius* refert. (y) Dum ita Berengarius Ticino abesset WIDO Spoletinorum Dux, frustratus per Odensem ipse regni Gallici, quod vivente adhuc Carolo sibi cum Berengario pactus esse LUITPRANDO fertur, (z) coadii copiis in Italiam reversus, Cameribusque & Spoletinis sibi adjunctis, nonnullis etiam Berengarii partium pecunia corruptis, *Rex Italiae* sub finem ejusdem anni salutarem bellumque Berengario infert. Bis inter intrumque pugnatum est, priore prælio ad flumen *Tribiam*, circa Placentiam vicum Widonem, & spolia castrorum à Widonianis collecta, ejusdemque permisssi corpora cæsorum à Widonianis sepulta esse *Panegyrides* supra citatus, (a) nec non *Erchempertus* Monachus Cassinensis, auctor & ipse æqualis eorum temporum à *Camillo Peregriño Neopol* editus (b), memoria proddiderunt. Posteriorē pugna multum utriusque exercitus sanguinis fufum, & nocte pugnam direntam esse, Berengarium tamen tunc inferiorem dicasississe, idem *Poeta* scribit, discors à Luitprando, Sigeberto ac Sigonio, qui Berengarium utraque pugna esse superatum perhibuerunt. WIDO occupato Longobardorum regno anno DCCCXCI à Stephano VLPapa Romanam arcessitur ac IX. Kal. Martias *Imperator* constitutus consecraturque; BERENGARIUS ex adverso regno puluis Arnulfum Regem adiit, ejusque patrocinio contra hostem expopositi quemadmodum *Regino* (c) refert, *Panegyristes* autem Arnulfum sua sponte nec rogatum Berengario, ut amico & propinquio suo, subvenisse & ducentas trans Alpes copias dedisset Zwentibaldo filio perhibet, (d) hunc post frustra oppugnatum per XXI dies Ticinum accepta à Widone pecunia domum rediisse inglorium *Luitprandus* (e) & *Sigoni* (f) scribunt. Anno DCCCXCII. Wido Augustus imperium ac stabile habere sibi visus LAMBERTUM filium suum consortem ejus adscivit. (g) Elapso abhinc biennii spatio Arnulfus tum Formosi Papæ tum, Berengarii nuntiis precibusque excitatus cum valido exercitu fines Longobardorum intravit, atque à Veronesibus, comite Berengario, receptus, Bergomo expugnato, præfectoque ejus Ambrofio de arbore laqueo suspenso, ceterarum urbium incolas, in primis Mediolanenses & Ticinenses, perterriti, ut occurrerent venienti, & pollicerentur se imperata facturos, cumque ad Placentiam venisset converso derepente agmine per Alpes Penninas Galliam ingressus est, Acaunumque petuit, ut improposito incursu crudum invium sibi Regem Rodulfum obtereret, cuium unitissimi in locis latenti cum nocere non posset, regio in qua regnabat igne ferroque depopulata. Imperator WIDO excedentem Italia Arnulfum dum insequitur ad flumen agri Placentini *Tarum* vomitu crux extinguitur anno regni Italici VI, Imperii IV, Christi DCCCIV. *Lambertus* ejus filius cum matre, *Ageltrinde* regnum obtinuit, Romamque veniens à Pontifice diadema Imperatorum sibi imponendum curavit. (h)

Arnulfus Formosi Episcopi Romani literis ac nuntiis iterum invitatus & in auxilium vocatus aduersus Sergianorum factionem, Lambertii patrocinio ferocientem, anno DCCCXCV. mensis Septembri Italianum denuò intravit, & sequenti anno Romanum pervenit, quam Ageltrudis præsidio militari tenebat; sed ea clam profugiente, urbeque occupata Arnulfus à Formo in Basilica SS. Apostolorum Petri & Pauli inunctus, coronaque capitii ejus imposita *Imperator* appellatus est. Inde castellum Piceni Firmum, quod le Ageltrudis contu-

(x) *Regino* ad ann. 888.(z) *de reb. Imp. Et Reg. Lib. I. Cap. 8.*(b) *Hist. Langob. Benev. §. ultimo.*(d) *Lib. III.*(f) *Lib. VI.*(y) *Bereng. Ang. Cap. 5.*(a) *Lib. II.*(c) *Annal. Lib. II.*(e) *Lib. I. Cap. VII.*(g) *Vales. Bereng. Ang. Cap. V. ex Chronico Casan- rienji MS.*(h) *Vales. loco citato.*

contulerat, dum obsidet ab ea soporifero medicamento potionatus obsidionem solvere cogitatur. Comes adebat Arnulfo BERENGARIUS, qui comperto Arnulfum excacandi sui consiliū innisi Veronam, carissimam & fidelissimam sibi urbem, celeri fuga repetiit. Quare spretus ab Italibz ob fidem violatam Arnulfus, Ticini multos suorum per tumuitum oppidanorum amisit, & Eporedia muris ab Ansario Marchione exclusus domum se recepit, inseque eum per Larium lacum Rotoldo notho ejus filio, quem Mediolani reliquerat. Tum Berengarius Regnum Italicum usque ad flumen Abduam recepit, cætera LAMBERTO reliquit, cumque is anno DCCCXCVII. per insidias suorum fracto collo interiussit, solus & sine conforto toto regno Longobardorum potitus est. (i)

Anno CMI Hungari Longobardorum fines ingressi cædibus, incendiis ac rapinis cuncta devastarunt & tunestam Berengario Italiamque cladem circa Brentam agri Patavini amnem infixerunt, illius magis culpa quam sua virtute victores. Novus eadem tempestate Berengario hostis æmulusque regni à Principibus Italiae, ac præfertim ab Adalberto Tuscæ vel Lucae Marchione, accersitur semel atque iterum Ludovicus Rex Provinie, Basilius ex posteriore conjugi Hermengarde, Imperatoris Ludovici Junioris gnata, filius; is cum secunda vice in Italiam præter jusjurandum Berengario datum descendisset, isto in Bojoriam expulso totum regnum Longobardorum occupavit, Romanique ingressus à Benedetto Papa ejus neminiis quarto diaemate capiti imposito Imperator est appellatus, sed aliquando post à Berengario, intra muros Veronæ noctu recepto, captus oculisque orbatus, cum annos III regnasset in Italia, uti ex Chronico Monasterii Cassinensi. Valesius refert. Destitutione Ludovici BERENGARIUS torius Longobardie cōpos iterum factus, non menzis & insigne Imperiorum sibi deberi ratus est, quod Wido & Lambertus & Ludovicus, etiam ab ipso vici, erant consecuti; Roman ergo venit anno CMXVI accitus à Johanne X. Papa, auxilium aduersus Saracenos, Garelium montem occupantes, implorante, ibique die Pasche in Basilica S. Petri diadema cingitur, ungit argue & salutatuc Imperator, quæ solemnia sepe laudatus Paragymnes prolixe metris suis descripsit. Post illa Adalbertus Eboracensis Marchio, qui Gilebam, Berengari filium, duxerat, & Odervetus Comes Palati natione Suevus, Gileberanus Comes, Lanbertus Mediolanensis Archiepiscopus, nonnullique alii Princes Italie à Berengario defecere, Rodolphumque Regem Jurensis Hungarie, Rodulfum filium & successorē, Burchardi Suevorum. Ducus generum, per nuntios arcifliveret; quos cum Berengarius Aug. ope Hungarorum magna rebellium, in primis Odelrich, cæde edita vicerit, Gilebertus, quem captum Imperator dimiserat incolumem, data fidei & accepti beneficii ob litus, Rodulfum in Italiam adduxit; is postquam i conjuratis, optimatibusque & dimidia parte incolarum receptus fuisset, pugnatum est s̄. mel atque iterum; priore prælio superatus Rodulfus, posteriore vicit, & Berengarianos conjectit in fugam. Desertus à suis Berengarius media inter cætorum cadavera procubuit, ut simulatione mortis evaderet, ac ne à quoquā agnoscetur corpus scuto texit. Quidam ex Rodulfi militibus Berengarii jacentis pedem, qui fortè intectus apparebat, halta pupigit: cumque nihil moveri eum vidisset, mortuum ratus discessit. Nocte Berengarius ex media strage assurgit tacitus, solus palatum suum repetit, ac rursus rerum potitus Rodulfum vincit acie. Tandem pace facta ambo regnum Italie inter se dividere; sua utrige pars regionis cœsset, ita tamen ut Rodulfus sub Berengarii dictione esset. Tot prælia & strages invitare exterros ad occupandum regnum Italicum videbantur. Igitur HUGO potentissimus Arlatensis vel Provincialium Comes, Basilius ejus frater & Hugo aliis, Tagliastro (sector ferri) cognominatus cum copiis advenere; quibus Berengarius occurrens armatus, viis omnibus infelix nec opinantes undique inclusit, suisque interdixit, ne quemquam ex hostibus interficerent, sed quemcunque cepissent, naribus auribusque amputatis dimitterent. Quod cum esset factum, tres supradicti Duces, quibus circumventis & fame ac inopia pressis ipsis hostem evadendi nulla supererat, excalcati, manibus Evangelia præferentes, ad Berengarium venturi, petitaq; venia iurant ipso vivo se in Italiam non reversuros; quos Berengarius incolumes cum suis domum redire permisit. Hæc à reliquis scriptoribus omissa Constantinus Porphyrogenitus, auctor æqualis, in libro de administrando Imperio minoris tradidit. Berengarius cum postea Veronam se contulisset, ibidem à Flamberto compatre ac familiari suo homine perfido, per insidias interfectus est anno Christi, si Luitprandus & Sigonius seqvimir, 923, si Frodoardum 924, sedenique Siegerbertum 925. Longævitatis ejus, sex enim supra triginta ad minimū annos regnavit, biondum, Platinam, Egnatium aliosque ed seduxit, ut duos ex uno illo facerent

C

(i) Item ex Regin. Annal. Met. Mariano Scoto & Sigonio.

cerent Berengarios, & primum jam ante Ludovici Regis Provinciae in Italiam adventum, satis concessisse putarent. Uxorem Berengarius Augustus habuit *Berthilam*: ei patrem fuisse *Supponem*, & tres fratres, Supponis filios, quos viro suo auxiliares adjunxerit, Panegyristes saepe citatus innuere videtur. Suppo autem iste in chronicis monasterii Casauriensis vocatur *Suppo Piceni Comes, qui & Dux inscrivitur, in Imperatoris (Ludovici Junioris) exercitus fulgidus. Berthilam posteaquam malum fecuta consilium marito fidem non servasset tori, ab eodem veneno sublatam esse*, idem Poëta solus memoriae prodidit, cuius de illa versibus narrationem de Berengario Augusto obsignabimus:

*Pariter tria fulmina belli
Supponide coēunt, Regi sociābat amico
quos tunc fida satis conjux: peritura venenis,
sed postquam baſtura est inimica bortamina Circos.*

Berengario è vita sublato totum quidem Italiae regnum RODULFUS occupavit, sed brevi temporis spatio tenuit, magnūmque recordia documentum dedit, cum non tantum ab Ermegarda, Adalberti M. Eporediae vidua, regno illum emundatum eunte, sibi verba dari atque illudi pateretur, sed etiam ad primum nuncium de adventu Hugonis Comitis Arelensis, quem ad capessendum Italiae regnum, proceres iterum acciverant, id deseret, atque in Burgundiam suam revolare. (k) Hugoni patrem *Sigonius & Puteanus* tribuunt. Lotharium Comitem Arelensem, qui filius fuerit Lotharii Regis Lotharingie; sed pergerā : nepotem quidem hujus Hugonem extitisse confessas est veritatis verum non è gnato cognomini, qualem Lotharius II. non habuit, sed è Filia Bértha, Theobaldo Comiti nupta, prognatum illum fuisse, à recentioribus genealogis demonstratum est. Haud impeditive nec absurdè subtexturus videor diagramma geneseos & progeniei Hugonis, emendatius & plenius illo, quod Er. Puteanus in *Historia Insubrica* exhibuit.

(k) *Luitpr. & III. C. 2. § 2. Sig. L VI. Pnt. L VI. C. 1. § 2.*

Bertha

Bertha, Lotharii II. Regis Lotharingiae filia, nupta

1. Theobaldo Comiti,

2. Adalberto cogn. Diviti Duci & March. Tusciae IL

Hic obiit d. 17. Aug. 917. illa d. 10. Mart. 925.

1. Hugo C. Arelat. Rex Italiae cor. Mediolani, an. 926. † an. 947.	1. Boilo Dux & M. Tuscia V. Willa, Rudolphi I. Rex Burg. & & Ital. f.	1. Ansca- rius. March. Fermen- su.	2. Vido D. & M. Tuscia III. † 928. Maria, dicta Ma- rozia, Alberici C. Tusculanivid.	2. Lambertus D. & M. Tuscia IV. Ux. 2 da Adal- berti M. Epo- rozoia, fratre uterino excœcatus an.	2. Ermegarda, Ux. 2 da Adal- berti M. Epo- rozoia.
2. Alda, Marozia Vidonis, D. & M. Tu- scia vid. 928.	Willa uxor Beren- garii II. R. Italie.		926.	926.	
3. Bertha, Burchar- di D. Suev. f. Ro- dulphi R. Burg. vidua 937.					

1. Lotharius Rex Ital. † an. 949. f. 950. 22. Nov. Adelaida, Rudol- phi II. Rex Burg. Fil.	1. Alda Boso, notbus, ex nup. Berzola pellice natus, Episc. C. Tusci. Placentinus. Pr. Ro- mano.	Ubertus notbus, ex Wandelmonda, Dux & M. Spolet. Alberico Camer. Willa, Bonifacii D. Spolet, & Ca- mer, f.	Theobaldus, notbus, ex Stepbania, & Camer. Mediolan.	Bertha, notba, ex Berzola, mis- sa Constanti- Archiduc. nopoli pro Romani Imp. nepote,
-----------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------

Emma Conjurx Lo-
tharii Regis Gallie.

Hugo Dux & March. Tuscie.

Walkrada ux.
Vitalis Candia-
ni D. Venet.

Hugo regnum Italiae à Rudolpho Burgundo derelictum occupavit; sed Itali tædio
sævitiae ejus affecti Rodulfum Regem è Burgundia anno CMXXXI. revocarunt, cumque
adventum ejus Hugo tempestiva pætione avertisset, illi Arnoldum s. Arnulfum Bajoario-
rum ac Carantanorum Ducem accersiverunt, quo fuso fugato que HUGO, ut futuris ma-
lis occurrerent, spemque inimicis novorum imperiorum adimeret, LOTHARIUM filium
suum regni socium sibi adjunxit, cumque Mediolani ab Archiepiscopo coronari jussit, &
Adelaida Rodulfi Burgundiae Regis filiam illi in matrimonium collocavit. Novum deni-
que æmulum, ab Itali sibi objectum, naſtus videlicet Berengarum Nam Eporedie Marchionem,
cum eo, jam metropoli potito, ita transigere necessum habuit, ut ipse filiusque Regium,
servarent nomen, jus & potestas penes Berengarium esset. (!) Pertæfus autem inanis ti-
tuli conuasavit thefaurum Regium omnem, & in Burgundiam abiit, ubi permagnifico ex-
strus & monasterio, quod S. Petro consecravit, cilicium sumfit, quemadmodum Leo Ostiensis
memoræ prodidit. (m) LOTHARIUS post genitoris excessum haud diu superstes fuit, &
quod ab eodem autore refertur, phrenesi correptus, & mentem & mox vitam amisit, re-
gnumque Berengario reliquit.

BERENGARIUM secundum, prioris è filia unica hepotem fuisse, & genitorem habuisse A-
dalbertum avum paternum Anscarium, Eporediae Marchiones, communis sententia scriptores
statuunt; de progenitoribus vero Anscarii, in stemmate enumeratis qui avtentia tabula-
rum veterum, speciatim diplomate Berengarii & Adalberti Regni, recognito à Roberto Cancellario anno
950, nec non testamenti Attonis Episcopi Vercellensis à pluribus Episcopis subscripto an. 1194, rutun-
tur, res non æque in confessio est, neque dubitavit Hadr. Valesius Adalbertum, Anscarii filium,
boninem Francum vocitare. (n) ANSCARIUS, cui prænomen Attonis induit, Eporedie Marchio
fuit illo tempore, quo Arnulfus Imperator in Italia agebat; testem habemus Lutprandum

C 2

aqua-

(l) Sign. Hist. R. Lib. VI.

(m) Lib. IV. Chron. Cap. 64.

(n) Bereng. Ang. Cap. I. pag. 61.

zqualem propè scriptorem Arnulphus, inquit, cum Eporegiam pcrvenisset, Anscarinus Marchio iificaderat; cun-
jus ex horatu civitas rebellabat. Verum bic Arnulphus iure surando promiserat, numquam se à loco eodem discessum
rum, quām præsentis sive representarent Anscarini. Is autem erat homo formidolosus valde et omniū similis, quā
à Marone canitur: *Largus opus, lingua melior, sed frigida bello dextera, de castello exiit, & juxta murum civitatis
in cavernis petrarum latuit.* Hoc eo facit, quatenus licet possent Regi Arnulfo iure reprando satisfacere, Anscarum in
urbe non esse. Itaque p̄iuvrandum iſlud accepit Rex, atque iter quod cooperat, peragens abiit. (c) ADALBERTUS
Eporedia civitatis Marchio fuit, imperante Berengario, cuius filiam unicam GISILAM
primis nuptiis uxorem duxerat: ea mortua cum ERMEGARDAM, Adalberti prepoten-
tis Tusciae Marchionis gnatā, penatibus suis induxit, infigatus à Bertha, ejus matre, con-
juravit adversus Berengarium, & à virtute moribusque pristinis deflexit. LUITPRAN-
DUS enim Libro II de rebus Imp. & Regum Cap. X. Adelbertus, inquit, nequaquam sibi similis sicut. Nam dum
servente astate juveniliter ducetur vitam, mir & humanitatis miraque sanctitudini sicut, adeo sane, ut si ei à venatione rede-
nunt paucorū occurreret, aliudque non esset, quod illi prestare posset, corne protinus, quod collo ejus fibulis anreis depen-
debat, sine dilatione concederet; rursumq. ab eodem, quanti estimabat, acquireveret. Tam dira autem postmodum fa-
tus est fame, ut huiusmodi vera de eo tam a majoribus, quam a p̄ebris canto diceretur, & quia sonoris est, Græc
illud dicamus: *Adelbertus comis curtis, makrospathis mikropistis, quo signatur & dicatur, longo cum nitiens, &
minimafide.* Porrò Cap. XVI p̄eculum inter conjuratos & Berengarium, qui Hungaros in-
auxilium vocaverat, sic refert: *Adelbertus, ut erat vir non bellicosus, sed sagacitatem mira, nimisque calliditatem,
dum irruere Hungaros audire cerneret, effigie illi omnis pes fungendi ablata, balbennum armillasque areas, omnemque
preciosum apparatum proiecit, vilibusq. se militis indut vestimentis, ne ab Hungaris quis effigit nosceretur. Ca-
pitus igitur, scicitatiusque quia esset, militis ejusdem militem effe respondit, rogavitq. se ad vicinum castellum duci
vocabulo Calcinaria, in quo parentes, qui eum redimerant, se habere asserebat. Ductus igitur, quia non agnitus, vi-
lissimo pretio comparatur; emit autem illum suis ipsius miles nomine Leo.* Ceterum haud diu Adelbertus Beren-
gario Augusto, cui fidem fregerat, superites mansit, sicut idem autor literis mandavit; *Hoc eodem, lcr. ibens, tempore, (quo nempe Papia Hungarorum rabie exulta fuit, id quod ad diem
IV Idus Martii an. CMXXIV. refert) defundo Adelberto Eporegia civitatis Marchione, uxor ejus Arme-
garda totius Italiae Principatum obtinebat. Causa autem potentie ejus bac erat; quoniam carnale cum omnibus non
solū Principib⁹, verum etiam cum ignobilibus commercium exercebat. (p) Facta haec est mater ANSCA-
RII, quem Rex Hugo Spoletinorum & Camerinorum constituit Marchionem in locum
Theobaldi, demeriturus hominem ad quodlibet facinus promptum sibi suspectum: ni-
hilo tamen minus res novas moliri deprehensum, Sarlione, qui Theobaldi viduam dux-
erat, tanquam æmulo obiecto, primū Marchia, deinde vita exuit, hanc enim ille in pugna
cum Sarlione commissa amisit, potquam strenui viri officium fecisset, cum equo lapsus &
ab irruentibus hostibus confusus. (q)*

Ad perniciem quoque BERENGARII occasionem Rex Hugo quærebatur: erat is,
ceu ex dūctis liquet, Anscarii frater consanguineus & Luitprando referente, (r) consilius provi-
dens, ingenio callidus, eaque propter illi formidolosus, maximè postquam fraterna cæde irritatus
esset; itaque manus illi injicere & oculos eruere in animo habuit; sed consilio à Lothario,
Regis filio astate ac mente adhuc imbecillo, patefacto, fuga se subduxit Berengarius in-
Germaniam, atque ad Hermannum Ducem Sueviæ se contulit, à quo dēmum est ad Otto-
nem Regem deductus anno CMXXXIX. Inde post se p̄tem circiter annorum exilium,
prætentatis per Amadeum militem & fidum Comitem procerum Italorum animis, atq;
ad defensionem præparatis in Italianam majorem fiducia quam strepitū rediit, & convolantibus
adeum undique turmatum militibus citius exercitum conflavit, quām ad eis hostem Hugo
resciceret. Mediolano, favente Archiepiscopo, potitus pro Rege se gerere coepit, &
Hugonem trepidantem jamque de se actum putantem ad memoratam iam superius p̄acti-
onem rededit, quæ iſi filioque Lothario inanem Regis titulum reliquit, Berengario vim
potestatemque tradidit. Sublatis non ita multo post illis è medio ac vita solus tamen re-
gnare noluit; sed filium ADELBERTUM sceptro socio insignivit, eundemque cum Ade-
laide Burgunda, Lotharia vidua, matrimonio jungi cupivit, Ticinum urbem, veterem re-
gni sedem, quam illa dōtis nomine sibi assignatam tenebat, hoc pacto imperio suo adjun-
eturus. Spreta verò à muliere conditione, fra accensus, vim adhibuit, urbemque obſef-
sam cepit, ac reginarum in potestatem adductam, animo tamen immotam, in caſtro Gardæ
ad lacum Benacum cultodias tradidit; è qua, ope facerdotis sui, elapsa, & in arcem Canussii
ab Athone, propinquo suo recepta, ibidemque mox obſeffa, Othonis Germaniae Regis
for-

(o) de Reb. Imp. & Reg. Lib. I. Cap. 9.

(p) Lib. III. Cap. 2.

(q) Ibidem & Cap. 3.

(r) Cap. 2. Libri cit.

(s) ad an. 952.

fortissimi opem imploravit, qua impetrata, liberatori vindicique suo in manum convenit; Berengarius verò cum Adelberto filio victoris potestati & clementiae se permettere coatus, regnum tamen recepit, sed, Reginonis (*s*) verbo, ut subditus: *Wilekindus* [*t*] ita rem narrat; Berengarius manus filii sui Adelberti suis manib[us] implicans renovata fide, coram omni exercitu, familiati Regis se cum filio suo subiungavit: Et ita dimisus in Italiā remeavit cum gratia & pace. Domesticis deinde turbis Slavicoque bello Othonē disticto, cum arma iterum summisset, & omnem Italiam turbaret, Proceresque & Antistites ipsumque Romanum Pontificem exagitaret, ab Othonē totius Italiae votis vocato denuò bello petitus & devictus est; namque cum Willa conjugē dura obsidione in monte Fereti presulū deditiōnem denique fecit, an. CMLXIV. & in Germaniam relegatus est; ubi exul post biennium obiit, in Babenberg, referente Reginone, [*w*] *Regia more sepultus* est. Ejus vidua Willa, antequam sepeliretur velum sibi sanctimoniale assūxit; impudicitia fortassis expianda, cuius rea est LUITPRANDO, (*w*) scriptori coævo, sed nec ipsi nec marito Berengario, cui à facello & secretis fuerat, offensadeinde abalienatus, satis æquo.

Ex liberis Berengarii & Willae sequioris sexus Gerberge & Gisle mentio apud Luitprandū (*x*) occurrit, *Sufficiam Sam. Guichenonius, Thucam Cosmū de la Rena addunt*. In virili sexu circa Adelbertum & Vidonem nulla status est dubitatio, *Conradus* Sigonius nominat, eumque nec non Vidonem bona in agro Mutinensi & Bononiensi habuisse refert; (*y*) hunc porrè, *Vidonem* nempē, in pugna adversus Burchardum Sueviæ Ducem, ab Imp. Ottone contra Adelbertum missum, occubuisse memorie prodidit. (*z*) ADELBERTUS à patre regni consors factus, illo ab Ottone capto & exautorato in Corsicanum aufugit; exinde à nonnullis Comitibus & Episcopo Placentino frequenti statim anno revocatus, atque in Lombardiam reversus regnum recuperare summa ope nifus est; sed collatis cum Ottonis exercitu anno CMLXV. signis vietus & in fugam conjectus aëgre evasit, Bariumque in Apuliam confugit, unde missis oratore Constantiopolim Nicephori Imperatoris tutelam auxiliūque imploravit, eidemque octo milia loricatorum se jam habere mandavit; Annuit Nicephorus petitioni Adelberti, Conamque fratrem suum viris & argento instructum illi submisit, sed eo cum mandato, ut Adelbertus Barii diligenter cultodiretur, donec potitus victoria ipse rediret; quod si ille tot hominum millia, quot se habere dictasset, non duxerit, ut caperetur, vinciretur, & Ottoni Adelheidæque traderetur, quemadmodum LUITPRANDUS, eo ipso tempore legatione apud Nicephorum Ottonis Aug. nomine functus, literis prodidit. (*a*) Qualiaverò extrema Adelberti fata fuerint, numque traditus Ottoni & ab eo in Germaniam relegatus sit, aut Barii tadio & mærore confessus decesserit, incomptum est, ad regnum certè nunquam rediit; hoc enim Imp. Otto sibi & successoribus ita afferuit, ut imposterum qui Rex Germanie fuit, idem etiam regnum Italiæ Longobardicum & occidentale Imperium tenerit, ut SIGONII (*b*) verbis utar. Uxor Adelberto tribuitur GERBERGA è gente Francorum orta, ea filia ac haeres Hugonis Comitis Burgundiaæ extitisse plerisque, videtur; sed dissentit ANDR. CHESNEUS & Nivernensi Comite prognamat fuisse multe credere. In hoc consentiunt, quod pater ex ea factus sit OTTONIS WILHELMI, fatoris amplissimæ Comitum Burgundiaæ stirpis.

In numerum filiorum Berengarii Regis, referunt quoque DODONEM, eidemque ab Imperat. Ottone II Eporediæ Marchionum restitutam huius tradunt; Hoc genitum ARDOINUN, Eporediæ Marchionem, postquam Imp. Otto III sine prole vita defunctus eset, hubido invasit regni Italiae capiundi, & juvit aliquando fortuna audacem; perficit enim ut an. MII, Papæ conventu antiquo Longobardorum more indicō, frequenti concilio Rex crearetur, exemplaque regis insignibus ornaretur; indigante equidem Archiepiscopo Mediolanensi, sine cuius autoritate id factum erat, & Henricum Germaniae Regem subrogante; Tuitus tamen tunc est Ardoinus partam coronam, & profigatis Henrici copiis, proplerō rerum successu aliquot annis usus. Ad extremum verò continuis & Henrici & Archiepiscopi Mediolanensis aduersum se molitionibus defatigatus, cessit vertenti fortunæ, & regno abdicato, ultrè in monasterium Præbueriense in agro Taurinatum se abdi-

D

dit,

(*s*) ad an. 952.(*t*) *Annal. Lib. III.*(*u*) ad an. 966.(*w*) *Lib. VI. Cap. 15.*(*x*) loco modo cit.(*y*) *Hist. Ital. L. 7. ad an. 953.*(*z*) *Ibid. ad an. 965.*(a) In *Histor. Legationis ad Niceph. que inter ejus opera Antwerpia edita extat*, pag. 145.(b) *Lib. VII. ad an. 973.*(c) *Sigon. Ib. L. VIII. ad an. 1015. Castilian. not. ad Thebanum p. 714. 8^o seq.*

dit; privatamque deinceps vitam, monastice similem egit, donec elapsa triennio Valpergiæ mortem obiit; regio tamen funere à filiis elatus & in æde S. Benigni Fructuariensi sepultus est. A filio ejus VIDONE longa illustrium familiarum in Pedemontio propagò defluxit, inferius ex parte recensenda; ab OTTONE verò stirps Comitum de Coconati derivatur.

Cæterum quod fratres Adalberti Marchionis Eporediæ, Attonis Ansacrii filios natu minores, *Manfredum Berengarium & Hugonem* attinet, probatur eorum existentia ac genesis diplomate Berengarii Imperatoris, quod anno regni ejus *trigesimo quarto*, imè erit *quinto*, qui tamen non coincidunt, si anni regni ejus imperiique exactè numerentur, scriptum esse fertur. *Hugonem* in edēm Berengarius *Episcopum Augustanum Sacriq[ue] Palati* sibi *Archicapellum* appellat: at verò *Episcopum Augustanum*, cui *Hugoni* nomen fuerit, nullum, Udalricum econtra Sanctis poitea adscriptum, illo tempore Ecclesiæ Augultanæ præfuisse reperio. In testimonium porrò filiorum Manfredi Berengarii, nepotumque ejus, atque ex his prognatorum, quotquot tabula nostra prima enumerat diplomata adducuntur, Ottonis Imperatoris tabulæque donationis à MITILDI, quæ ejus neptis & OBIZONIS UXOR dicitur, nec non à BONIFACIO, hujus gnato Monasterio S. Maria majoris factæ.





CC 15 CC
STEMMATICI
DESIDERIANI
STIRPS I.

COMITUM ET PALATINORUM BURGUN-
DIÆ, NEC NON COMITUM VIENNENSIMUM,
MATISCONENSIMUM, ET CABILLONENSIMUM, PRINCI-
PUMQUE ARAUSIONENSIMUM.



Urgundiaæ primi Comites insignium loco usi sunt aquila argentea, in campo rubro explicata; postquam vero Comites Palatini appellari cœperunt leonem armum in solo ornato, plintibidibus aureis sparso, adsciverunt, aquila illis relicta, qui à lineis sequioribus primoru Comitū oriundi erant, videlic. Comitibus Viennensibus & Matisconensibus. Hugo, Johannis Burgundo-Cabillonii filius, cum hærèdem Burgundiae Comitatus in matrimonium duxisset, ea lege in id Ordines consensu referat *Ludov. Gollin. Hisp. de la rep. Segniensis Lib. II, Chap. 37. Et Lib. VI, Chap. 44.* ut aquila abdicata solo leonis dignate uteretur, quod etiam ab illo, posterisq; ejus Burgundiæ Comitibus Palatinis, factum est, filiis tantum ejus natu minoribus aquilam retinentibus. Cæterum fratres ejusdem Hugonis, & qui ab iis prognati sunt, cum Cabillonensi cognomine tesseram quoque ejusdem familiae affluerunt, nempe fasciam diagonalem auream, rubeo scuto induerat.

TA-

TABULA III.

COMITES VIENNENSES & MATI.
SCONESES.

WILHELMUS de Burgundia, Stephani C. Burgundiæ Vienn. & Matisc. filius natu minor, Comes de Vienne, Matiscon. & Ausonne.
PONTIA, al. ADELAIS, DN. de TRAVES.

XII.

STEPHANUS COMES BURGUN-
DIÆ & AUGUSTODUNI
Vid. Tab. seq. IV.

Gerardus Comes Vienn. & Matiscon.
Dn. de Salins.
Wigona, Gualteri Dn. de Salins
fil. & her.

XIII.

Wilhelmus II. Comes
Vienn. & Matisc.
† circa an. 1123.
Scholastica, Henrici
J. C. Campan. fil.

Beatrix uxor
tertia Hum-
berti III. C.
Sabaud.

Alexandri-
na, nup. Ul-
rico Dn. de
Bange &
Breff,

Ida, nup. 1. Hum-
berto Dn. de Co-
ligny, 2. Simoni
II. Lotbaring.

Gualtierius Dn.
de Sakins.
Mathilda, Ar-
cembaldi VI.
Dn. Bourbon,
fil.

XIV.

Gerardus II. C. Vienn.
& Matiscon. † circa
an. 1128
1. Johanna, Ottonis C.
Burgnd. f.
2. Wigona, Guidonis C.
Forelli f.

Henricus
de Vienne
Dn. de Pa-
gny.

Wilhelmus
Decanus
Visontin,

Beatrix
ux. Hugo-
nis ab Anti-
gny.

Margarita Domina
de Salins, nup.
Jocerano le Gros,
Dn. de Brancon.

XV.

2. Wilhelmus III. Comes Vienn.
& Matisc. obiit coelebs.

Alifa Com. Vienn. & Matisc. fratri
hazres, nup. Jobanni de Drenx, cogn.
de Breine, Roberti II. C. de Drenx,
filie.

XVI.

TABULA
STIRPS CABILONENSIS ET CO
ex eo

XIII.

**STEPHANUS Comes Burgundiæ titularis, & Augustoduni,
Wilhelmi de Burgundia, C. Vien. Matisc. & Aug. F.**

XIV.

Stephanus Comes Burgund. & Augustod., \ddagger circa an. 1239.

XV.

Johannes Comes Cabilon. & Burgund. Dn. de Salins, cogn.
Sapiens, transtulit an. 1237. Comitatum Cabilon. in Hu-
gonem IV. D. Burg. tit. permutationis, vicissimque ab eo
acepit Dominia Bracon, Villafans & Ornans in super, Bur-
gundia, \ddagger an. 1267, d. 30. Sept.

XVI.

1. Hugo COMES PALATI-
NUS Bugundiz.
Alifa, Ottone III. D. Merania &
Com. Palatini Burgund. for. &
ea nupta secundò Philippo
C. Sabaud. 1267. ob. 8.
Martii 1279.

1. Elisabe-
tha ux.
Henrici C.
Vienne.

1. Margarita, nup.
Henrico I. de Brien-
ne C. de Venify,
2. Wilbelmo de
Courtenay Dn.

1. Wilhel-
mina, Abbat.
in Bajans

2. JOHANES
de Chalon, ber-
tus
Abbat. Dn. de RO-
CHEFORT. \ddagger in
Vid. Tab. juv.
seq. V.

XVII.

Otto, Ottelinus Com. Hugo Dn. Mont-
Palat. Burg. \dagger an.
1303.
1. Philippina, Theobal-
di C. Ex. fil.
2. Mathilda, Roberti
C. Artef. fil. & hær.

Hugonis
Amadze V. C.
Sabaud. fil.

Stepha-
mus \ddagger
impro-
lit.

Alifa, Ux.
C. Kibur-
gi.

Guya nup.
Thomaz III.
C. Mauri-
enne, 1274.

Agnes, ux.
Philipp
de Vienne

Polia ux.
Adema-
ri Pië-
vicus

Renaldus C.
Montipeli-
card. per
axorem
Wilhelmi-
nam de
Neufchâ-
tel.

++

XVIII.

2. Robertus Comes
Palat. Burgundiz,
 \ddagger circa an. 1315.
in adolescentia.

2. Stephanus,
Canon. Ve-
suntinus.

2. Johanna Comes Palatina
Burgundiz & Dom. de Sa-
lins morte fratrum, nup.
Philippo V. cogn. Longo R.
Gallie 1306. \ddagger 21. Jan.
1329.

2. Blanca, ux. Ca-
roli *præbri* Com.
Marchie, dein Re-
gis Gallie, sed
repudiata an.
1341.

2. Alifa, Dom.
Montren-
di, nup.
Johanni de
Burgundia,
Ducis Ro-
berti II. filio
1297

TAB.

IV.

MITES PALAT. BURGUNDIÆ
orti.

Juditha de Lotharingia, Matthæi I. Du-
cis Lotharingiæ f.

1. Beatrix, *Wilbelmi III. Comitis Cabilionis (de Chalon) filia ac hæres.*

2. Agnes, *Roberti II. C. de Drenx f.*

XIV.

3. Matilda, *Hugonis III. D. Burgund. f.*
2. Isabella de Courtenay, *Roberti Dn. de Champigny f. Renaldi de Montfalcon, vid. 1243.*
3. Laura, *Simonis II. Dn. de Commercy, f.*

Stephanus *Dn. d' Oifelay,*
stirpis hujus nominis
factor.

Beatrix, *uxor 2da*
Simonis Dn.
Jonville.

XV.

2. Petrus de Cha-
lon, *Dn. de*
Chateaubelin,
~~¶~~ *impr. Bea-*
trix, Amadei
IV. Sabaud.
fil.

2. Stephanus de Cha-
lon, *Dn. de Rou-
vres & Montenot,*
Johanna Dn. de
Vignory.

2. Blanca nup.
1. Guichar-
do VI. *Dn.*
de Beaujeu
1260. 2. Be-
raldo IX.
Dn. de
Mercœur.

2. Ma-
childis,
Moni-
alis.

3. JOHANNES II.
de Chalon, E. de
ARLAV.
Vid. Tab. VI.

3. Margarita
ux. Hugo-
nis de Burg.
Dn. Avelo-
ni.

3. Hugo de
Chalon,
Epif. Le-
od. 1296.
Archiep.
Vefont.
1301. ~~¶~~
1316.

XVI.

Henricus,
Dn. de Jussé
Tripoté &
Fondremont,

Johannes *Dn.*
de Montagu.
Alisa de Burgn-
dia, Roberti II.
Dacis, 1279.

Johannes de Chalon,
Dn. de Vignory, ¶ im-
prolis.
Margarita de Sabandia,
Lindovici B. de Vand. f.

Johanna nupta
Wilbelmo de Dampi-
erre, Dn. S. Déiderii.

XVII.

Otto de Bur-
gundia, ~~¶~~ in
juventa.

Agnes hæres Comitatus
Montispelcardi, nupta
Henrico Dn. Montisalce-
nis f. Falkensteinii.

Johanna Dom. Hericurtii,
Belfortii, Blamontii
& Castelotii, nup. I. Ru-
dolphi C. Catimilloc. s.
Rudolphi Hesoni March.
Bade.

Alisa, nup. I. Joham-
ni Cabilio II. C.
Auxerre.
2. Lindovico Viennen-
fi, Dn. d' Antioq.

XIII.

TABULA V.
COMITES DE AUXERRE ET TONNERRE
stirpis Cabilonicae.

XVI.

JOHANNES Burgundus f. Cabilonensis (DE CHALON)
Dn. de ROCHEFORT, Johannis Com. Cabilon. & Bur-
gundiæ ex secundo cum Isabella Curtenacensi conjugio
filius; despota ei fuit an. 1255. **ALISA**, FRIDERICI
Burggravii Noribergensis filia, sed nuptiis non per-
actis duxit

1. **ELISABETHAM** LOTHARINGAM Ducis Matthæi II. fil. Wilhelmi IV. Com. Viennæ Viduam, an. 1258.
2. **ALISAM** BURGUNDAM, Com. Autisiodurensem (d'Auxerre) Eudonis C.Nivernii fil.
3. **MARGARITAM** BELLIOCENSEM, Ludovici de Forest, Dn. de Beaujeu, fil. 1290. Obiit ille an. 1309.

XVII.

2. **Wilhelmus Cabilonensis**, Comes Augustoriti & Tornedori (d'Auxerre & Tonnerre) ex hæ-
reditate matris & materterz, Dn. de Montjay, St. Aignan, Celles & Valençay, occubuit in pr. ap.
Montcassel 9. Aug. 1304.

Leonoræ Sabanda, Comitis Amadei V. fil. 1292.

XVIII.

Johannes Cabilonensis II. C. Augustor. & Torned. M.
Butigharius Galliz, occ. in pr. ad Creçyacum 26, Au-
gust. 1346.

1. **Maria Genevensis**, Comitis Amadei II. fil.
2. **Alisa Burgunda**, Renati C. Montispelic. f.

Johanna nup. Roberto Burghido,
Roberti II. Ducus Burghud, filio
quarto, f. improlis.

XIX.

1. Johannes Ca- Hum- Margari- 2. Johanna , Beatrix Henriet- Tristanus Ca- Johannes	bilon. C. Aug. bertus ta ux. rda. nup. theobal- ux. Hé- ta, nup. bil. Dn. Castris- Cabilon.	Roberti II. Ducus Burghud, filio
& Torn. f. + in joannis do IV. Dn. de berti VI. Hugo belini & Rupi- Dn. de	Sabandi Noschba- Dn. de Vienensis fort.	quarto, f. improlis.
1364. juven. Dn. de ftel. Iboire & IV. Dn. Johanna Vienens- Triame- lay, f.	Villars de Poi- jis, philippi Dn. czelebs.	
Maria Crespin Wil- belni VI. Dn. du vaud. f. 1342. gry. Pymontii f.	1342. gry.	
Bec f.		

XX.

Johannes Cabilon IV. C. **Ludovicus Cabilon**, succe- **Margarita**, Mathilda, **Johannes Cabilon**,
Aux. & Tonnerre, vendi- fit fratri in Comitatū Ton- ritas, f. nup. Johani- Dn. Castribelinus
dit Comitatum Augu- neri. f. circa an. 1398. innu- nup. Johani- ni de Anti- f. improlis.

Regi Carolo V. Maria, Wilhelmi Archevêque, pta. gry. Dn. de Johanna de Ghijstel- Savigny, les.

an. 1370. & f. impro- Dn. de Partenay f. 1364.

XXI.

1. Ludovicus Cabili- Co- Hugo Ca- Johannes Wilhel- Ama- Ma- Johanna Margarita	bilon II. Co- bilon, Dn. Cabilon, mus deus ria f. C. Ton-	tonnerr. Dn. de Montay S. bilon, Dn. de Li- Cabi- Cabi- juv. nerrz nerrz,	Ton-
Aignan, Seller & Valençay de Crufy & Argent- gny le Cabi- Cabi- juv. nup. Jo- ux. Oli-	occ. in pr. Vermulensi an. teuil, f. Chatel, Eges Abbas banni de la veri Dn.	nerrz, nerrz,	
1443. improlis.	Catharina de Azincourt, folym. Hiero- Bal- Bal- Bonne II. de Huljou,	nup. Jo- ux.	
1. Maria, Gnidon VI. Dn. dela apais. occ. in pr. Hiero- Bal- Bal- Bonne II. de Huljou,	1415. folym. mæ Bonrepas	1400.	
2. Johanna le Perilleux. l' Isle Bone chard.	1412.		
Johannes Cabilonius , nobis.			

T A B.

TABULA VI.

**BARONES DE ARLAY & PRINCIPES
ARAUSIONIS è gente Cabilonica.**

XVI.
JOANNES Cabilonius, BARO d' ARLAY, Joannis Comitis Cabilon. & Burgundiæ è tertio cum Laura Commercia matrimonio filius :

Ux. 1. MARGARITA BURGUNDA, DUCIS HUGONIS IV. F.

2. ALISA DE NEESLE, WILHELMI de FLANDRIA DN. TENTERMONDAE, F.

1. Hugo Cabilon. Baro d' Arlay.
*Beatrix Delphina, Humberti de la Torr,
dilecta Delphini Venn. f.*

1. Johannes Cabil.
*Epiſc. Lincon.
† 1330.*

Isabella, ♀ improlis XVII.
1322.

Johannes Cabilon. II. Baro d' Arlay.
*Margarita de Mello, Manritii IV. Du.
de Craon vid.*

Ludovicus Ca-
bilon.

Hugo Cabilon XVIII.

Hugo Cabilon II. Ludovicus Cabilon. Dn. d' Ar-
Du. d' Arlay ♀ gueil ♀ ante fratrem in pe- Stephanus de
apais Blanca, A- regr. facta ap. 1367. Montfancou
madii Com. Ge- Margarita Viennensis Philippi C. Montfipe-
neti. f. Du. d' Montmorot. f. 1352. licard.

Margarita ux. Beatrix nup. Johanna Ux. XIX.
Stephanus de Antonio Dn. Johannis de
Montfancou de Beau- Vergi, Dn.
C. Montfipe- jeu 1382. de Cham-
licard. plite.

Johannes Cabilon, Baro d' Arlay, PRINCEPS ARAUSIONIS, Camerarius Francie 1415. Gubern. Septimanie 1417. ♀ peste 1418. Maria Balzia (de Banx) Reimundi V. Pr. Araus. fil. ac heres.

Henricus Cabilon. XX.
Dn. d' Argueil, ♀ 1397.
in bello contra Tur-
cas celebs.

Ludovicus Cabilon. Pr. Araus. Dn. d' Arlay Hugo. Johannes Cabilon. Dn. de Cuifel & de Viteaux
& d' Argueil, cogn. Bonus, ♀ 20. Sept. 1403. Johanna de la Tremoille,
Johanna, Henrici C. Montfipelic. f. Guidonis C. de Joigny fil.
Eleonora, Johannis IV. C. Armaniac f.
Blanca, Wilhelmus II. Dn. de Gamaches f.

1. Wilhelmus	2. Ludo-	2. Hugo Cabi-	2. Johanna	Carolus Bernar-	Margratisa Joha-
Cabil. Pr. Araus.	vicus	Cabilon. Dn. de	nup. Ludo-	Cabilon, duc Cab.	nis de Bawmont,
† 14. Sept.	† 1476.	Cheateau-	vico de Seif-	Com. de Dn. de	Du. de Altevillio
1475.		quyon ♀	fel. C. de la	Joigny. Brignon	Iabella nup. L. Lando
Cathartina Bri-		1490. ap.	Chambre.	Jobana de Maria de	de Tivari. Desideracy
lanna, Richar-		Aloisia Sabanda,		Banquetin Ronse-	Ludovicus Cabil.
de. Com. Estam-		Ducis Ama-		Arti Dn. mon.	Antonius Epif.
pus f. 1448.		dei IX. Febr.		de Chatil-	Augustod.
		1479.		ton. vid.	

1. Johannes Cabilon. II. Pr. Araus	Cariotta, C. de Joigny, nup.	Theobaldus Cabil.	XXIII.
† ♀ 9. April 1502.	1. Adriano de S. Monte,	Dn. de Brignon,	
2. Johanna Burbonia, Dmcs Caroli I.	2. Ma. de Nelles	† 1512. apais.	
fil.	2. Francisco Allegro Dn. de Preys		

2. Philibertus Cabilon. Princeps Arausionensis	Claudia, Princeps Arausion;	XXIV.
& Melphitanus, Dux Gravina, Prorex Neapol.	uxor. Henrici Comitis Nassovii	
& Generals Locumtenens exercitus Imp. Caroli V.	& mater Renati, quem Ayun-	
In Italia, occ. in oppugna, Florentia, 3. August.	culus hæredem scripsit, obiit	
1530, stat. 28. celebs.	illa 1521.	



EXEGESIS HISTORICA.



Dalberti Ex regis Italiae uxori GERBERGA, postquam ad secundam transiisse vota cum Henrico Duce & Marchione Burgundiae inferioris, filium e priore marito suscepimus OTTONEM WILHELMUM, ex Italia in Gallia deduxit. Hic itaq; ille adolevit & sedem fortunaru fuit, PEREGRINUS ab indigenis cognominatus. Matre ac vitri rebus humanis exemptis Comitis Noverni, Divisionis & Burgundie quibus usum esse Attri. Choisius refert, (a) quo vero jure eos sibi sumferit conjecturantur, certinhil, in medium assert. Divisionis Comitatus, qui Ducatus BURGUNDIAE nunc appellatur, jus ab adoptione vitri derivantur.

NIVERNENSIS Comitatus pars antiquissimi regni Burgundici in Gerbergae patrimonio fuisset, & ab ea ad filium devenisse creditur. Burgundici Comitatus nomine Burgundia Transararica venit, quam liberum & immunem Comitatum jam vocant: hunc uxorio jure Ottoneum Wilhelnum obtinuisse arbitratur Choisius; & Hugo nem Comitem, cui Hermentrudis matrem, Albradanam, nuptam fuisse e veteri charta monasterii S. Remigii in Remis probari posse ait, Burgundiae Comitem fuisse conjecturam capit. At plerisque aliis scriptoribus Hermentrudis pater Reinaldus Comes Roceji (*de Roncy*) vocatur, illaque secunda Ottonis Wilhelmi uxoris fuisse creditur: prior vero gnata unica ac haeres Alberici III. C. Matisconae, fuisse, cumque ea Comitatus Matifconensis in hanc familiam transiisse creditur. Res ipsa hortari videtur, quoniam Burgundia Comitum stirpe latissime, diffusam Otto Wilhelmu pro sevit, antiquiorum Burgundiae statum, ejusque mutationes paucis reperere. BURGUNDIA antiquissimis temporibus regnum fuit, a Burgundionibus, origine Germanis, gente Vandalis, post varias migrationes denique in Galha interiori, qua Sequani, Aedi & Allobroges jacent, imperante & favente Valentiniiano III, circa an. CDXLII. conditum, Regibus, quios ex sua gente habuerunt, potentia sedem apud Araris Rhodanique confluentes statuerunt, atque ita paulatim ditionis stirpe fines proferentibus, ut XXVIII. circiter civitates regnum Burgundiae contineret, & supra Alpes pateret. Ob inimicitias vero & emulations inter illos ortas haud diuturnum fuit, sed intra seculi spatium Francis vicinis vestigale primò redditum, deindeque anno nempe DXXVI. cum eorum ditione imperioq; conjunctum est, ita tamē ut nonnullum ætate Merovingorum sed etiā Carolingorum, suis legibus & institutis Burgundi uterentur. (b) Multa nihilominus & gravia pali subinde sunt per bella civilia, quae crebræ divisiones regnum inter posteros tum Clotarii tum Ludovici Pii pepererunt. Quibus divisionibus etiam factum est, ut denique ipsa Burgundia varias in partes, easque inæquales disperretur; & primò quidem cum inter tres Ludovici Pii filios regna Francorum dividerentur, Lothario cum Imperio, regno Italie & Austrasia maxima pars Burgundiae atque Provincia cessit; Carolus cum Neustria reliquam, contiguam minimamque portionem Burgundiae obtinuit. (c) Exinde ex I. otharii Imp. filiis Lothario Jun. Burgundia ciuitana, Carolo transjurana cum Provincia obveni, haecque portio in partes iterum diducta est, cum Caroli sine prole mortui haereditatem Ludovicus II & Lotharius Jun. partirentur. Sed postquam isti quoque virilis sobolis expertes deceisisserunt, majorem quidem Burgundiae partem Ludovicus Germanicus, illorum patruus sibi vindicavit, & ad filios transmisit; haud tamen exiguum, eamque remotiorem, Carolo Calvo, fratri suo confanguineo reliqui, quam quidem hoc mortuo Ludovicus Junior Germanici filius recepit. Interea e sua parte Calvus Viennam Allobrogum, uxoris sue Richilde fratri Basoni, regendam commiserat, eundemque mox Regem Provincie dixerat, ut more præscorum Imp., etiam regibus dominari videtur, sicut Regino prodit. (d) Hic vero soror, eiusque filio, Ludovico Balbo, fato funtis instigatus a conjugi Hermengardi, Imp. Ludovicus II filia, quam propria uxore veneno extincta per vim rapuerat, (e) etiam regnum Burgundiae occupare instituit, & optimatisbus peritus est, ut Comitiis apud Mantalam in agro Vennenensi

(a) *Histoire de Bourgogne Lib. IV. Cap. 15.* (b) *Schwarzfleisch. Hist. vet. regni & pop. Burg. Cap. V.*

(c) *Vales. Notit. Gall. p. 107.* (d) *Regino ad an. 877.* (e) *Annal. Fuld. ad an. 878.*

ennensi habitus an. DCCCI.XXIX. Rex crearetur & Lugduni ab Aureliano Archiepiscopo inungeretur. (f) Quo factō etiā in multa ac magna pericula incidit, & Viennae à Carofo-manno & Ldovico Jūn. Ludovici Germanici filius obfessus in angustias redactus est, callide fāmen se expeditiv, & Arelatum evasit; ubi regni, quod an Burgundiae, an Arelatūm, an Provincie appellandum sit, ambigunt scriptores, sedēni sunt, & distractis bello Normani-co, & domelita diffensione Carolingis, ad ultimum vitā tempus servavit. (g) Id in di-
em X. Jan. anni DCCCLXXXVII, incidisse quidam tradunt, ali autem vitam ejus ad bienium prorogant, atque anno dentum 889 Tūprium diem eum obiisse perhibent. (h) Eo-
dem tempore Ludovici ejus gnatus à quatuor Archiepiscopis, Lugdunensi, Arelatensi, Ebrou-
dunensi ac Vieffensi, multisque Coepiscopis, REX electus atque unctus est. (i) quem-
deinde Imp. Carolus Craflus in villa CHIRICHEIM ad Rhenum suscepit ad hominem, sibi que a-
doptiorum filium conjuxit. (k) Idem deinceps Imperator & Rex Italie contra Berengarium creatus, sed ab
iusto captus & ob perfurium excæcatus est, quemadmodum superius dictum fuit. Hæredem
regni reliquit impuberem filium Carolum Constantiūm sub tutela Hugois Comiti & præfeti A-
relatenfis: quilla funtus est mala fide; namque ad capessendum Italiae regnum accitus,
Rudolpho, antehac ad eam dignitatem conseqvendam à Principibus Italiae evocato, po-
steaque in odtum ipsorum adducto, quidquid in Burgundia Provinciaque velipse habue-
rat, vel exditione pupilli suo adhuc tenebatur præfido, tradidit, & sic ejus impenſa regnum
Italicum ab illo redemit. (l) Ea verò jačura Carolum Constantiūm permovit, ut factus
adultior nomen dignitatemque regis cum titulo ducis commutaret, & partem provincie
Lugdunensis Viennamque retineret, quippe potentia & opibus impar futurus RUDOL-
PHO æmulo, cui subfectionem etiam pollicitus est. (m) Filius is era RUDOLPHI I qui
à proceribus BURGUNDIAE, quæ inter Iuram Pœninasque Alpes jacet, anno DCCCXCVIII
REX electus & apud Acamnum Veragrorum oppidum coronatus, novum in Burgundia
Transjurana regnum condidit. Idex descriptione Alboni Delbene (n) initium capiebat a flumi-
mine Rheno, continuebaturque Jura monte & Jura fluvio, & finibus Seduntorum, complectens in
se agros Helvetiorum, Rauracorum, Veragrorum & Allobrogum. Hoc ille non contentus vicinorum
Burgundionum, qui Jura & Vogafo montibus includebantur, Lothariensiumque animos
legationibus pollicitationibusque in se convertere tentavit; & nequicquam obniente Ar-
nulpho Imperatore, voti damnatus est, quemadmodum VIGNIERIUS memoriae prodidit.
(o) Accessisse postea partes Burgundie inferioris, qua continentur civitates ad Rhodanum,
atque in his præceptis Lugdunum, Viennam & Arelatum, easque urbes, à Francis deficiente Bo-
fonis regno occupatas, Regis Ludovici Ultramarini filiam Mechtildin Conrado Regi Burgundie
dotis loco detulisi Pontus Henetri (p) & ex eo Schurzleibchis (q) referunt; Hadr. Valefis (r) verò do-
tem illam ad solum Lugdunum restringit, & Arelatum, quam urbem illi cum plerisque
scriptoribus regni hujusc caput Regumque sedem fuisse dicunt, in eorum ditione fuisse ne-
gat; sed suum Provincialibus Comitem & dominum fuisse, qui Arelati sedem habebat ex
Glabro Rodulfo it demonstratum; destruendo scilicet regno Arelatensi, quod ipse quidem
planè imaginarium fuisse perhibet, alii tamen sua nationis gravissimi scriptores revera ex-
tissime, cumque regno Burgundie Transjuranae conjunctum familia Rudolphidum extin-
cta ad Reges Germanorum devenisse planè confitentur. (s) Nimirum duravit regnum il-
lud per annos circa CXLIV, & postquam regante CONRADO, paſto ante memora-
to, ab Imp. Ottone M. ad leges juris beneficiarii redactum fuisse, deindeque ejus filius
RUDOLPHUS III, quem Ignavus cognominat, prole destitutus, Conradum Saliquum,
Germanorum Regem, missis ad eum regni insignibus, hæredem instituisset, isque armis
jus suum aduersus Odonem Comitem Campanæ, & Rudolphi torre natum, vindicasset,
regno Germanico illud annexum, & firmo perpetuoque subjectionis auctor, Schurzleibchii verbis, obli-
gatum est. Non tempore nulli, quin ipsum Regum Burgundie Transjurane stemma, ex Choro,
Blondello & Grueneno contextum, huic commentationi
inseriat:

(f) Regino ad an. 879. (g) Schurz. Hist. Burg. Cap. VI. (h) Vignier. Chron. Burg. p. 71.
(i) Hadr. Valefis, loc. cit. (k) Regino ad an. 887. (l) Pont. Henterti Rer. Burg. Lib. I. Schurz-
leibch. Cap. VI. Lutpr. L. 2. C. 16. & 18. (m) Prodoardus ad an. 931. (n) de regno Burg. &
Arelat. L. I. (o) Chronicon Burgund. pag. 69. (p) Rer. Burg. Lib. I. (q) Hist. vet. regni
pop. Burg. sub fin. (r) Not. Gall. p. 106. & 107. (s) Vid. Alph. Delbene de regno Burg. &
Arelat. Lib. III. & Tbnan. Hist. Lib. II.

TABULA II.

WELFUS COMES, de nobilissima stirpe Bavarorum, secundum THEGANUM ortus.

Conradus Comes, Alemanniæ Ducatui ab Imper. Ludovico Pio praefectus, ceu ex antiqua charta à Vadiano edita ap. Goldstutum Rer. Alemann. Tom. III. probatur.
† 16. Febr. 862.
Ux. Alcida, Imp. Ludovici Pii fil.

Rudolphus
Abbas ad S.
Richarli. †
866.

Judith, uxor secunda
Imper. Ludovici Pii
an. 819, duxa, †
24. Apr. 843.

Conradus II. Dux Rheticarum
partium & Jurensum, Go-
mes Lingonum & Paris. ex
Annal. Berthini, & Fulcoino Lan-
bienji à Blondello dicitur, †
879.
Ermentrudi, Eunitfridi C. Altenburg. f.

Welfus, Ab-
bas ad S. Germ.
Antifiod. †
881.

Hugo, Abbas &
Magnus cogn.
fumus sub Ca-
rolo Calvo di-
gnationis, †
887.

Petronilla nup.
Terculfo C. Wa-
flenjeni.

Rudolphus Rex primus Burgundiz Juranz
an. 888. † 912.
Willa.

Adelaida nup. Richardo
Duci & March. Burgundie.

Rudolphus II. Rex Burgundiz
Juranz, nec non Italiz, &
hic quidem quinquennis ab
an. 912. ad 916. † an. 937.
Bertha, Burkardi D. Sucvie fil.

Waldrada nup.
Bonifacio M.
Spondeano an.
922.

Willa uxor Bosonis
Ducis & March.
Tuscie.

Conradus Rex Burgund. Jur. † 993.
Matilda, Ludovici IV. Ultramontani
R. Fr. fil. 967.

Rudol-
phus. Episc. Lau-
fan.

Adelaida nup. fil. Lathas-
rio R. Ital. n. et Ospard.
M. Imper. 955. † 969.
Dec. 1000.

Rudolphus III. cogn. Ignas-
ius, Rex ultimus Burg. Jur.
† 6. Sept. 1032. Improlis,
ux. Hermengarda.

Gisla nup.
Henrico D.
Bavarie.
cogn. Rix-
fo.

Burkard-
dus, Ar-
chepisc.
Lugdun.

Berta, ux.
1. Odontis C.
Hermannii, D. Ste-
vie, quibus na-
ta est Gisla,
2. Roberti R.
Fr. 995, sed
ab eo sepa-
rata 998,
nupta.

Gerberga ux.
Mathilda
nup.
Baldwinis
C. Fland-
riae.

Cæterum

Cæterdm cùm à morte Rudolphi ultimi Regium nomen apud Burgundos obfolesceret, & in provincie formam regnum redactum esset, variis exorti sunt Comites, qui singuli ditiones suas clientelæ titulo tenuerunt, & in fide obsequioque Regum Germaniae permanserunt, usque ad excessum Henrici V; cuius orbitatem plerique in suum convertere incrementum, & quasi extincta familia, regni Rudolphini hærede, se se extollere, atque avtokratorian affectare coepерunt; nonnulli etiam suis diffisi viribus potentioribus vicinis se in clientelam deddere. Tandem Francorum Reges Capeticisanguinis, Galliarum Monachiam ambientes, variis artibus quicquid regni Burgundici & Arelatensis nomine veniebat suo adjecere imperio; exceptis Helvetiis & Allobrogibus, ubi Dux Comitesque Sandie, Zeringie, Kâbriagi & Habsburgi processu temporum imperitaverunt. (t)

Ea veteris regni Burgundici pars, quæ hodieque antiquum tueretur nomen, in Ducatum & Comitatum dividitur; hic Burgundia *superior*, *Imperialis*, *Transalpina* & *Sequanica* quoque audit, ille Burgundia *inferior*, *Regia* & *Cisalpina* vocatur, nonnunquam etiam *Ducatus Divonensis* appellabatur, propterea quod Duces, qui eam beneficio Regū Francorum obtinebant Divonia sedere consueverunt: (u) & videtur illa Burgundia portio esse, quam in prima ejus divisione Carolo Calvo cum Neustria conjunctam obvenisse supradictum est. Primi à modo dicti Regis ævo *Duces Burgundie Roberti & Richardi* in Annalibus reperiuntur, ille regiam in Francia occid, dignitatem deinde indeptus est, hic *postularius cognominatur* & Comes Augustoduni fuit; eundem *Dux Espernonius* in *Commentario de vera Regum Francie origine à Pipino Heristallo per filium natu minorem Childebrandum descendisse*, & genitorem habuisse arbitratur Theodoricum Comitem Augustoduni; recentior sententia illa est, quæ patrem ei tribuit BUVINUM Comitem, fratrem BOSONEM Regem Provinciae Arelatis. Præfuit autem Richardus Burgundia regnabitus in Francia Occid. Eudone & Carolo Simplice, obiisque supremum diem Kal. Sept. an. CMXXI, relictis ex ADELAIDE, Rudolphi I R. Burg. Jur. forore, tribus filiis, *Rudolphi, Hugone & Bosone*. Rudolphus ex Duce Burgundiæ Rex Franciæ an. 923, post excessum Regis Roberti socii sui electus, Ducatum Hugoni, qui NIGER cognominatur, fratri suo, tradidit; hunc verò is Rudolphi vivis exempto cum Hugone MAGNO, dicti Regis Roberti filio, Hugonis Capeti genitore; dispergitus coactus est, atque an. 952 improlis vita defunctus, Bosone fratre jam an. 935 præmortuo, suam Ducatus partem ad maritum ERMENGARDIS fororis suæ GISEBERTUM transmisit. Huic pater fuit MANASSES, qui Espernonio Duci supracitato Comes in Burgundia & ex fratre Richardi Duciis Burg. satus esse dicitur; alii originem Manassis in medio relinquentes Ducem Burgundiæ eum inter Richardum & Rudolphum fuisse volunt. Gisleberto unica fuit filia LÉUDEGARDIS, cuius cum Ottone, Hugonis Magni filio secundogenito, Duce Burg. nuptiis Ducatus iste iterum coaluit, & integer Ottone sine liberis mortuo ad fratrem ejus natu minorem Henricum transit, qui GERBERGIN, Adalberti Exregis Italiae viduam, & OTTONIS WILHELMI Comitis Burg. MATREM, in matrimonio habebat. Post mortem Henrici cum privignus ejus modò nominatus Duce invasisset, pulsus eo est à Rege Franciæ Roberto; qui eum in filium natu minorem homonymum transtulit; à quo tempore Ducatus Burgundiæ, *primi Parlati* dignatione insignis, in Capetingica familia hucusque permanit.

Comitatus Burgundie, veterum *Sequanorum* sedem compleætitur, & pars erat regni Transjurani, licet *cis jura* montem situs; primariæ ejus civitates *Vefontio* & *Dola* cententur. Sub ultimo Burgundiæ Rego OTTO WILHELMUS, qui prolixæ huic digressioni locum præbuit, Comitatum illum rexit, inq; eo successore habuit filium RENALDUM, qui dignitatem eam hæreditariam fecit; cum verò supremam quoque potestatem affectaret, & Henrico III Regi Germaniae obsequium denegaret, bello vicit & in ordinem coatus est. Hujus gnato Wilhelmo II *audax ingenium* in cognomen cessit; is Henricum quartum Regem Germaniæ, tertium Rom. Imperatorē, Vefontionem exeunte anno MLXXVII transeuntem magnificè excepisse, à Lamberto Schafnaburgensi prædicatur. Indicæ civitatis æde, S. Stephano sacra, monumentum exstant *Chefneus* (w) refert, in quo etiam Comitis Matisconensis & Viennensis titulus illi tribuatur; qua autem via hi Comitatus ad illum pervenerint, haud satis exploratum sibi esse fatetur, avie ejus matrimonium cum hærede Matisconensi non admittens; sed conjecturam capit GERTRUDIN, Wilhelmi II. uxori, vel Gerardi C. Viennensis filiam, vel Vidi C. Matisconensis sororem fuisse, quæ tamen

G

pleris.

(t) *vide Hent. Rer. Borg. L. I.* (u) *Vales. Notit. Gall. p. 167.*(w) *Histoire de Bourgogne Lib. IV. Cap. 16.*

plerisque aliis Theodorici C. Limburgici gnata dicitur. In numero fratum Wilhelmi II. ROBERTUS fuit, quem *Chefaw & San-Marban*, referunt ab amitæ sua viro Godfrido Andream Comite dynastia Craonensi, in Andibus sita, in vestitum ac donatum, stirpem hujus nominis profevisse, ducta firmandæ investituræ nepte & herede Suhardi, prioris de mini, cui felonie damnato illa adempta fuerat. Longè aliam econtra originem Roberto, Craonen-sis familiæ conditori ANSELMUS, monachus Parisiensis, in *Historia Geneal. Regum Gallie*: lignatus, filium suum vult Renaldi I. Comitis Niverniæ, ex Hadweida Regiæ stirpis genitum, & maritum secundis nuptiis Bertæ Domicillæ Craonii, viduæ Roberti Domini Vi-træi. Jam pridem verò stirps Craonensis omnis emarcuit, migravitque Craonium ad Sul-lios, atque ab his ad Tremollios.

Filios Wilhelmi II post se reliquit in Ecclesiastica & seculari historia celebratos: namque HUGO Archiepiscopatum Vefontinum ab anno 1086 usque ad an. 1100 magnâ fama rexit, & monasterium S. Vincentis quod ibidem est in Abbatiam extulit. (x) GUIDO ex Monacho Cluniacensi, Abbas Falleritanus, deinde Archipsp. opus Vienensis, denique Pontifex Romanus creatus & Calixtus II. dictus est, eoque in primis pontificatum suum nobilitavit, quod Imp. Henrico V. investituras Clericorum extorsit, & Concilium nongentorum patrum in La-terano coegit. REIMUNDUS in Hispaniam militatum profectus, fortitudine sua regiam conjugem promeruit, sobolique suæ & longæ posteritati regna peperit. RENALDUS II. & STEPHANUS sacræ nomen dedere militiae; de priore enim referit *Albertus Aquensis*, (y) quod Duci Welphoni comitem in peregrinatione Hierosolymitana fese adjunxerit; sed infirmitate correptus in via mortuus & sepultus sit, nec urbem sanctam attigerit. De Stephano *Wilhelmo Tyrino* (z) memor prodidit quod vir inclitus & multa nobilitate insignis fuerit, & cum aliis quibusdam Occidentis Principibus, magno cum apparatu bellico, ad Godefridum aliósque in ea expeditione desudantes iter arripiuerit. Deinde, commissus praefatio apud Jopen noitros inter & Ascalonitas atque Aegyptios, ceciderunt, inquit, in ea acie u.t.e. que Comes Step' annus (nempe Stephanus Burgundiae, & alter Stephanus Carnotensium & Blefensium Comes) & alii Nobilcs.

WILHELMO III. Comiti Burgundiae, qui *Puer cognominatus* & familiarium suo- rum scelerè è medio sublatuſ est, Reinaldum II patrem tribuentes, (*besiūm*, aliosque ei af-fidentes scriptores sequimur; haud ignari, putare alios, illum Stephano prognatum esse, Reinaldo III è contra & Wilhelmuſ ejus fratri Reinaldum II genitorem fuisse. Verum quoniam in confesso est Wilhelmuſ Puerum Comitatum Burgundia ante Reinaldum III tenuisse, huncque illi succellisse, meruiset iste usurpatoris notam, à nemine tamen ipſi inuitam, si Stephano fuisse natuſ; ad prolem enim Reinaldi II hæreditas Comitatus per-tinebat, quippe qui legitimus Comes Burgundiae fuerat, Stephanus verò vicarius tantum, postquam nempe ille peregrinè profectus esſet, id quod diserte *Albertus Aquensis* (z) notavit, Stephanus vice fratris Burgundiam rexisse referens. Cumque Stephanus, non fecut ac Reinaldus II, procul à patria mortem oppetierit, haud est verisimile, gnato ejus, tunc haud dubiè adhuc minorenni, animi viriūque satis fuisse, ad rapiendum fibique afferrandum Comitatum, patrueli debitum; certè ab hoc flagitio ipsum Pueri cognomen Wilhelmuſ III absolvere videtur, quod simplicem magis ac ingenuum, quam pravum, & alieni appetentem, ne dum raptorem, illum fuisse arguit. Quia itaque iutus ac legitimus Burgundi- di Comitus postleſſor fuit, non alio patre, quam Reinaldo II Comite Burgundiae, ortus esse, neque Stephanus proli legitimus ad Comitatum Burgundia adiutus patre potuit, nisi postquam illius progenies defecisset. Firmantur hæc illis quæ *Oto Frijingenſt*, (a) scriptor illustris, & ab ævo, quo illi vixerunt, non longè remotus, literis consignavit; ita atem ille: mos in Burgundia, qui p[er] in omnibus Galliæ provincijs servatur, remanit, quod semper senior fratri, ejusque liberis seu mariib[us], seu feminis, patre hereditario, cedat autoritas, ceteris ad illam, tanquam ad dominum respicentibus. Ex qua conjecturâ factum est, ut *Wilhelmuſ*, qui dicebatur *Puer*, Reinaldi (patris Beatricis Imperatricis) ex part[er] patris consanguineus, contradicendo *Ducis (Zeringensis)* sororis filius, rerum summam, dum adhuc viveret, illa in provincia habueret, (sic ut quia seniore fratre natus erat) Quo si ante soñorm rebus humani exempto, Reinaldo Comiti, minore fratre orto, p[ro]p[ter]e hereditario dominum cessit. Factus hoc modo RAINALDUS III comes Burgundiae, cùm nimis justitie sue (ut iterum Ottonis verba referam) confisus in cultu & obsequio Regi Germaniæ præstante remissior esſet, & curias Principis adire negligeret, ille indignatione motus Burgundiam Conrado Duci Zæringensi concessit; sed is non nisi vicinis sibi locis potiri potuit, Reinaldo majorem Comitatus partem armata manu tuente. Merentur subjici versus *Quoniam Ligeriuſ* de hac re:

Hanc

(x) *Chislet. Vefont. Parte II. p. 229 & seqq.* (y) *Expedit. Hierof. Lib. VIII. sub fin.*
Belli sacri L. X. l. 2. § 20. (z) *loco cit.* (a) *de gestis Frid. I. Lib. III. c. 29. §. 43.*

Hanc comes antiqua veniens ab origine regum
Guilhelmus quidam, puerum quem sana vocabat,
Possedit, quem conspicuo produxerat ortu
Chunradi germana ducis, quo frande fiorum
(ut perhiv veteres) humanis rebus adempto,
Proximus agnatus Comitis Reinaldus & beres
Legitimus, tamen natuus moderamina summe,
pure suo nimium, & claro sanguine fretri,
Tentonicos Reges ediclatne saepe vocatus
Sprevit, & Allobrogos alius sub Regibus esse
Indignum reputauit, nimium memor ille vetustas
Libertatis erat, Regemque superbus agebat.
Donec ob innumeros fajins, sententia tandem
Ultrices in eum deproprio Regia vires,
Ereptaque viro, regi, sub iudice, terram,
Nomine Chunrado sibi concilii habendam.
Ut quasi proscripti Regni pretore rebelli,
Proximus extinco succedet ille nepoti.
Qui mox concessos armato militefines
Irrumpens, regale jibi defendere donum,
Et validu sancte manu tentabat: at ille
A patribus suis septa suis retinere laborans,
Plurima confernit diverso pralia cajis.

Verum enim vero collapsum in Burgundiae Comitatu Regum Germaniae autoritas
 tem egregie restauravit Imp. Fridericus Barbarossa: ducta enim in matrimonio Beatrix,
 ipsius Comitis Reinoldi, non solum Burgundiam, sed etiam Ottone Fisingensi (b) no-
 tante Provinciam Imperio jam din alienata sub uxoris titulo familiariter posse capi. Mox etiam Zeringen-
 sis Dux prætentionem, tribus ciuitatibus inter Iuram & monte Jovi, videlicet Losanna, Gebenna & Seduno,
 illi traditus, redemit. Vener deinde ad Curiam Imperatoris, Radevico (c) referente, Stephani Viennensis Ar-
 chiepiscopi, & Archicellariorum Burgundia, & Eracius Archiepiscopus & primas Lundinensis, & Odo Valen-
 episcopi, & Gaufrainus Avinioensis, & Silvio magnus Princeps & prepotens de Claria, & Friderico fidelitatem fe-
 cerunt atque hominam, & beneficia sua de manu illius reverenter suscepserunt: Arelatensis antea Archiepiscopus, &
 ait omnes archiepiscopi, Episcopi primates & nobiles misis per boles valde & indutriis munios literis omnimo-
 dam suæ fiduciæ ac ad uitam fidelitatem imperio Romano compromiserunt.

AD TAB. III.

A WILHELMO BURGUNDO, Reinoldi III. Comitis fratre, ramus ortus est com-
 plurium ferax palmitum: ille in divisione patrimonii Comitatus Viennensis, Matifconensem &
 Angionensem fortitus est, ex quibus priores duo deinde filio ejus natu minori GERARDO ob-
 tiguerunt, qui cum eis Salinarum dominium uxorio iure conjunxit, & lineam condidit, haud
 diu duraturam: extincta eni est in pronepte WILHELMO III, cuius haeres soror ALI-
 SA Comitatus avitos marito suo Johanni Drocensi attulit, & deinde an. 1238 Matifconensem
 Regi Ludovico Sancto vendidit; Viennensis autem, postquam sine prole vivis exem-
 pta esset, ad HENRICUM Dorn. de Lagoy vel patrimum ejus vel patrielem transiit, atque ab
 eo circa an. 1250 Johanni Archiepiscopo Viennensi venditus est; & notavit Chiesens (d) tres
 tunc Viennæ Allobrogum fuisse Comitatus diversos, unum, quem Ecclesia tenebat, inde à
 tempore Rudolphi ultimi Regis Burgundia Transjurant, à quo donatus illi fuerit, secun-
 dum illum, quem Comites Matifcone possidebant, quemque titulo emptionis venditionis cum
 priore Archiepiscopatu consolidatum esse dixi, tertium, qui in peculio Da finorum Viennensis
 erat: Delfino hinc voco ex sententia Hadr. Valensi, qui Delfinos à picto in eora scuto delphino pisce
 perpetiam vocari, Delfinum vero proprium viri nomen suum censuit Vienne dominantis, quod ad posteros Vi-
 enne fuit immatique nubium dominos transtierit, & ad ipsam regionem, que Delfinatus ab eis dicta sit. (e)

AD TAB. IV.

Reinaldo III. Comite Burgundiae sine virili prole rebus humanis exempto, ejus ex
 fratre Wilhelmo nepos STEPHANUS jus in Comitatum avitum sibi competere ratus,
 cum rem vindicare non posset, titulum Comitis Burgundiae assumpsit, quo etiam filius ejus

(b) Vita Friderici Lib. V. (c) de gestis Imp. Frid. I. Lib. I. Cap. II. (d) Hist. Burg. Lib. III. cap. 66.

ac nepos usi sunt, continuas cum possessoribus Comitatus simultates exercentes, quæ in bellum quoque erupere; at felici denique conjugio HUGONIS & ALISÆ sublatæ sunt. Nimurum Imp. Fridericus I. Ottонem filium quartogenitum, è Beatrice natum, in Burgundia Comitatu hæredem instituit, addito ingenti nominis honore, ut Rex Arelatenjus vocaretur, teste Otto Frijingenji. Alii simpliciter eum scribunt Regem in Arelatenjus regno, quem titulum *Chefneus* interpretatur Vicarium Generalem Imperatoris in regno Arelatenjus, & primarium Comitis, qui dicatur alias Palatinus. Itaque Comitem Palatinum Burgundie Otto se dixit, dum Stephanus simplici Comitis Burgundia title uteretur. (f) Reliquit Otto post se gnatum unicum, è Margarita Blesensi suscepit, Beatricem; ea Ottoni Ducis Meranie nupta Burgundia Palatinatum eidem attulit, & mater ex illo facta est Ottonis III Comitis Palatini Burgundie anno MCCCXLVIII sine prole defuncti nec non ALISÆ, quam filiam Ottonis III à Vignierio, Chefneo, aliisque perperam dici *Sam. Guichenonius* ex ipso Ottonis III testamento, quod in Tabulario Diviodunensi servetur, fidem facit. (g) ALISA à parente HUGONI Comiti Calviensi nupti locata, deindeque fratris hæres facta, contentio, quam utriusque progenito aluerant, finem fecit, marito ejus totius Burgundia Comitatus domino constituto. Hinc filius eorum natu maximus OTTO sive OTTELINUS quartus illius nominis Comes Palatinus Burgundie appellatur. Idem, ducta in uxorem *Matilda Artesiensis*, post socii excessum Arte-siae Comitatum invavit, cumque adversus Robertum III Artesiensem, ex Mathildæ fratre, qui ante parentem fato cesserat, prognatum, patrocinio Regis Galliæ Philippi IV tuitus est. Præfigit Regi huic fortassis animus in suorum ditionem brevi concessuros Arte-siae pariter & Burgundia Comitatus; id enim usu venit, postquam mafcula Ottonis IV & Mathildæ proles præmature deceperat, & gnatae illorum in Regiam familiam elocatae essent, quarum natu major JOHANNA Philippo, qui *Longus cognominatus* est, & fratri Ludo-vico X. in regnum deinde successit, nupta, eundem dictis Comitibus auxit. Hi postea cum Johanna illorum filia natu maxima ad Eudonem IV Ducem Burgundia transierunt, atque ab hujus stirpe, quæ in nepote extincta est, ad Ludovicum Malanum Comitem Flandriæ, è Margarita, Regis Philippi Longi & Johannæ C. Burgundia filia secunda, natum, porrò cum hujus filia unica Philippo Audaci Duci Burgundia nupta, in hujus familiam, cuius hæredes Austriaci facti sunt, devenere. Colophonem commentatione de Burgundia imponere luet monumento, quod Vesontione in templo S. Stephani extans *Job. jac. Chiffletius* (h) descripsit, atque haud dubiè idem est, quod è Chef-neo superius allegavimus. Intempi atrio, inquit ille, sepultri sunt oculo Burgundie Comites; quorum epitaphium olim in lapide inscriptum, detrito eo & exeo, Canonici beneficiorum ab iis acceptorum memorie, ad murum descripti curaverunt, expressis singulorum imaginibus; addito in medio, S. Stephani Protomartyris habitu, Stephano electo in Archiepiscopum anno 1192 sed antequam ob etatem confirmari potuit, mortuo. Subscripta sunt iconibus nomina boc ordine:

GERARDUS Comes Viennensis, Dominus de Salinis.

GUALTHERUS Comes Burgundia & Viennensis,

REGNAULDUS Comes Burgundia, Viennensisque & Matisconensis.

OTHO Comes Burgundia & Dux Meraniae.

STEPHANUS de Burgundia, Electus Bisontinus, frater Othonis Comitis.

OTHO Comes Burgundia, qui instituit duos Capellanos ad altare S. Theodoli.

REGNAULDUS Comes Burgundia pater Beatricis Imperatricis.

WILERMUS Comes Burgundia, Matisconensis & Viennensis.

WILERMUS Magnus Exarches Burgundia, Viennensis & Matisconensis.

Epitaphium verò est hujusmodi:

SEPULTURA PRUDENTVM BURGVN-DIAE COMITUM.

Bis quater bic Comitum sunt corpora, quae dedit iherum
Mors, & ibi solitum nobis solvere tributum,
Spiritus in celis horum manibus Michaelis
Sandi portantur, & in alta fede locantur.

Inter

(e) *Notit. Gall. p. 607.* (f) *Gollnt. Memoir des Princes de la Franche Comté L. VI. C. 31. Schombartus de Com. Palat. p. 201. & seq. (g) *Hist. de Savoye Liv. II. Chap. 9.* (h) *Vesontonis Parte II. p. 252. & 253.**

1373. \pm .

Ferdinande-
dus Co. Ferdinandus
mes ab Infanti Castel-
Albuquerque, \pm , Duci de
que, occ.
barrotam contra
in pr. ap. Aliu-
rotan
la Vega.

Leonora, nup.
Ferdinando
Infanti Castel-
Albuquerque, \pm , Duci de
de Moncon. 2.
in pr. ap. R. Aragon.
Alburar.
rotan
Dec. 1435.
1385.

XIX.

XXI.

Aldonza de Castella Dom. Aquilar, nup. *Garce Hernandez Man-*
rigne, primo Comiti de Castanneda, & fatoris stirpis Marchionum
ab Aquilar.

XXII.

Constantia, 2. Alfonius de Castella
Prior mo- cogn. *Santins*. Ludovicus de Castella Aldonza nup. Isabella, XXI.
nasterii St. *joanna de Zuniga*. Prior Arochz, & Pr- Roderico de monialis.
Maria Re- fes Confiliis R. Philip- pi Primi.

Johannes de Castella, *Decanus* Hifjal.
Præses Confiliis Castel, *Episcopus* Salamanca.

XXIV.

Isabella de Mendoza nup. *Henrico de*
Toledo Dn. quinque oppidorum *Mancera*. Anna de Castella, ux. *Ludovici de Velafo*,
Dn. de Carrion, progenitor March, de
Salinas.

2. Petrus de Castella. ux. *Maria*
de Sylvia fil. March, de Montemayor. Alfonius de Castella
 \pm puer.

XXVI.

Dieghus de Castella, \pm apais.
Isabella Lajo de Castilla. Johannes de Castella.
Anna de Madrid & Guevara.

XXVII.

Didacus de Castella, Dn. de Gor, Boloduy & Herrera de Valdecannas.
Francisca Lajo de Castilla, *Dieghi Dn. de Villanantique de Tajo* f.

XXVIII.

Johannes \pm ado- Anna de Castella, nup. *Gabrieli Tellez Giron*, Eq.
lescens. *Alcantara* Dn. de Cardela.

TAB.

L



EXEGESIS HISTORICA.

BAIMUNDUS Burgundus, quem in numero filiorum natu minorum Wilhelmi II Comitis Burgundiae Tabula II exhibuit, in Hispaniam profectus Alphonso V I Regi Castellae & Legionis militarem n'avavit operam, ea fide ac fortitudine, ut virtutis præmium *Uracam* Regis filiam, ex Regina Constantia suscepitam & in regna, deficiente virili prole, succelluram, acceperit. Hoc ex matrimonio natus est ALPHONSIUS Rex Castellae & Legionis jure materno factus, cuius posteri non tantum universam Hispaniam in unius potentiae molem coegerunt, sed etiam extra ejus fines imperii sui reverentiam protulerunt. De illis antequam verba faciamus, paucis repeterem juvat antiquiorem Hispaniae statum, quo modo compluria ibi regna sint exorta, quosque singula Reges ad illud usque aevum habuerint.

Hispaniam inclinata re Romanorum, quibus per sex seculorum decursum servierat, Vandali, Silingi, Alanii, Suevi & Gothi invaserunt ac diripuerunt, donec primis in Africam transgressis, Alanis verò Silingisque à Suevis domitis, itisque vicissim à Gothis devictis, hi soli regnarent, id quod circa annum Chr. 585 duetu & imperio Lewigildis accidisse rationem nonnulli subducunt, alii verò ferius, nempe an. 621 factum esse supputant. Cintilla, qui busdam Flavius Swithila dictus, Lewigildis ex filio Recaredo nepos, primus omnium Gothici nominis Regum, expulsis profligatisque Romanis, Hispaniae monarchiam consequitus esse Vasco & S. Isidoro memoratur. (a) Hæc autem Gothorum monarchia ad breve duravit tempus, atque a. 713. Roderico, Cintilla abnepote, regnante, destruxa fuit, quum Saraceni sive Mauri, a Juliano Septa Comite ob vitium filiæ sua: à Roderico illatum ex Africa evocati, freto trajecto Hispaniam latè ferro ignique vastarent, & intra exiguum temporis spatium subjugarent, Gothorum reliquias passim in fugam dissipatis & in montana Asturiae se compingere coactis. Hoc paeto rertum in Hispania potiti Mauri tria considerunt regna: primum erat Cordubæ, quod Abenaliberti regnum dixeré; alterum apud Hispalim; tertium apud Carthaginem novam, quod postea iub Granata nomine inclaruit. Rediit tamen victis Gothis in præcordia vietus, ita ut arma corripere, & summa rerum Pelagio delata manus cum Mauris conferere sustinuerint.

Originem Pelagiū à veteri Regum Gothorum stirpe ducebatur, eratque filius Favillæ Duci Cantabriae, nepos Regis Chindaswindi, & patrui Theofredi, patris Regis Roderici, quem proinde in sepulchrali Epigraphæ ultimum Regem Gothorum perperam dici statuendum est. Pelagiū insigni de Mauris victoria reportata Legionem aliasque urbes cepit, & regnum Ovetanum, ab urbe Asturiae primaria sic dictum, condidit, fatusque A.C. DCCXXXVII. concessit, reliquo successore filio Fafila. Is postquam altero ab hinc anno inter venandum à feris disceptus decepsisset, soror ejus Hermenesinda, fave Ormiselda, e-jusque maritus Alphonfus regnum adierunt. Hic eodem genere Ricaredi scilicet Gothorum Regis prognatus Regis Liubæ II qui Cintilla frater natu major erat, abnepos, Petri Ducis Cantabriae filius, primus Catholicæ cognomine insignitus fuit, quoniam Arrianum dogma quod à Recharedi Regis morte in Hispania pullularat, eradicavit, urbesque & oppida

(a) Chron. Hisp. ad an. 621. Exstat id in Tomo I, Rer. Hisp. Scriptorum è Bibliotheca Roberti Beli Fras-co, an. 1579 editorum.

et acomplurā ejecto Maurorum præsidio recepit. (1) Abejus posteris propagatum atque inter continua cum Mauris bella auctum est regnum Ovetanum, hocque nomine antiquato Legionense dictum, postquam Ordonius II Alphonsi Catholici trinopos fedem imperii Oveto in Legionem urbē translatisset. Defecit tandem omnis Regum Gothorū stirps mascula in *Veremundo* sive *Bermudo* III, Ordini II atnepote, & Alphonsi V filio, translatumque est Legionense regnum in Regum *Navarriorum* familiam circa A.C. MXXXVII.

Initia regni Navarri quod initio *Pompelonense* dictum fuit, à tempore Pelagii, primi Asturiae seu Oveti Regis & anno circiter 724 vulgo reputunt, *Garſia*, *Ximeni filio*, primo Rege constituto, cui equidem *Suprabienis* & *Kipacrciensis* Regis titulum induit, atque anno Chr. 758 vita functo successorem in regno tributum filium *Garſiam Eneconis*, Pompelonis expugnatorum, huic *Fortunum*, *Fortunio Saulizum*, cui univerba Navarræ provincia in ipso regni sui initio i.e. sub annum Chr. 815 paruerit, *Ximinum*, *Ximino Garſiam*, eoque sine liberis mortuo regnum nova electione ad *Eneconem* cognomento *Arlam* dicunt pervenisse, abavum *Sancti Majoris*. At verò vulgatam hanc opinionem multis solidisque argumentis refellit *Arn. Oibenardus in Notitia Instrinque Vasconia*, (c) veterumque scriptorum testimonialis comprobavit, nullum proprium Regem Pompelonensibus seu Navarris ad Ludovici Pii Imperatoris ætatem imperiale, sed ipsos aliquandiu immumes imperii, tum Asturæ, alias Francorum Regibus, nonnunquam etiam Sarracenis, subiectos fuisse: porrò Suprabienia Regis titulum ante *Sancti Majoris* ætatem neminem gelississe, denique prima Navarri regni fundamenta ab *Encone Arilla*, ex dynastis sive Vicecomitibus *Baigorrie*, qui pagus est in Vasconia Aquitanicae regione montana situs, aliasque à Bigorra seu Bigerrorum Comitatu, oriundo, jaclata fuisse, illa tempestate, qua Francorum in Hispania imperium Aizonis defectione, & bellis civilibus à Ludovici Pii filiis excitatis labefactari cœperit, videlicet post annum Chr. 824. Ab *Encone Arilla* itaque *Oibenardus* itemma Regum Navarræ orditus est & pertexuit serie longè alia, ac cæteri Scriptores: cum enim his *santibus* cognomine *Major* istius abnepos fuisse videatur, ille trinopesis suinepotem, ne que quarto, sed octavo gradu ab illo remotum fuisse demonstravit, cuius genealogia exemplum infra scriptum est.

ENECO- Garſia, cogn. *Arista*, regni Pompelonensis seu Navarri conditor
circa an. 826. Uxor *Ximina*.

I.

XIMINUS- Eneconis, obiit ante an. 839. Ux. *Maria*.

II.

ENECO- Ximini, regnavit
ab anno 839. usque ad an. 842.
Uxor. *Oneca*.

GARSIAS- Ximini, fratri in regno successor,
obit circa an. 858. sine pr.
Ux. *Toda*, *Muze Abenkazi*, Regis *Cesarangusti*.
fil.

III.

GARSIAS- Eneconis, Rex post patrum, + circa an. 887.
Uxor, *Utraca* è stirpe Azuarri Aragonie Comitis
X.

IV.

FORTUNIUS Rex post patrem, & denique monachus, anno circiter 904.
Uxor, *Aurea*.

SANCTIUS- Garſia fratri successor an. 905. Ux. 1. N. *Galmi-*
di Com. Arag. fil. 2. *Tu-*
ta Aznari fil.

Ximena uxor *Alphonsi III.*
R. Angl. 2. *Abdalle R. Corduba*,

V.

Eneco, *Lupus*, *Azarius*, È-
necce amitiz fux maritus.

1. *Garſias Sandii* Sandia, ux.
Curvus Comes Ferdinandi
Gafconis à quo Gundifalvi,
Duces Gafconie, Com. Ca-
Comites Burdigas- stellæ.
Izx, Fidentiaci &
Astaraci.

2 **GARSIAS Sandii**, regnavit post patrem usque ad an. 919. Ux. *Eximiana*, f. *Theresa*, Endregoti-
us, Gundindonis è Comit. Ara-
gon. f.

Ximena, Tercia, Maria Valasquita,
ux. *Froilze* ux. *Ranieri*, ux. *Sc.* nup. *Munioni*
II Regis till Re. niofre. Com. *Biscaya*
Legion, gis Le- di Com.
glon, *Barcino-*
nensis.

VI.

SANCTIUS cogn. *Abarca*, Rex post patrem,
Uxor, *Utraca*, Ferdinandi f.

Ramirus Sancta nup.
Rex VI-
carie, *Ordonio II. R.* Com. *Gafconie*,
Legion.

Utraca ux. *Willemi Sancti*

VII.

CARSIAS Sanctii, cogn. *Tremu-*
bis, patris in regno successor, quo ex Ximena ejus uxore natus est.

Ramirus ante patrem mot-
tuus.

Gonsavus, regnans in
Arragonia.

VIII.

SANCTIUS cogn. *Major*.

M.

(b) *Mich. Ritius de Reg. Hisp. Lib. II.* (c) *Lib. II. cap. 4. § 10.*

IX.

In Sancti Majoris ius ditionemque haud minima Hispaniae pars concessit; in diplomate enim, quod è tabulario Pompelonensi *Oibernatus* deponit, tenuisse se potestatem ait, in Pamplona & in Aragonia, in Suprarbia & in Ripacuria, in Nagera, in Castella & in Alava, quæ ex sententia autoris modo dicti *Biscajam & Ipnuciam tunc complexa est*. Itaque opibus, armis, potentia plus quam maiores sui valens Legionense quoque regnum orbitate Regis Veremundi ille & eius concupiscere coepit, bellumque ei intulit, & magnam ditionis partem eripuit. Pax deinde in eas conditiones facta est, ut Sanctius capta retineret, *Ferdinandus* vero filius ejus secundogenitus *Sanctiam*, Veremundi fororem, in regnum isti sine prole morienti successuram, in matrimonium duceret. Dilatis ita majorem in modum imperii sui finibus ad malum ac perniciofissimum consilium illud dividendi delapsus est: cum enim filios quatuor haberet; *Garciæ* natu maximus successor patri in regno Navarræ, matri in parte Comitatus Castellæ Vetus, *Ferdinandus*, Legionense regnum post affinis obitum habiturus, in reliqua Castella, *Gonsalvus* f. *Gundifalvus* in Suprarbia & Ripacuria, *Ramirus* notus, in Aragonia. Hi quum paternas æquare opes cuperent, angustioribus fe finibus circumscriptos rati, mutuis mox diffidiis collisi & attriti sunt, usque dum omnis eorum progenies extingueretur. *Garciæ R. Navarre* stirps diutius eodem ceteris floruit, & demum in ejus atropote *Sanctio cogn. Iulchis*, a. 1234 sine prole mortuo, emarcuit, succedente in regnum Theobaldo Comite Campaniæ & Briæ, Theobaldi filio ex Blanca Sancti forore nato, qua via Navarræ imperium ad Campanicam, illustissimam eo ævo in Gallia familiam, devenit, atque ab ea porrò ad Regiam Gallicanam, inde vero ad Fuxiam, Albretanamque, & denique ad Borbonicam, mutilatum eodem ac divulsum, devolutum est. Ferdinandus *Castellæ Rex*, postquam *Legionensem* etiam regno, ex parte quidem ipsi debito, sed armis antecapo, potitus esset, præterea que magna Lusitanæ partem Mauris eripuisse, novam inter filios, quos tres habuit, imperii divisionem instituit, *Sanctio* natu maximo Castellam, *Alphonso* Legionem, *Garciæ* Gallicam assignando. Inter hos non fecus ac inter patruos eorum domestica exarserunt bella, quibus captus à Sanctio Garciæ, neque illo vivis exempto liberatus, vitam in custodia improlis finivit; *Alphonfus*, *Sextus* hujus nominis inter Hispanias Reges, regno pulsus, sed post Sanctij ad Cannoriam urbem caudem in id restitutus, Legionense etiam sui juris fecit, & Toletum aliquae oppida Mauris extortis; à quibus tamen magna vicissim clade affectus, filioque unico *Sanctio* orbatus est. Haud vero inultus vitam cum morte a. MCIX. commutavit, & quia legitima prole mascula carebat, regnum *Tracea* filiarum reliquit, cum qua *Raimundus* noster, è Burgundiae Comitibus ortus, novam Regum Castellæ Legionisque & denique universæ Hispaniæ familiam prosevit, non fecus ac *Henricus*, è Ducus Burgundia prognatus, cum notha *Alphonsi VI Theresia* stirpem Regum Lusitaniae hodieque virentem condidit. *Gonsalvus*, tertius R. Sancti Majoris filius, improlis è vita expulsus est, occupante regnum ejus fratre *Ramiro Arragonæ Rege*, (d) qui vicissim suo à Navarræ Rege *Garciæ* exutus hoc mortuo ejus recuperandi opportunitatem nactus est. Duravit *Ramiri* propago mascula ad brevetem tempus, atque in ejus nepotibus, *Petro* I., *Alphonso* I., & *Ramiro* II., qui sibi invicem successerunt, exaruit. Postremo autem eorum ex uxore *Agnete* Picstaviensi filia erat *Petronella* nominata, quam is *Raimundo* Comiti *Bacrinonii* elocavit, eidemque resumpto, quod cum *trabea* commutaverat, cilicio, regnum vivustradidit. Hujus virilis posteritas, quæ cum Aragoniæ regno, etiam *Valentia*, nec non *Insularum* *Balearum* *Siciliae* que & *Sardiniae* imperium conjunxit, usque ad secutum XV superstes manit, & demum in *Martino*, anno 1410 regni & vita munere perfuncto, defecit, succedente *Ferdinando Castellensi*, ex illius forore Eleonoræ nato, quemadmodum loco congruo dicturi sumus; hic illustrandis iis, quæ modo dicta sunt, residuum schematis superioris partem subjicientes.

SAN-

(d) *Mariana de Reb. Hisp. Lib. IX. Cap. 2.*

SANCTIUS- Garsiæ, cogn. MAJOR, Rex Navarræ nec non in Arragonia, Suprarbia, Ripacurtia & Castella, obiit anno 1035. Uxor, Majora Munia, Sancti Comitis Castellæ filia.

GARSIAS Rex Navarre, occ. in pugna contra Ferdin. fratrem ann. 1054. Ux. *Stephania*.

FERNINANDUS Rex Castelle & Legionis, dicitus *Magnus* & *Imperator*, † 1067. *Sancta*, Veremundi III. *R. Legionis* soror.

GONSAVUS Rex Suprabie & Ripacurtie, occ. improlis 1045.

RAMIRUS, notus, ex N. Ayvari Domina, Rex Aragonie, nec non Suprab. & Ripacurc. postfratrem, occ. an. 1067. Uxor *Gerberga*, Berardi Rogerii Com. Bigorr. f. X

SANCTIUS- Gar- fiz Rex Nav. oc. an. 1076, à fratre Raimundo & so- rore Ermifenda, Ux. Placentia.

Ramirus Dn. Calagurris & St. Ste- phani.

Raimun- dus, fratri- cida.

SANCTIUS Rex Castel. Iz. occ. ad Zamoram 1073. Ux. Blanca.

ALPHONSUS VI. Rex Legionis & Castellæ post mortem fratris. † 1109. Ux. I. Contantia, Roberti D'uc. Burgundia, fil. 1080. 2. Cecilia, Saracera, dicta post baptisimum Maria.

GARSIAS Rex Gal. Iecie, †

SANCTIUS- Kar- min, Rex Arra- gon. & Navar- ræ post R. San- ti. Garicæ cæ- dem, † in ob- fid. Ofice ann. 1094. Ux. Feli- cia Hildiuini C5. Rocenensis f.

Ramirus I. URACA Regi- na Castell & Le- gionis, nup. 1. Rai- mundo de Bur- gundy, 2. Al- phonso R.Ara- gona & Navar- ei Bavarie, ux.

2. Sanchius occ. in pu- gion, nup. 1. Rai- gion contra Mau- ros, ad. modum juvenis, au. 1100,

Teresia, notha, è Ximena Guimanna, U- xor Henrici Burgundi, à quo stirps Regum Por-

PETRUS Rex Aragon. & Nav. † 1 lib. 104. vel 1105. Wilhel- mi VIII. Com. Piastav. f.

ALPHONSUS RAMIRUS II. post & Nav. post fratre, † 1134. Uraca, Matilda, Wilhelmi fil. VI. fl.

GARSIAS- Ramiri Rex Navarræ post Alphonfus-Ra- Alphonsum Aragonium, † 21 Novemb. miri Dn. Ca- 1150. Ux. I. Margarita, Gislerberti Aqui- stri Veteris.

PETRONELLA, Regina Arrago- nie, Raimundo-Berengarii Com. Barcinonis, unà cum regno con- dicta an. 1137, duxa 1150, mortua 1173.

I. **SANCTIUS** cogn. *Sapiens* Sanctia nup. Margarita 2. Sanctia, nup. Rodericus, XIV. Rex Navarræ † 27. Jun. *Sanctio Dejide-* Ux. *Wilhel-* 1. *Gafoni Vicec.* notus.

rato R. Castell. mi L.R. Si- cil.

Bearne, 2. *Petro* Com. *Moline*.

2. SANCTIUS cogn. *Incius* Rex Navarræ, † improlis 7. April. 1134. *Clementia*, Raimundi Com. Tolosa fil.

Berengaria, nup. *Richardo I. Regi* Anglie.

Blanca, nup. *Theobaldo* Com. *Campanie*, à quo nova Regum Navarræ stirps.

Ad *Uracam* in præsentia redeundum, Alphonfi VI Regis Castellæ & Legionis filiam, eamque RAIMUNDI Comitis Burgundia, nec Tolosæ aut Barcinonis, sicut à multis per- pèram traditum est, uxorem. Ea Raimundo vivis exempto, dum pater Alphonfus superstes esset, nuptiis secundis in manum convenit Alphonfo I Regi Aragonia, Petri I & Ramiri II fratrum suorum ætatis medio interjecto. Is mortuo fecero Castellæ Legionisque re- gna uxorio jure an. 1109 obtinuit; matrimonio autem obtenuit consanguinitatis libidi- numque reginæ poitea dissoluto, cum ille Castellam nihilominus jure dotis retinere con- tenderet, & Uraca ob publicatam pudicitiam odium apud bonos omnes adeptæ esset, inge- ntes extitere motus, qui eum denique finem natæ sunt, ut Alphonfo pariter & Uracæ regna Castellæ & Legionis abrogarentur; illo in Aragonia suas sibi res habere jussò, hac verò co- acta, ut certis redditibus, unde vitam sustentaret, contenta filio ALPHONSO, è priore viro

suscepto, regna cederet, quæ populi & procerum eximia ac propensa voluntate jam delata, ei fuerant. Ita rerum potitus ALPHONSUS Septimus hujus nominis apud veteres audit scriptores, quibus vitricus ejus in nullo Castellæ Regum numero ponitur, neque sas est fixas velut state opinationes novis placitis convellere: quod quidam faciunt Regem illum Aragonicum Alphoni nomine septimum inter castella Reges numerantes: in quam quid juris habere potius, legitimo heredem ex priori conjugio nato, posteriori matrimonio vitojo, & legibus repugnantibus invalido? ut præstantissimi scriptoris Job. Mariane verbis utar? (e) Ad acre bellum vitri cum inter ac privignum omnia spectabant, ed quod ille præcipuas Castellæ urbes & munitissimas arcis Aragonicis praefidiis occupatas detineret, & repetitas à privigno evacuare ac reddere tergiversaretur; verum Præfulibus utriusque Provinciæ annitentibus concordia via tentata est, eo successu, ut precibus eorum, nec non reverenti Romani Pontificis Calixti II, qui Alfonso Castellensi patruus erat, flexi, in pacem & fœdus coirent, quiue cruentis depugnaturi videbantur armis jam modestia & comitate certarent. Itaque, Mariana commemorante, (f) ab iis Regibus maxima concordia, tanquam à duobus conjunctissimis fratribus, resp publica domi forisque administrata, & ab stevis ingrumentum undique bellorum procellis industrie fortiterque defensa deinceps est. Atque hoc anno à Christo nato MCXXII gesta sunt. Uterque verò Regum otii perturbati in Mauros arma verterunt, & Castellensis quidem Cauriam urbem, post avi obitum ab illis occupatam recepit, indeque per regionem universam, quæ Anæ & Tagi fluminibus continetur, prædas egit. Verum Alphonso Aragonico à Mauris an. 1134 casio, nullamque sobole post se relinquent, nova inter Christianos Hispaniæ Reges bella ora sunt: cum enim Vascones, quorum regnum Alphonsi pater, Sanctius suæ ditionis fecerat, Garsiam veteri Regum suorum sanguine cretum, Aragonii verò Ramirum, Alphonsi fratrem quamvis monachum, Reges sibi legissent, Alphonius Castellæ Rex utrumque imperium ad se hæreditate devolutum prædicavit, à Sancto Majore Rege Vasconum abavo suo materno, iura successionis arcessens, & bellis aleam tentavit, fortuna usque ad secunda, ut maxima Aragoniæ, Vasconiae parte occupata in concilio frequentissimo Legione habito Imperator Hispanie renunciaret, atque à Toletano præsule Augusti instar coronaretur, ipso Vasconum Rege Garsia & Legionensi Episcopo Arriano diadema tenentibus, festo Pentecostis die an. MCXXXV. Repetita deinde eadem est solemnitas æmulatione Imperatorum Germaniæ (quos superiore seculo Ferdinandum M. Regem Castellæ & Leg. nomen Imperatoris sumentem adversos habuisse nondum memoria excesserat) (g) Tolti, eaque civitas ab eo tempore insignium loco Imperatoris sedet, ærea ueste ornata, orbem sinistra, dextra gladium tenentis imagine uti cœpit, quemadmodum Mariana literis prodidit. (h) Composita ad extrellum omnī controversia Vasconum sive Navarræ regnum Garsias recepit, Aragonicum autem ad Raymundum Barcinonensem, Ramiri generum, isto abdicante, translatum, & uterque Castellæ Regis beneficiari dicitur est. Decessit hic cum ab expeditione adversus Mauros suscepta domum remearet ad Fresnedam oppidum intentorio, quod morbo oppressus sub queru erigijusserat, postquam annos circiter XXXV regnasset, vir, Mariana (i) elogio, omni laudem genere cinnuat, gratissima ad posteritatem memoria ob perpetuam in adiuvanda republica voluntatem; cui tamen male consultius dicendum est facta inter filios imperii divisione.

SANCTIUS Castellæ regnum ex suprema patris voluntate obtinuit, & licet per brevis ei vita regnique usura obtigerit, ea tamen egregie virtutis specimina dedit, ut post immaturam mortem diffiteret cognomen tulerit. Vasconum Regem Sanctium ultrò bellum inferentem bis præcio vicit, Calatravam, oppidum loco munito ad Anam fluvium situm, & propugnaculi instar Templarii militibus aduersus Maurorum irruptiones datum, sed ab istis ad rumorem de adventu Maurorum protinus derelictum, opera Raimundi Abbatis liberavit, ex qua expeditione militia sive *Ordo Balatravensis* exortus est, quem deinde Papa Alexander III confirmavit, Garsia ejus ordinis primo Magistro an. MCLXIV. Domicilium, quod Calatrava primò collocatum, Cirvelos deinde, Euxedam mox, Corcolem deinceps & Salvaterram atque ad extrellum Cuvos translatum est. Uti instituerunt Calatravae Equites in comitiis publicis ueste candida, crucenbra, cuius extrema in liliadecim, distilla. Paulus III Pontifex an. 1540 iisdem indulxit, ut unicam quisque uxorem possit ducere, secundis nuptiis exclusus. Postremne Ordinis Magister fuit *Garcias Lopeius de Padilla*, quo an. 1489 defunctor, locum ejus Rex Ferdinandus Catholicus exceptit, & Pontificum Rom. indultu sibi hæredibusque asseruit, sylvo tamen Ordine, Equitumque numero. (k)

ALPHON-

(e) *De Reb. Hisp. Lib. X. cap. 8.* (f) *Cap. 12.* (g) *Vid. Baron. ad An. 1055. & Mariana. Lib. IX. Cap. 5.* (h) *Lib. X. cap. 16.* (i) *Lib. XI. Cap. IV.* (k) *Mariana Lib. XI. cap. 6. Ant. Mir. Orig. Ord. Eq. L. I. c. 8. Christy. Jurispr. Herod. Tom. I. p. 525. & seqq.*

ALPHONSI VIII. R. Castellæ, Sanctii Desiderati filii, regnum memorabile nobilitavit prælium, ad *Lofam* urbem an. MCCCXII, factum, quo ducenta Maurorum millia cecidisse & crucem è caelo apparuisse tradunt, (l) quoque adeo cumulatim repensata est clades à Mauris Alphonso apud *Alarcum* an. 1195 illata. Filii ejus & successoris HENRICI, quem postremo partu Regina Eleonora edidit, pueritia magnis in regno tumultibus locum materiemque præbuit, quibus tamen illum fata subitanea morte subduxerunt: namque tertio regni sui anno in *Palentia* urbe dum in area ædium Episcopi cum æqualibus luderet, tegulæ ita caput ei comminutum, ex quo vulnere undecimo post die decepit. (m) Regnum Castellæ, quod vacuum reliquit, maturatis comitiis procerum & populi consensu forori e-jus BERENGARIAE, quam Alphonsus Rex Legionis secundis nuptiis duxerat, sed deinde proper consanguinitatem è matrimonio dimisera, delatum est.

FERDINANDO R. Sancti fratri, genitor Alphonsus VII *Legionis* regnum & *Calvens* assignavit, quibus unum & triginta annos varia fama præfuit. Belli quām pacis artibus meliorem esse habitum, Mariana refert, (n) & ingentes animi corporisque dores regnandi inexhausta libidine, præsertim Castellæ Rege puro, contaminasse; patientem laborum, acri ingenio, satis providum contra pericula & insidias animo firmissimo. Gravia domi ac foris bella gesit, sed prospera plerumque fortuna usus. Nunnunum Raviam civilis belli autorem & rebellium Duceum pugna viictum captumque supplicio affecit. Alphonsum Lusitanie Regem, qui ob instauratam & munitam à Ferdinandō Mirobrigam belli discrimen, ultrò subire sustinuerat, justo prelio iterata superavit vice, & in fuga ex equo præcipitatū cepit; omni verò & humanitate & benignitate cultum dimisit, neque accepit conditiones, quas ille ex gratia mentis impetu liberalius obtulit, satis magnum victoriae fructum existimans moderationis atque humanitatis laudem. (o) Uxores tres habuit; prima *Ura*, Lusitanæ Regis primi filia *Alphonsum* peperit, in regno successorem. Secunda *Teresa* fuit, Ferdinandi *Travae* Comitis *Traitamaræ* filia, priori matrimonio *Nunio Perefii* de Lara Comiti Castellæ nupta, atque in regio toro mater facta *Sacellæ*, sutoris stirpis *Fines*, quemadmodum Vir Reverendus atque in studiis historiarum & genealogiarum regius *Dignus Vicentius de Vidanæ*, Regis Catholici in reno Neapolitano Sacellanus major & Confiliarius in *Historia genealogicalis famile Benavides* (p) probavit, adversus alios scriptores, qui *Teresiam* ex Larenſi domo prognatam & sterilem, Sanctum autem illum ex tertia Regis Ferdinandi conjugē *Ura de Haro* ortum fuisse putarunt, errore inde hauſto, quod *duos Santos* dictus Rex genuit, priorem è secundo, posteriorem, huncque improlem, è tertio conjugio.

SANCTIUS, Ferdinandi R. & *Teresiae de Frava* F. de quo dicitum est, primus dicitur nomen gesisse *Infans*, frequens poitæ regiæ soboli. Post mortem Henrici Regis Castellæ cum bellum inter Alphonsum IX. R. Legionis, Sancti fratrem, & Berengariam, Henrici sororem, eandemque Alphonsi uxorem, sed è matrimonio dimissam, & Ferdinandum ejus filium ortum esset, Sanctius fratris copias ducebavit, teste *Roderico*: (q) munitiōnēs eft etiam, inquiete, quod *Santius Ferrandi*, Frater Regis *Legionensis*, contra reginam & filium ejus magna cum multitudine advenit. Sed eodem adhuc anno Sanctius in montibus *Canamerensis* venans aburfo discrēptus, repertumque cadaver ad monasterium *Peralense*, ab ipsius matre conditum, de- latum, ibidemque sepultum & tumulo, hoc quod sequitur, epitaphium inscriptum fuit.

Hic requiescit Sanctius, Mansuetus ut Agnus,
quem diris ursus læsit, & dira mors oppreslit.
Filius Ferrandi Regis, divinæ cultor legis,
Flore juventutis, fospes aeternæ salutis,
Jacet cum genitrice, de hac æde fundatrice,
Regina Tarasia, & Conjuge de FARO Tarasia,
Quæ post Viri mortem lugens acerbam fortem,
Hic Christo Sponsa vota, fuit Abbarissa devota.
Obiit Æra MCCLXV.

Ex Tereſia de Faro, sive de Haro Sancti tres genuit liberos, filiam unicam, mares duos; horum natu minor *LUPUS* stirpem Dominoru de *Valenzuela*, *Lopera* & *Carpio* prosevit, quam *Tomás Tamayo de Vargas* in Genealogia Dominorum Valenzuelæ, *Sargoza* anno 1654 edita,

N

fed

(l) *Fr. Tarapba de Reg. Hisp.* (m) *Fr. Tarapba de Reg. Hisp. & Marian. Lib. XII. Cap. 6.*

(n) *Lib. XI. Cap. 16.* (o) *Lib. XI. Cap. 15.* (p) *pag. 33. & seq.* (q) *Lib. IX. Cap. 4.*

sed nobis nondum visa, recensuit, sicut supra laudatus D.V. de *Vidania* refert. Natum major DIDACUS cum castrum *Fines* in valle Porchena Mauris erupisset, cognomen ab eo sibi sumvit & ad posteros transmisit. Idem tamen castrum Ecclesiae Toletanae anno ærae 1280, qui Christianæ 1242 est, donavit. Eximia postea ejus extitit opera, quam R. Ferdinando Sancto in bello cum Mauris gesto navavit, quoque promeruit ut an. 1259 limiti, Murciae videlicet & Andalusiæ præficeretur, quam provinciam filius quoque ejus cognominis ornavit, & liberatae ab oppugnatione Regis Granatensis civitatis *Jen* decus an. 1295 retulit.

Ceterum, quoniam Didacis de *Fines*, de quibus modò dictum fuit, titulum *Divitum hominum* in Tabula adscriptissimus, notasse convenit, in usu illum in Hispania, & præcipue in Castella, fuisse, antequam axioma Magnum (*de los Grandes*) introductum esset. Petrus Salazar de Mendoza in origini dignitate, ita: (r) *Lex Partida X, tit. 25, ait: Divites homines ex more in Hispania recepto illos vocari, qui in aliis regnibus Comites & Barones dicuntur: tunc enim cum lex illa condetur Comites nulli eo in regno erant.* Et paulò post, multum, inquit, differebat, utrum quis DIVES HOMO, aut HOMO DIVES appellaretur: namque DIVES HOMO erat, qui amplam istam dignitatem erat consentitus; HOMO DIVES autem qui divitias affuebat. Itaque non omnes clientelis possessionibusque abundantes Divites homines audiebant; sed aderat huic titulo dignitas à Rege collata, cuius exemplum Beccmannus in *Notitia Dignitatum* adduxit. (s) Insignia Divitum hominum erant vexillum cum emblemate & abenum, qua Reges dabant, postquam illud unanoste in æde aliqua sacra repositū & quasi consecratum fuit. Cum vexillo facultatem concedebant conscribendi milites ad futura bellorum promptos; abenum autem indicabat paratas opes illis alendis sufficientes. Licebat quoque Diviti homini uti prænomine *Don*, quod alioquin Regibus tantum, Infantibus & Prælatis proprium erat.

ALPHONSUS IX. patre Ferdinando vivis exempto regni Legionensis gubernacula suscepit. Uxores idem duas duxit, cum utraque autem postquam aliquot liberorum matres factæ essent, lege propinquitatis ius iisque Pontificis divortium fecit. Mortuo deinde sine liberis Henrico Rege Castellæ, BERENCARIA ejus soror, eademq; posterior R. Alphonsi uxor, cum Castellæ Regina ab optimatibus salutata esset, id operam dedit, ut in filium Ferdinandum, quem ex Alfonso susceperat, regnum transferret; quare protinus & priusquam rumor de morte fratris Legionem emanaret, filium, aliud quid obtentui sumens, ad se evocavit, atque à genitore reignaro dimisum Regem appellavit, & solemni ceremonia Anagri inaugurarī curavit. Iniquo id tulit animo Alphonsum, atque instigatus ab Alvaro Lara aliosque factiosis bellum filio & Berengaræ intulit, quod non nisi morte Alvari & metu belli Maurici sublatum est. Hoc exerto Emeritam & Pagam Augustam Alphonsum Mauris extorsit. Majori postea apparatu id bellum resumturus, dum Compostellam religionis ergò proficiscitur in itinere morbo tentatus oppressusque est, cum aliarum virtutum, tum in primis iustitiae laudibus clarus, quas tamen perpetuo erga filium odio contaminavit; hoc supremæ etiā ejus tabulae prodiderunt, quibus illo exhaeredato *Santiam & Dulciam*, ex priori conjugio sibi nata, hæredes regni scriptis. Inter nosquos quos bene multos è diversis sustulit feminis, eminuerunt *Ferdinandus*, *Rodericus* & *Petrus*, Ferdinandus *Decanus S. Jacobi* fuit, & gnatumque post se reliquit *Johannem Fernandez*, *Ruffum* (*Cabellos de Oro*) cognominatum; hic primis nuptiis duxit *joannam*, *Nunii Alvarez de Lara* filiam, secundis *Mariam*, *Andreae Fernández de Castro* gnamat, & duorum marium pater factus est, videlicet *johannis & Ferdinandi*, Divitum hominum, quos improles decepsisse *Salazar de Mendoza* refert. (t) A Roderico & Petro posteritas haud ingloria provenit, posterioris propago cognomen de *Tenorio* gesit, à dynastia hujus nominis, quæ *Diego*, *Petri* filio, jure uxorio obvenit. Prioris filius *Petrus Alfonso de Leon* cognominatus, ducta in matrimonium *Maria Sueri* filia, Domina *de Benavides* ab Alphonso Imperatore Hispania oriunda, & domus sua hærede, novis possessionibus auctus, appellationem quoque novam posteris suis indidit: eorum stirps virilis in ejus pronepotibus *Petro & joanne Alphoni* filiis emarcuit, quorum posterior Majoratum Benavidensem anno 1358 instituit, ejusdemque, quia ipse prole carebat, hæredem scripsit filium primogenitum sororis suæ *Marie* uxor *Didaci Sancti de Biedma*, à quo illustris familia, quæ hodieque cognomento *Benavides* uititur, & Comites *Sandi Stephani*, aliasque Hispaniae Magnates, produxit, quamque *Diegus Vincentius de Vidania* nuper stylo suo illustravit, oriunda est: non gravabor schema posterorum Roderici, qui cognomen de *Benavides* sumfere, quosq; Tabulæ VIII inferere chartæ angustia vetuit ex autore modò laudato excerptum, hoc loco subnere.

RODE-

(r) *Lib. Lcap.X.* (s) *Dissert. VII. cap. 1. §. 7.* (t) *Orig. dignit. Lib. III. cap. 3.*

RODERICUS, Alphonsi IX. Regis Legion. filius
naturalis, ex Aldoncia Martinez de Silva genitus,
Dn. de Aliquer, Praefectus limitis:
Uxor, Agnes Rodriguez de Cabrera.

Johannes-Alphonsi, \ddagger improlis.	Aldoncia, ux. Stephanii Fernández de Castro.	Petrus Alphonsi de Leon. Maria Suarez de Benavides IV. Domina de Benavides, cuius majores Tab. V. J. exhibet.	Diegus-Alphonsi.	Teresia-Alphonfi, nup. Annio Gonzalez de Lara, Dom. Lare.
--------------------------------------------	----------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------------------	-----------------------------------------------------------

Alphonfus Perez de Benavides, V. Dom. de Benavides, obiit an. 1284.
Uxor, Teresia Rodriguez Tenorio, Petri Ruiz, Dn. de Tenorio fil. Petri, Alphonfi IX. filii naturalis, propeptis.

Johannes Alonso, VI. Dn. de Benavides.
Teresia, Alphonfi Godinez, fil. Domina de Cillervello.

Petrus Alonso VII. Dn. de Benavides & de Tenorio & de Tenorio, \ddagger fine prole legit.	Johannes Alonso VIII. Dn. de Benav. & de Tenorio \ddagger improlis. Ux. 1. Maria Giron, Consalvi Ruiz Girón fil. 2. Majora Vasquez de Minzo.	Alphonfus Perez de Benavides \ddagger 1358.	Maria nup. Sanchez de Biedma, à quibus stirps Benavides hispaniæ hodier na.	Agnes, ux. Martini Fernández de Toledo.
---------------------------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------

FERDINANDUS, Alphonfi IX Regis Legionensis filius, cùm post avunculi sui mortem Castellæ Rex coronatus esset, ceu dictum fuit, annos natus octodecim, duris & difficultibus regni initis usus, & gravibus diuturnisque ac repetitis bellis à patre & Laranis fratribus, hominibus factiosis & avidis potentiae, jactatus est; sed mira cunctas adversitates felicitate superavit, formæ dignitate & fortitudine studia suorum sibi concilians, hisque præsidii regnum sibi afferens. Pace cum genitore facta bellum adversus Mauros in Bætica suscepit idque haud improsperum. Ito vivis exempto Legionense regnum celeritate in consilium adhibita fluctuantibus adhuc procerum animis occupavit, & paeto cum sororibus consanguineis, in quas pater regnum transferre intenderat, inito sibi constabiliuit, atque adeò duo regna, ante LXXIII annos distracta, iterum conjunxit vinculo perpetuo. Mauros præterea Carduba, Murcia & tota Bætica, quam D per annos infederant, exiit, idque omne suo adiecit imperio Granatae quoque regem sibi stipendiarium fecit. His victoris fidei Christianæ cultum cùm propagasset, metropolitanam Ecclesiam Hispanensem fundavit & dedit. In apparatu denique belli Africani morte Hispali interceptus est. Morum probitate sancti cognomen promeruit, omnesque fortis & justi Principis partes implevisse Mariana celebratur. (n) A Pontifice Romano Clemente X in Sanctorum Hispaniarum patronorum catalogum, rogatu Regis Catholici Caroli II anno 1671 sollempni ceremonia relatus est. Acta vitae ejusdem, & universam canonizationis Ferdinandæ historiam *Dan. Papebrochius* scriptis suis celebravit.

ALPHONSO X Castellæ Legionisque Regi Historiæ & Astronomiæ scientia, qua valebat, Sapientis cognomen peperit, cui equidem dicta factaque ejus non usquequa responderunt. Sanè indignum viro sapiente vocem emisit, cùm arroganter & blasphemè diceret Roderico Santio narrante: (o) si à principio creationis Dei confitlo interfuisset, nonnulla melius ordinatisque condita fore. Neque sapientiam in consilium adhibuit, cùm egestatis ærarii sublevandæ causa monetæ valorem diminueret, factaque ea propter rerum caritate, certum mercibus pretium constitueret, unde penuria rerum orta est, plerisque res suas detentare, quam vili pretio vendere malentibus. Præterea parùm absuit, quin grave sibi accersivisset bellum præcipiti consilio de repudianda Violanta Aragonia uxore sua, quod non statim primis matrimonii sui annis prolem ex ea suscepisset, & ducenda Christiana Dana, quam missis oratoribus palam petiit & in Hispaniam deduci curavit. Iniquè enim id tulit Violantæ pater Jacobus Rex Aragoniæ, & inito cum Navarræ regina fœdere acre paravit bellum, quod

N 2

equis;

(u) *Marian. L. XIII. c. 8.*(w) *Hist. Hisp. Part. IV. cap. 5.*

equidem Episcoporum prudentia & Violantæ uteru tempestivè intumescens averterunt. Confectus autem propè est pudore Alphonsus, postquam advenisse Christianam cognovit, nec scivit, quo modo levitatem suam palliare, & virginis honori confuleret, donec PHILIPPUS frater, Abbas Vallisoleti & electus Ecclesiae Hispanensis Praeful, conspecta ipsius perturbatione intercessit, & sacra veste deposita se obtulit Christianam ducere uxorem; quam conditionem ea, spes regni depulsa, accepit quidem, sed ex dolore contumeliae brevi contabuit. Inconsultum quoque hoc Alphoni factum habetur, quod filiam notham Beaticam Regi Lusitaniam nuptiæ datam *Algarbia* dotavit, & deinde in gratiam nepotis, quem ex ea sustulit, Dionysii, regnum Lusitanicum à tributo, quo Regibus Castellæ & Legionis tenebatur, liberavit. Porro dubium fecit Alphonsus prudenter ne an secus egerit, quod Imperium Romanum, à parte Electorum adversus Richardum Anglum sibi an. 1257 datum diu neglexit, neque in animum induxit capessere nisi post festum, nuncio, de electo in Imperatorem Rudolpho Habsburgensi demùm excitatus; dedit itaque an. 1274 se in viam, sed in Provinciam usque duntaxat progressus suus Pontificis Gregorii X, in Gallia tum mortantis, iter relegit, domumque revertitus, multa tristitia interea contigisse reperit; nempe FERDINANDUM filium natu maximum præmatu morte abruptum esse, & Reges Granatae ac Bellamarini (erat is *jacobs a Benavides*, ortus ex familia *Merinorum*, quæ Marocci & totius propè Africæ imperium, compresæ Almohadum gente, nuper armis occupaverat,) magnas in Vandalia & Bætica intulisse clades, quemadmodum *Rodericus Sancti & Mariana* referrunt. (x) Maximam ad extreum & fatalem Alphonso calamitatem peperit injustum consilium, quo Sanctum filium secundogenitum in jus primogenituræ adscivit, ordinesq; ei tanquam successori suo sacramentum dicere adegit, neglectis & propè exhaeredatis nepotibus è Ferdinandi defuncto, cui, & post illum gnato ejus, Alphonso de la Cerdña, jam tum antequam iter paulò ante memoratum suscepisset, Ordines juramento obstrinxerat: Nimis peccatum retulit gratiam Sancti patri tam bene de se merito & facta rebellione regno eum exuit, adeoque afflit, ut Hispali in orbe gestarum librum conscribi curaverit, quem *Generalem Historiam Hispani* appellant; quod denique astrorum contemplatione maximopere delectatus, unde & *Astrologus* appellatus est, tabulas ediderit, quas *Alphoninas* vocant earumque compositioni usque ad CCCC millia scutatorum impenderit.

FERDINANDUS, R. Alphonsi X filius natu maximus, *Cerde* cognomentum accepit à crine in dorso insigni, cum quo est natus; à parente, ad capessendum imperium Romanū profecturo, successor in regnis Hispanicis designatus, cum substitutione filii sui Alphonsi, præmatu vita caruit, neque genitoris redditum vidit. Hic deinde nepote impubere neglecto ad filium secundogenitum Sanctum, qui in bello Maurico strenui, neque ad pericula segnis animi signa novissimè dederat, animum adjunxit, eundemque regni hæredem nuncupavit; cuius facti cùm ob Sancti in gratitudinem sera penitentia eum subiisset, conatus equidem eit id emandare per tabulas supras, quibus Sanctio regnum abrogavit, atque ALPHONSUM & FERDINANDUM nepotes suos hæredes scripsit; sed ita jam ille res suas stabiliverat, ut facilius esset, quod in proverbio dicitur, clavam Herculi extorquere, quam Sanctio regnum. Jam antea verò, & priusquam Rex Alphonsus Sanctiusque colliderentur, Violanta regina, vicem nepotum dolens, ut se cosque ludibrio Sancti subduceret, cum iisdem in Aragoniam ad fratrem suum abierat; cuius discessus autores habitu FREDERICUS Regis frater, & Simon Ruizius Camerorum regulus, suspicionem sive culpam morte luerunt, hic enim igne, ille fune eneatus est. Verum Aragonius forore in Castellam redire iussa, pueros custodiæ tradidit, & post decem demum annos, orta inter eum & Sanctum offensione, in libertatem restituit. (y) *Alphonsis* afflum Regio titulo contractis protinus, quantas Aragonum & exulum Castellensum ope poterat, copiis bellum Sanctio intulit, idq; in tertium usque annum continuavit, exiguo imò nullo suo emolumento; quamvis enim facta cum patruo an. MCCXC. pace, cuius arbiter Rex Gallie Philippus Pulcher, matriuelis ejus, erat, sibi regnum Murciae cum aliquibus dominis ei contiguis, nec non successionem in regna Castellæ & Legionis, si Sanctum improlem vivis excedere continget, depactus eset, prætereaque de matrimonio inter ipsum & *Isabellam*, patruj filiam, aliquid contigit;

(x) *Rod. Loc. cit. cap. 4. Mar. Lib. XIII. cap. 14.* (y) *Mariana Lib. XIV.*

constitutum fuisse, nihil tamen ejus ad effectum perductum est. (z) Hinc post Sancti excessum novum cum Rege Aragonum fœdus fecit, cui etiam *Johannes*, defuncti Regis frater, accessit, iterumque bello Castellam vexavit, cuius non perinde se dedit fortuna; cum enim in principio eo successu usus esset, ut an. 1296 ad S. Facundi oppidum Rex salutaretur, ad extremum tamen fors omnia retrò egit, ita ut pacis, inter Reges Castellæ & Aragoniæ ad Campiliū, mediatore Rege Lusitania anno MCCCIV. initæ, leges subire, regium nomen abdicare, arces & oppida, quæ occupaverat, reddere, inique eorum vicem alia à pa-truele accipere, unde vitam le dignam ut cunque duceret, coactus fuerit. Ita spe regni recuperandi amissa *Exheres* vulgo coepit appellari. (a) Exinde in Galliam, ubi mater ejus, ex quo in viduitatem conjecta erat, agebatur, lese contulit, remque ibi & uxores reperit, & denique in castro *Gentilly*, haud procul Lutetia Parisiorum vivendi finem fecit. E duplice matrimonio duos reliquit filios; è posteriori CAROLUM de Hispania & de Cerdia cognominatum. Isà Johanne Gallorum Rego ad supremum coronæ Francicæ munus proiectus, & Comes *Stabuli* an. 1347 creatus, prætereaque an. 1351 Comitatu Enculimensi auctus est; qua ex re in sumnam invidiam Caroli II, cogn. Malii Regis Navarræ, incidit, ita ut is percussores subornaret, à quibus Aquilæ in Normannia in lecto quietem capiens interfactus est. Prolem legitimam nullam, sed *notum* post se reliquit *Theobaldum*, à Rege Fr. Carolo VI an. 1384 jure legitimorum donatum. (b)

LUDOVICUS *Cerda*, è priore Alphonsi *Exhæredis* conjugio suscepitus, *Comes Claromonti* in Gallia fuit, & cognomentum *Infantis fortunæ* habuit, ex quo à Papa Clemente VI Aveniono *Rex insularum fortunatarum* dictus est, ea lege, ut *barbari* earum *incolis Christiani & religiosi* lumen inferendum curaret, quemadmodum *Mariana* ad an. 1348 refert; quod minus verò, licet comparata Regis Aragoniæ permisso opèque classe, mare trajiceret, bella Gallica, clademque Philippo Regi apud Creciacum inflictam impedimento fuisse idem praitantissimus Scriptor literis confignavit; (c) à quo equidem non gnatus Alphonsi, sed ejus ex Ludovico filio nepos, dicitur, dissidentibus aliis omnibus, quos ego vidi, tam Gallicis tam Hispanicis Scriptoribus. Idem Thalassiarachæ Gallæ munere an. 1341 functus est, filiumque genuit JOHANNEM *Cerdam*, Alfonsi Coronelii, viri magnorum opum, magnæque inter Baeticæ regulos autoritatis, generum; Isà ficerò præsidia adversus Petrum Crudelem Castellæ Regem quarente, ad Mauros legatus fuit, ubi dum moras riecit, deindeque audita focii caede in Lusitania exulat, *Maria*, mariti absentiæ non ferens, ne tamen pravis cupiditatibus cederet, mortem sibi concivit, ardenter fortè libidinè igne extinguis, adacto per muliebria titio-ne. (d) *Johannes* cum Albuerquio, qui legationem apud Lusitania Regem obierat, in Castellam non ita multò post reversus, atque a Petro in gratiam receptus est; sed quia ut ablata focero oppida sibi restituerentur, impetrare non poterat, ad defectionem facile rediit, & ad extremum in Baetica oppressus interfactusque est. (e) Soror ejus ISABELLA avitum de *Cerda* cognomen in familiam mariti sui secundi intulit, cui Rex Henricus II *Medinan Celinam* præmium fidei ac fortitudinis cum Comitis titulo contulit, quia florentissimam progeniem habuit, hodieque in Ducibus de *Medina Celi* superstitem, quemadmodum inferius ostensum sumus.

FERDINANDUS, Ferdinandi de Cerdæ Principis Castellæ filius natu minor, ex uxore sua *joanna*, Joannis-Munionis Laræ Reguli sorore ac hærede, pater factus est JOANNIS, qui ex avi materni nomine patronymicum *Munio vel Munonis* nec non cognomentum de *Lara* assumisit, cumque *Mariam* Johannis Coclitis Biscajæ reguli filiam, cum qua coniuncte batur proavu, conubio sibi sociasset, dictæ provinciæ principatū adeptus est, & *Vexillarii* munus majorum exemplu in Castella gesit. Idem Petro Crudele primo regni sui anno gravi & propè lethali morbo decumbente inter eos, quos vulgus proceresque prout fieri assolet, successores destinabant, locum habuit; quæ res invidiam ei ac offensionem apud Regem, postquam is in gratiam cum valetudine rediisset, conflavit; ea impulsus in Ulteriorem Castellam discessit; ubi dum provinciæ studia tentat morte Burgis oppressus est, reliquo filio bienni, cui *Munio* nomen fuit. Hic dum Regis Principatui Biscajæ inhiantis, fævitiae avaritiaeque à feminis, cuius curæ erat concretitus, subducitur, in fuga intra paucos dies discessit; sororibus verò ejus in Regis potestate redactis, *Biscaja*, *Lerma*, *Lara* aliaque oppida sub

O

(a) *Saintbe Marthe Hist. de Fr.* (b) *Mariam*, Lib. XX. Cap. 8. (c) *Saintbe Marthe Hist. Geneal. de Fr. Lib. XXII. Cap. 7. Anseanne hist. des gr. Offic. de Fr. Cap. 2.* (d) *Mariam*, Lib. XVI. cap. 14. (e) *Id. Lib. XVI. cap. 17.*

sub ipsius imperium concesserunt. Illæ postea, ferentibus ita regiis rationibus, viris se dignis elocotæ, sed post brevem matrimonii usuram jussu Regis indignissimè vita privatæ sunt; altera earum *Isabella*, Johannis Aragonie Infantis uxor, filiam post se reliquit *Florenti*, quæ post parentum necem ad Gastonem Phœbum Bearnensem Regulum confugit, à quo humaniter accepta & habita, Petro ejus fratri naturali nupsit; harumque nuptiarum beneficio Biscajæ principatum recuperavit, & maritum confortem potestatis fecit, ex quo duos procreavit liberos *Petrum & Adriannum*; his una cum matre mortuis *Henrico II Rex prætertu Joanne* uxor, filia *Blancæ Laranae*, quæ à Comitibus Biscajæ genus duebat, illam regi onem invasit, & Castellæ regno incorporavit. (j)

JOHANNES, Alphonsi X filius, ordine nativitatis quartus, Hispali & Paci Augustæ sub clientela Regis Castellæ imperitare ex testamento parentis debebat; sed à fratre Sanctio hæreditatem hanc adire prohibitus, male contentis & seditionis identidem se adjunxit, & arma adverfus illum cum eis sociavit, ad extremum quoque in Africam ad *Abeniacob Machometum Regem Bellamarini* transit, quemadmodum *Rodericus Santu* refert. (g) *Mariana* (h) *Tingim* ad *Moroccum* Regem venisse ait, quidoneum hominem nauctus, per quem Hispaniam turbaret, benignè acceptum cultumque & viris armisque instructum ad recuperandam Tariffam, à Sanctio non ita multò ante expugnatam, misit; sed discussit atque elusit omnes oppugnantium machinas & conatus industria praefidiorum & mira constantia Præfecti, *Alphonji Guzmani*, filii sui salutem fidei, quam Regi dederat, posthabentis, unde & probi cognomen nauctus est; ita ut post sex menses obsidionem solverent & Africam re infestare pereferent. Post Sanctii exercitum *Johannes* ex Africa in Hispaniam reversus, regnum Castellæ ivit sibi vindicatum, Ferdinandum fratris filium illegitimis nuptiis procreatam esse accusans; itaque cum Rege Aragoniæ & Alfonso Cerdæ, Regis Castellæ & Legionis titulos utente, in foedus coiit, è cuius formula Legione expugnata, *Legionis Calceæ atque Hispali* Rex ibi est salutans an. MCCCXCVI. Post quadriennium clade, à *Johanne Haro*, Camerorum regulo, federatorum copiis illata, territus, pacem cum Rege adolescentem fecit, urbesque ac oppida tempore belli occupata reddidit, Ferdinandu Rege rebus humanis exempto, regni Procurator unâ cum PETRO, illius fratre, constitutus est; huic cum ob rem adverfus Mauros fortiter & feliciter gestam invidere inciperet, & præpostera æmulatione incitatus alieno maximè tempore, media nempe æstate, usque in conspectum Granatæ urbis se penetraret, & sibi & Petro, qui copias suas cum ejus exercitu conjunxerat, exitium accersivit. Mauri enim urbe egressi, æstu, siti & itinere defatigatos facile turbarunt, cumque *Johannes* ac Petrus suos colligere & ad pugnam reducere stricto ense & magna vociferatione laborarent, interclusi repente anima conciderunt, & *Petri* quidem statim expiravit *Johannes* verò alienata mente ad noctem spirare visus est. (i) Hic è diversis uxoriis ALPHONSUM & JOHANNEM genuit. Prior *Valentia Dominus* patris fata prævertit, *Johanna de Castro*, conjugé sua secunda, gravida relata; ea decimo à marieti morte die gemellos enixa est, Zamora postea educatos, cuius oppidi Episcopatum alter ex illis denique naclus est, *Ferdinandus* autem duæ uxore prolem genuit, à qua stirps *Valentiorum*, *Marefællorum* *Castelle*, orta est. (k)

JOHANNES, alter Johannis filius, cognomine *Odoles*, eo quod in pugna cum Mauris oculum amisiſſet, Biscajæ regulus jure materno, & ostoginta oppidorum castrorumve dominus fuit. Erat quippe illi mater *Maria de Haro*, Lupi-Didaci Biscajæ Comitis filia, ex *Johanna*, Infantis Alphonsi, Molinæ Reguli gñata, procreata, eademque foror Didaci-Lupi, qui patris sui cædē, jussu Regis Sanctii IVt perpetrata, graviter commotus, omne ergadi etum Regem obsequiū exuit seque in Aragoniam cum matre, forore & patruo recepit, ibidemque anno 1309 sine prole obiit, succedente ei in Biscajæ Comitatum patruo Didaco. Is enim Biscajam in flicum redactam cum Rege reconciliatus obtinuit, exculsa Maria, Didaci mortui forore atque hærede legitima, ad quam tamen patruo mortuo ille devolutus est, cum interea Johanni Castellæ Intanti, Regis fratri, nupisset; eundem illa postmodum unicō filio *Joanni Odoles* transcripsit. Hic quoniā turbis & seditionibus palcebat, potentiae avidus quieta usque movebat, & denique defuncta uxore *Isabella Lujanica* Blancæ, filia Petri Infantis Castellæ, Regis Alphonsi XI patrui, nuptias, amplissima ejus dote invictatus, ambiebat, pravis artibus, malumque in finem, minatus, nisi impetraret Alphonsum Cerdam ex Gallia ad spem aviti regni se revocaturum, à Rege modò nominato, specie amicitiae

(f) *Marian.* Lib. XV. cap. 12. § 20. L. XVI. cap. 16, 18. § L. XVII. cap. 3. *Oibenardus Notit.* *Vafor Lib.* II. cap. n. (g) *Parte IV.* cap. 7. (h) *Lib. XIV.* cap. 16. (i) *Marian.* Lib. XV. cap. 16. (k) *Salazar.* *Orig. de las digit.* *segl. Lib. III. cap. 1.*

sitiae, & spē Eleonorae sororis ipsi jungendæ; ut ad se veniret allectus, ipsiusque jussu inter epulas obruncatus est. Unica ejus filia, quæ in nutritio potestate erat, Bajanam in Sarbellis, quæ urbs Anglo imperio tenebatur, fuga delata. *Maria*, Johannis mater, Pera sil in virginum collegio à superioribus annis vitam exigens, & tunc atrocí nuncio luctu oppressa, Biscajæ principatum Regi vendidisse fertur, iniqua condicione, in fortuno mercatu, quia *nepos* superstes erat, *Joannis Numinis Lare*, Ferdinandi Cerdagnati, postea uxor, cui tandem, Regis ira remittente, Biscaya redditia; paterna verò Johannis oppida arequesque pars armis pars voluntate occupata penes Reges perpetuò jure substiterunt. (1)

In numero filiorum Regis Ferdinandi Sancti HENRICUS, etiam occurrit, Arientæ, Berlangæ aliorūque locorum dynasta, vario vir ingenio, inquieto juventute, morum inconstancia mirabili, gottie avidus usque ad extremam etatem potentissime. (m) His postquam cum proceribus, a Rego Alphonso Sapiente fratre suo, abalienatis, in fœdus coiasset, anno MCCLVII, Nebrisæ, quam paulo ante Mauris eriperat, populos ad defectionem solicitabat, sed viribus Regi, sibi incumbenti, imparem se videns, mari Valentiam fugit ad Regem Aragonia Jacobum, qui cum ob amicitiam, quæ ei cum Castellensi erat, profugum recipere nollet, in Africam navigavit; ubi quadriennio apud Tuneti Regem coniuncto, vagus atque egens in Galliam primum, deinde in Italiam abiit, bellum reparaturus in fratrem, sicunde auxilia inveniret. (n) Roman delatus Senator ejus urbis factus est, faventibus ei quibusdam nobibus, (o) nec non Clemente Papa, à quo filiam inter Græcos Principes nobilissimi *Malalippa*, in matrimonium illi destinatam, & Corsicæ Sardiniaeque regna delata fuisse, ed quod operam ejus in bello adversus Conradinum Siciliæ Regem flagitaret, *Brovius* refert; (p) at Henricus pro iustiore stare causa maluit, & Conradino operam suam commodavit. Eo à Carolo Andegavensi viato & capto, Henricus quoque Rieti à monacho proditus & comprehensus, spectator diræ mortis, qua Conradinum è medio suffulit Carolus, adefacto coactus, deindeque custodiæ datus, inque ea XXVI annorum spatio habitus eit: namque demum an. MCCXCIV ex illa dimissus in Hispaniam rediit. (q) Mortuo haud ita multo post Rege Sanctio IV, filii ejus ac successoris impuberis, Ferdinandi IV, tutelam gessit, regnumque administravit. Supremum diem ætate gravis Rôs exlevit cœlebs, acciditque ejus obitus, *Martia* dicentes; magno commodo, letitiaque provincialium: nam unum maximè pacem ne intertraharet, verebantur. (r) Filium nocturno post se reliquit, D. Comes Henrique dictum Dominum de Probaos & Nendor, & bis maritum, primò *Marie Sanchez de Fines*, cuius genesin Tabula IX refert, dein *Majoris*, Alpheni Sarrazæ gnatae, ex utraque prolem suscepit, unde illustris orta est propago *Henricorum de Probaos & Villalba*. (s)

SANCTIUS IV post Alphonsum X genitorem suum imperium in Castella & Legione tenuit; inq' occupavit antequam ille de vita & regno deceperet; itaque non tantum in justus fuit erga fratris sui natu majoris filios, ad quos successio in regnum jure pertinebat, sed etiam impius aduersus parentem; cuius das exortationes in publico conventu dictas, fulminaque à Vaticano celo in caput suum vibrata sprevit & pro nihilo putavit; his tamen flagitiis partum imperium bonis artibus exerxit. Erat in eo vividum ingenium, fortis animus, & in quamcunque se partem dedisset solers, morum etiam comitas, & in loco liberalitas. Mauros terra marique vicit, & variis oppidis, in primis *Tarifa*, olim *Cart la* vocata, atq' à Saracenis ætate Regis Roderici inter prima Hispaniae oppida occupata, post longam & pertinacem obfisionem exuit. Disciplinam militarem severissime & propè crudeliter exigit, cumque ea propter aliquando in exercitu gravis seditione orta esset, nudus & vix lacinia testus in medium tumultuantum gregem fe conjectit, clamans, *ant Saracenos hostes aut me percuteite, qui vos percutui, nec hodie eidem infidelibus tantam detis gloriam, & vobis ipsi tam suu: statu ignominiam, ut gladius vestris, non hostibus, pereant, hacque confidentia & animi praefectio stuperfactos ad obsequium redigit.* (t) Supremum diem Toleti obiit, in eam urbem lectica militari deportatus, postquam Compluti letali morbo correptus fuisse, anno regni sui undecimo.

AD TAB. IX.

FERDINANDUS IV cum patri in imperium succederet decimum ætatis annum viæ excesserat, itaque in conventu Vallisoletensi Henrico, ejus propatrio regni procuratio de-

O 2 creta

- (1) *Marian. Lib. XV. cap. 18. &c. 19.* (m) *Marian. Lib. XIV. Cap. 7.* (n) *Id. Lib. XIII. Cap. 2.*
- (o) *Rod. Sant. Hist. Hispan. Parte IV.* (p) *Hist. an. 1263.* (q) *Marian. Lib. XII. Cap. 16.*
- (r) *Lib. XV. cap. 7.* (s) *Vidania Hist. de Benavides pag. 49.* *Salazar de Mendoza, Orig. dign. Lib. III. cap. 4.* (t) *Roder. Sant. P. IV. c. 7.*

creta est, educandi verò Regis cura penes reginam matrem mansit. Gravibus verò & diuturnis turbis jaēatum est hoc regimen, primas Dieghus Harus & Laræ fratres dederunt ex odio & invidia adversus Henricum; mox patruus Regis Johannes ex Africa, ubi eatus se tenerat, reversus, factiosorum numerum auxit, confiliisque & armis cum Rege Aragonie nec non Alfonso Cerdà sociatis, bellum Ferdinandō intulit, varia fortuna gestum. Postquam satis diutum multuarum fuit, & Ferdinandus interea ad ætatem moli regiminis parem venit, de pace agi ceptum, eaque Dionysio Rege Lusitaniae arbitri partes fulcipientes, ad Campillium quo tres Reges ad colloquium convenerant conclusa est d. 8 Aug. an. 1304. Exinde Castellæ & Aragonie Reges inita societas arma adversus Mauros converterunt, & Granatenenses apud Almeriam bis castris, & denique etiam Heraclea, quam *Gibraltar* vulgo vocant, an. MCCCIX exuerunt. Post triennium cùm Ferdinandus Maurico iterum bello intentus esset, mortem propè subitaneam Giennii obiit, in strato post prandium exanimis repertus, die trigésimo, ex quo Petrum & Johannem Carvalajos fratres, homicidii accusatos, sed nec convictos nec crimen fassos, de rupe præcipites dari jussiferat, atque ab iisdem, de innocentia sua frustra Deum hominesque testificatis, coram Divinum tribunal ad diem trigésimum citatus fuerat; cui provocationi quoniam eventus præcisè respondit, in miraculum restrausta, & Ferdinandus inter Castellæ Reges *Citatu*, sive in ius vocatus, cognominari cœpit. Decessit in ipso ætatis flore & medio virtutis cursu, annis XXV nondum expletis, reliquo filio & successore nondum bienni. (n)

ALPHONSI XI continuab. obitu patris Rex proclamatus est, quamquam vix annulus; magnis tenera adeò ejus ætas turbis fenestram aperuit, matre ejus, avia, patruis, propatruo, avunculo magno nec non agnato *Johanne Emanuele* in societatem educationis regie & regiminis vele ex toto vel aliqua ex parte venire cupientibus, suasque singulis machinas adhibentibus. Unum ex tot æmulis præferre qui ceteris omnibus imperaret, & difficile & periculosum videbatur, jamque in duas factions proceres & urbes scindebantur, cùm mors reginæ matris *Constantia Lujitana*, quæ, dolore filii erepti, seu potius Abulæ sequestrati, nec non inopia rei familiaris contabuit, rationem reip. constituendæ expeditiorem fecit. Itaque cura Regis educandi Reginæ avia, regni verò procuratio Johanni & Petro, Regis propatruo & patruo, demandata est. Postquam verò ambo in bello Maurico pariter unaque periissent, quemadmodum ad tabulam præcedentem dictum fuit, novæ contentiones ortæ sunt, factumque est ambitu Philippi, Regis patrii, Johannis Emanuelis & Johannis Biscajæ Principis, agnitorum remotiorum, sed animo opibusque pollenti, ut in tres partes discederetur & tumultus ad cædes vigerent, donec Rex audiis avia ipsius obitu reip. calamitatibus, regni habendas capesseret anno ætatis decimo quinto. Nec sic tamen à turbis cessatum fuit, novas subinde Emanuele & Biscajensi dantibus, & prior quidem identidem cum Rege in gratiam rediit; Biscajensi verò exitio illæ fuerunt, sicut superius dictum fuit. Compositis denique intellectis turbis, & Rege Aragonio affinitatis vinculo ad amicitiam suam perducto, Alphonsi bellum adversus Mauros diligissimè comparavit, & felicissime gessit, Abomelicum Regis Maroccii filium, qui ex pacto cum Granateni Rege inito, in Hispaniam trajecit, se Algeziræ & Arundæ Regem dixit, & Heracleam expugnavit, apud Arcobrigam cœdedit, neque ita multo post die 29. Octobr. anno MCCCXla de utroque Rege Maroccio & Granateni Tariffam obsidentibus memorabilem, supra quam cuiquam credibile est, reportavit victoriam, supra ducenta enim Maorum millia in prælio fugaque occubuisse, Christianorum verò non amplius viginti desideratos esse *Mariana* literis mandavit. (n) Exinde Algeziras civitates recuperavit, & Regi Granateni pacem sub pacto anni stipendi concessit. Denique in obsidione Gibraltaris, quam urbem denudò amiserat, morbo epidemicō correptus supremum diem obiit. Cum bellum Mauricum adornaret, novam militiam in urbe Victoria an. 1332 instituit, & *Bande* nomine appellavit; eavulgari Hispanorum lingua *tenia* est, quam novi milites rubro colore quatuor laterum digitos à dextro humero sub sinistro brachio corpori circumducebant, honoris insigne; ingenui tantum & qui decem minimum annis in caltris aulaque versati essent ad eum ordinem allecti, nobilium modò filiis majoribus exclusis: Rex ipse Magister novas militias institutus, ea aliquandiu in pretio habita denique exolevit. (x) E legitima uxore duos tantum filios Alphonsum genuit, quorum natu majorem vita in ipso limine destituit, è pellice verò *Eleanora Guzmania*, quam viro suo *Velasco* viduatam deamare cœpit, numerosam.

(u) *Roder. Sant. P. IV. c. 9. Mariana Lib. XV. c. 2.* (w) *Lib. XVI. cap. 7.*
(x) *Mariana Lib. XVI. cap. 2.*

sam prolem sustulit; illa post Alphonsi obitum jussu Petri ejus filii, & reginæ viduæ insti-
tū in custodiam Talaveræ in Carpetanis data, moxque ibidem interfecta est. (y) Sed neq;
Regina naturalem obiit mortem: cùm enim parùm honeste pudicitiam haberet, prætere-
aque turbis civilibus se committeret, à filio in Lusitaniam ad penates suos dimissa, ibidem-
que Martini Tellii Lusitani amoribus indulgens vel patris vel fratris jussu veneno perem-
ta est. (z)

PETRUS decimum & sextum ætatis annum agebat, cum defuncto patri in regnum
succederet; qualis futurus est, protinus apparuit: nimirum crudelis ac sanguinarius. Pri-
mum statim imperii sui annum cædibus *Eleonoræ Gusmanie* procerumque nonnullorum in-
quinavit, neque dum spiraret earam modum finemque fecit, nunquam non alacris gustare
vel potius exforbare suorum sanguinem. Velix regia stirpe, atque adeò propinquorum
suorum numero octo virilis partim, partim imbecillis sexus jugulari & luce privari jussit,
videlicet FRIDERICUM, JOHANNEM & DIDACUM fratres, ELEONORAM Ara-
goniarum reginam, amitam suam, *Johannem y Aragoniu ex ea natum, Johannam & Isabellam, Jo-*
hannis Laræ filias, & denique uxorem suam Blancam Burboniam. Hanc priusquam nuptiis
sibi adjunxit, vixque puber aliquot nefanda stipula fecerat, & ex *Teresa de Ayala*, cui in gy-
næco matris suæ verlanti vitium intulit, *Mariam, ex Isabella Sanctissim & Dieghum* generat,
tunc verò animum *Mariæ Padillie* amore occupatum habebat; hinc fastidire Blancam in ipso
matrimonii limine coepit, fastiditam deseruit, desertam paulò post Affidoniae carceri man-
cipavit, & denique veneno interfecit. Quamvis verò eum Padillia vadatum amore vin-
etumque attinuerit, dum vixit, laxasse tamen istis se vinculis visus est, cùm *Johannam Castriam*,
Dieghi Hari viduam, se claretur. Hujus pudici-
tiam, cuius laude non minus ac formæ præstantia florebat, ut expugnaret, conjugii stipu-
lationem adhibuit, fingens se cœlibem esse, Blancæ nuptias toto animo nunquam non a-
versatum, testesque subornans, in Episcopali dignitate constitutos, qui rem ita se habere.
Regemque matrimonii nexu liberum esse, pronunciare haud verebantur. Ita decepta
Johanna nuptiis festinatis in regios amplexus convenit, sed citè copia fastidium pariente
relicta, regio titulo retento acceptam velavit ignominiam, filiumque ex hoc concubitu su-
stulit *Johannam*, futurum matri solamen, fortunæ ludibrium. (a) Coeterum immoda cru-
delitatis licentia, qua uti conuevit Petrus, seditionibus bellisque civilibus identidem an-
sum præbuit; & in primis quidem turbis, cum totius regni defectionem vereretur, tempo-
re servit, seque ultrò conjuratorum potestati permisit, mox tamen iisdem se subduxit &
recuperata auctoritate multa sœvæ & atrociter factitavit. Itaque *Henricus Comes Trasta-*
mara, frater ejus notus, novum se conjuratis ducem præbuit, & Bertrandi Guesclini, fortis-
simi in Gallia viri, ope auctus grave bellum Petro intulit, eo successu, ut is Toletu & omni
pene Castella amissâ in Aquitaniam fugeret, & Anglorum auxilia imploraret, quibus im-
petratis in Castellam rediit, & Henricum prælio viçissim fuga salutem quærere, &
in Galliam abire coegerit. Hic verò contra fortunam nisi certus, atque à Gallis armis copi-
isque denudo instrucitus bellum redintegravit, & pugnam decretoriam pridie Id. Mart. an-
MCCCLXIX. init. Viñus Petrus in Montielem oppidum se recepit, ubi obcessus, atque
à Guesclino, cuius fidem ingentibus promissis sollicitaverat, deceptus, in ejusdem tentorio
ab Henrico pugione percussus, mox brachiis inter se eluctantibus uterque prostratus, Hen-
ricumque Gueclino juvante Petrus multis vulneribus confectus est. (b) Haeredes regni
testamento, jam exente anno 1362 & paulò post obitum Alphonsi filii, condito, filias in-
stituit, suscepas è Maria Padillia, quam legitimis nuptiis junctam sibi à primis annis fuisse
publicè declaravit. Illis Johannem substituit ex Johanna Castria genitum; sed aliter su-
peris visum erat, eo in regnum nulli succedente, quem maximè solebat. (c)

JOHANNES, Petri Regis è Johanna Castria filius, juventæ suæ annos Bajonæ in A-
quitania exegit, quo à genitore, cùm is ad Anglos profugeret, deductus fuerat. Illo è vita
sublato in Castellam reverti non ausus, illic se continxit, usque ad pacem inter Johannem I
Regem Castell. & Johannem Duxem Lancastriæ, cuius uxori Constantia jus in paterna-
regna supperebat, an. MCCCLXXVIII. initam: tunc enim Bertrando Erili, Soria Præfe-
cto, in custodiam traditus fuit; à quo equidem impetravit, ut filiam *Elviram* sibi nuptui da-
ret, ut verò à carcere sese elabi pateretur, id quod & ipse & uxor frequenter ad preces lacry-
masque eisfusi, & pedibus ad volunti petierunt, necquam obtinuit, tanta Bertrandi erga

P

Regem

(y) *Loco cit. cap. 16.*(z) *Ib. cap. 21.*(a) *Mariana Lib. XVI, cap. 18.*(b) *Idem Lib. XVI, cap. 21.*(c) *Libro cit. cap. 6.*

Regem erat fides. Itaque in vinculis decepsit, gemina prole relicta, diversi sexus; filiam Rex continuo naclus Madriti in Dominicano coenobio moniale sacra iussit. Gnatus subfractus, deindeque Reginæ amitinæ sua tunc puerperæ intercessione à Kege in gratia acceptus, atque ut esset, unde vitam sustentaret, & in studiis literarum erudiretur, Alarconis Archidiaconatu donatus est. Postea uxamenfi Episcopus, ac tandem Paientius creari meruit. Excelsti etiam animi & generosi spiritus specimina dedit in prælio Olmedano, quo an. 1445 pro Rege Johanne adversus Aragonios strenue dimicavit. Neque in castris Veneris segnem se virum præbuit, sed dum Salamanca studiorum ergò ageret, ex duabus concubinis Isabellæ de Drobella ex Anglia orta, & Maria Bernada nobili foemina numerosam, problem genuit, cui cognomentum de Castella fuit & longa ejusdem appellationis posteritas. (d)

SANCTIUM & DIEGUM, Petri Regis filios *notbi*, Rex Henricus II custodiæ mancipavit, in qua uterque vita defunctus est, prior in castro *Curiel*, alter in oppido *Coca* senecta testate. Hic ex filia Castellani Curielenfis duos genuit liberos *Petrum & Mariam*. Hanc *Coniugium Carillo de Acuña*, *Dn. de Miedes* nuptias sibi adjunxit. Petrus ducta in matrimonium *Beatrice Fonseca*, *Alphonsi*, Archiepilcopi Hispanensis forore, pater factus est *Petri de Castella*, Præfecti domus Reginæ Johannæ, uxoris R. Henrici IV, à quo Hispani & Guadalaxara propago floret. (e)

TELLUM, Regis Alphonsi XI filium è pellice Guzmannia genitum, uno eodemq; partu cum Henrico, qui regno potitus est, editum fuisse nonnulli tradunt; plurimum vero consensu & rectius de *Fridrixi* id refertur. Cæterum quoniam Tellio jus erat uxorio nomine in Biscajam, auctus est à fratre R. Henrico an. MCCCLXVIII. titulo *Comitis*, in Castella hucusque insolito, & dictus *Comes Biske & Castaneda*, nec non *Dynasta Apul'arie*. Supremum diem in Calæcis obiit, cunctis vitæ officiis, *Mariana* (f) dicente, æquabilis, multis exercitius calamitatibus, fratri Regi ad extremum infensus, quæ occasio extitit in vulgus jactandi noxio medicamine infectis visceribus occisum. Liberis ejus *notbi*, in tabula enumeratis, *Alborsus Lopes de Haro* addit *Johannem Henripes Dom. de Camporredondo*, à quo progeties aliqua defluit.

SANCTIUS Comitis Albionerquii titulum à fratre Rege an. MCCCLXXXIII. accepit, eodemque pronubo uxorem regia itirpe satam. Vitam immatura & adæcta morte amissus Burgis, quod proceres ad delectos ob periculum ab Anglis imminentibus habendos confluerunt. Eodem enim Sanctius appulsus in tumultu nocturno halta transfixus & peremptus est, cum ejus & Petri Mendozæ milites de hospitiis decertarent, & ad compescendos tumultuantes famulos heri essent progressi. (g)

HENRICUS II, Regis Alphonsi XI filius, sed è pellice *Eleonora Chmannia*, genitus, à Roderico Alvari *de las Asturias*, *Dynasta Norona*, *Cegonias* & *Trafamare* adoptatus, omniumque ejus bonorum hæres factus est, quibus dominia *Cabrera*, *Ribera*, *Lemoje* & *Sarriz* genitor addidit, cum titulo *Comitis Trafamare*, quo usus est usq; dum régium adeptus esset faltigum. (h) Erat in eo mite ingenium, multaque oris suavitatis, & morum elegantiæ, quæ non tantum cognomentum Politi & Gratioli (*El Conde Locano y de las mercedes*) ei peperit, sed etiam benevolentiam & favorem passim conciliavit. Hinc ad ipsum oculos animumque converterunt, quotquot Petri Regis crudele imperium oderunt & execrabantur. Itaq; an. MCCCLXV. Calagurri ad Iberum primum à conjuratis Rex salutatus, Petrum ex Hispania pepulit; sed ab eodem brevium auxiliariis Anglorum copiis reverso profigatus & vicijim Hispania ejectus est. Postea ob continuam Petri saevitiam a Castellanis revocatus, atque à Gallis viris armisque & fortè clarissimi bellatoris Bertrandi Guesclini brachio auctus atque corroboratus, in Castellam rediit, & Petrum pugna decretroria prid. Id. Mart. an. MCCCLXIX. viñcum, & artibus Guesclini in potestatem suam redactum regno & vita privavit. Neque verò in quietam statim regni possessionem hac cæde Henricus pervenit, sed cum multis initio incommodis conficitatus est, quum non tantum Dux Lancastrius in Anglia, Petri gener, regnum affectaret, sed etiam æmuli ac finitimi Reges pro se quisque partem imperii sibi

(d) *Marian. Lib. XIX. Cap. 12. Nobiliar. de Espanna Lib. IV. cap. 13.* (e) *D. Salazar Orig. de las Dign. Segl. Lib. III.* (f) *Lib. XVII. cap. 15.* (g) *Libro cit. cap. 18.* (h) *Salazar. de Mendoza. Orig. de las dign. Segl. de Castell. Lib. XIII. pag. 87.* (i) *Hist. Hisp. Pars IV. c. 9.*

bi contiguam & coīmodam decerpere conarentur. Ex iis tandem feliciter eluctatus pacem dedit magis quam accepit, regnumque sibi afferuit. Fuere tamen inter proceres Castellæ, qui imperium ejus præfracte abnuebant, usque adeo ut solum vertere, aut comprehensi in carcere mori malent, quam in ejus verba jurare. Qui vero in fide ipsius fuere ac permanerunt eis largè liberaliterque gratias retulit, & maximos honores ac opes contulit, qua occasione tituli feudales Comitum, Ducum & Marchionum in regno Castellæ introducti, & Barones Hispaniæ longè quam ante aditiores & potentiores effecti sunt, non sine regiae coronæ diminutione, quemadmodum *Rodericus Santii* literis prodidit. (i) Mortem Henrico insidiis Regis Granatensis per ocreas Maurico opere eleganter confectas, sed præsenti & efficaci veneno tinctas, atque ipsidono missas, conflata fuisse fama vulgavit, prudentioribus autem constitutis nervorum dolore extinctum esse, *Mariana* testatur. (k)

JOHANNES I, Henrico II patti in regnum succesit, quod ex materna etiam successione ad eum pertinuisse *Rodericus Santii* (l) observavit, constabat, inquiens, nec Petrum ipsum, sed nec Alfonsum eum genitorem, nec Ferdinandum IV, avum suum aliquo iure sive legittimos Reges, pro eo maxime, quia Alfonfus X pater Santii IV, antequam genuisset eundem Santium genuit Ferdinandum de la Cerda, qui contraxit matrimonium cum domina Blanca, filia legitima S. Ludovici K. Pr. ex qua genuit duos filios Alfonfum de la Cerda, quise intulauit Regem, & Ferdinandum: hic ex Johanna filia Johannis Nunez de Lara genuit quandam filiam, que contraxit cum Johanne, filio Infantis Emanuel, qui ex ea genuit dominam Johannam, uxorem legitimam Henrici I, patra R. Johannis I, ad quem ex hac supplicatione regni liquidò pertinebant. At enimvero, longa Johanni I pace frui non licuit; nam tertio statim regni sui anno bellica ex Lusitania tempesta in eum ingruit; à Johanne Anglo-Duce Lancastriæ concitata, qui Ferdinandum Regem Lusitanie facile in feedis & armorum societatem pertraxit: utrumque enim interceptæ regnum Castellæ obtinendi spe dolor urebat, quod hic jure materno, ille uxorio ad le pertinere contendebant; sed adverfa fortuna in ipso belli initio usi, & navalium pugna vieti, mox pacem à Rege Castellæ oblatam acceperunt; quæ hac inter alias lege composita fuit, ut Beatrix, Lusitani gnata unica, de cuius nuptiis multoties licitatum, quæque postrem Edwardo, Emundi D. Eboracensis filio, concilia fuerat, Ferdinandus, Castellensis minori filio, recessis prioribus pactis desponderetur, in quo, notante *Mariana*, (m) providebatur, ne si Henrico majori fratri nuberet, Castellæ Lusitania jungeretur. Verum cum paulò post Eleonora Castellæ Reginae fatis concepisset, Johannes viduus, annuente & offerente Lusitano, viçem filii, adhuc pueruli, explevit, & Beatrix secundis nuptiis sibi adjunxit. Exempto deinde rebus humanis Rege Ferdinandi Johannes spe minime dubia potiundi regni Lusitanici inflatus ed profectus est, & copias armatas sequi jussit; sed memorabili ad *Albarrotam* clade d. XIV Aug. an. MCCCCXXCV. à Johanne, defuncti Regis fratre notho, & Avisi M. Magistro, postea Rege, affectus, magna illa de spe decidit, vixque periculum, quod Castellæ à Lusitanis successu elatis imminentibus, propulsavit, pace cum Anglis, qui huic quoque bello se se illigantur, seorsim facta, his conditionibus, ut Catharinam, Lancastriæ Ducis è Constantia Castellensi gnata unicam, Henricus, Johannis filius & regni hæres, uxorem ducebat, & Lancastrio ejusque conjugi dum viverent XL Francorum millia annua solverentur. Tertio abhinc anno Johannes, dum diem Dominicum spectaculo curfus equestris violat, ipseque ostentanda peritiae equum in verba subditis calcaribus in orbem concitat, loci inæqualitate, in fulcis offendit, cecidit equus, & Regem sub se & sella recipiens, lignis sellæ stomacho letaliter vulnerato, tam graviter oppresit, ut illico animam exhalaverit. (n) Fuisse prædictatur, præstante indole, facili ingenio, sedatis moribus, animo probo, minimè per se præcepit, secessisse, sed alius consilii facili anres prebenas, sermone brevi, exigua corporis statuta sed oris dignitate eminentis. (o)

HENRICUS III postquam tertio à parentis obitu anno, quo aetatis suæ decimum quartum attigit, regni administrationem suscepisset, procerum discordias ac factiones, quæ exortar fuerant dum minoren sis erat, nullo propè negotio sustulit, idque specimen sui dedidit, ut magni, prudentis iutique Principis in eo indolem esse appareret; sed sumam spem, quam de eo omnes conceperunt, mox inanem reddidit diuturna ejus gravisque valetudo, quæ in cognomen quoque ei cessit; hinc perpetua oris macies, corporis vigor vacillans, & animus curi gravioribus impar, ita ut præstare reliqua estate nequidret, qualem prioribus annis promiserat principem, & vix cognoscit posset (ut *Mariana* verbis utar) quid deinceps rerum gesserit, non scriptorium incuria magis, quam ipsius met cejicatione Principis; republica tamen divino beneficio nullis aut levibus tempestatibus i. tata. Bella eodem regnante gesta sunt cum Lusitanis & Granatensibus Mauris haud improspera; prius per-

(i) Hisp. Hisp. Part. IV. cap. 19.. (k) Lib. XVIII. cap. 2. (l) Lib. cit Cap. 22.

(m) Ib. Cap. 5. (n) Alph. à Cartagena Reg. Hisp. Anaceph. cap. 90.

(o) Mariana Lib. cit. cap. 3.

ingicias restinctum; posteriori verò Henricus immortuus est in frequentibus comitiis quae Toledum indixerat, ut deliberaretur de subsidio in istud bellum conferendo pecunia que genti imperanda, unde equitum millia XIV, peditum L, conscribi, & triremes XXX inservi possent. Aegrotantis vicem *Ferdinandus* frater explevit, qui etiam Rege defuncto filii nondum biennio curam & tutelam suscepit, summaque fide gesit, cumque regnum sibi a proceribus delatum gloriòse repudiasset, Aragonicum deinceps, juvante Deo remuneratore benefactorum, adeptus est.

JOHANNIS II imbecillam ætatem, in qua patrem amisit, fides atque industria patrui sustentavit; hoc duce Granatense bellum, victoria terra marique parta, feliciter confectum est, eodemque auspice halcyonea Castellæ redditæ sunt; postquam verò ille ad Aragoniū regnum vocatus, triennio elapsò rebus humanis exemptus fuisse, moveri cœperunt. Castellæ regna, velut rectore destituta navis, hebescente inter discordes proceres autoritate reginæ matris, quæ Regem puerum, ne ab illis subtraheretur, materiaque existererunt novandarum, Vallisoleti sex amplius annis & usque ad obitum suum quasi caveæ inclusum continuuit, crepta libertate exequendi, & quemquam præter ministros aulæ ad se admittendi. Hinc, ut *Mariana* verba iterum mea faciam, defuncta matre, quæ tenebris, & ex materno utero in hanc lucem rursus egressus perpetuò hallucinatus est; magnitudine negoti otrubebatur animi, antecorū semper obnoxios imperio, que maxima perniciē est: unde contumaciam extiterunt *Egredientes*. (p) *Alvarus I.* principatum in aula & gratia Regis tenebat; quem inde à pueritia familiariter, atque effusissimè dilexit, cuius semper voluntatibus assensit, consiliisque palmarum dedit, quem etiam maximis exaggeravit honoribus; cum itaque unus omnium in regno maximè floraret, & pollens potensque esset, neq; modestiam in consilium adhiberet, incidit in invidiam odiumque multorum, in primis propinquorum Regis, bellisque civilibus prop̄ continuis ansam præbuit, quorum duces & quasi signiferi erant *Johannes* & *Henricus* Aragoniū fratres, Regis Castellæ patruelis. Cum verò denique ipse Regis filius rebellium faveret partibus, & Toletana civitas in Regem confusgeret, pertæsus est potentiae ac insolentiae Alvari, atque ab eo, quem XXXV annorum spatio in sinu habuerat, celerrime satiatae quadam abalienatus, ita ut in vincula coniectum & majestatis damnatum Vallisoleti securi percuti jubetur, tertio Nonas Junii an. 1453. Caput abfcissum palo impositum, & truncus tribus diebus in suggestu relictus est, pelvi juxta posita ad stipem colligendam, qua sepeliretur homo paulò ante Regibus potentia exæquandus. Rex ipse sequenti anno eadem in urbe fatis concessit. Fuisse in eo prædicantur „non proflus nullæ virtutes, sed majora; „vitia, molli educatione alta, corpus procerum & candidum, facies indecora; ingenium „haud absurdum, animus quoque impiger & strenuus: „cujus identitatem specimen præbuit, tum in civilibus bellis, tum in Granateni, quo feliciter cum Mauris apud ipsam urbem Granatam exente an. 1430 pugnavit, & insigni victoria potitus est. (q)

HENRICO IV, Castellæ & Legionis post parentem Regi, *Liberalis atque Impotentis cognomina vulgo inditæ sunt*; hoc ob naturæ vitium, illud ob munificentiam, cuius effusissimus erat, ita ut donandis oppidis, profundis sine judicio thesauris majores omnes superasse videretur, imperii etiam majestatem imminuisse; et tamen, nec non popularitate & clementia, qua usque ad utilitatem usus est, multitudinis studia adjunxit, nullo ut tempore ea obsequenter fuerit. Econtra maxima pars procerum alienata dissolutis ejus moribus, inertia ac socordia, quodque omni salutis & reipublicæ cura & cogitatione abjecta tantum genio suo indulgeret, & nihil non ex libidine & voluntate gratiosorum suorum ageret.

Hos inter autoritatem & opibus præpollebat *Johannes Paciebus* Villenæ Marchio & D. Jacobi Magister, cui se rotum permisit, & quamvis maximis identem injuriis affectus, & indignè habitus, immutata benevolentia deditus fuit, ita ut probabilem reddiderit suspicionem, injectam ipsi ab illo fuisse amentiam magicis sacris. Secundas ab illo tenebat *Bertrandus Cœva*, magnis titulis opibusque auctus, & ad Reginæ Johannaæ familiaritatē admissus, eamque turpiorem ac par erat, idque consilio & hortante Rege, à quo stupri mercedem Ledesmae Comitatum tulit. Nimirum cupiebat Rex conjugis suæ utero, vel alieno contactu intumescente, impotentiae suæ opinionem hominibus eripere, cui evel lendere infans quoque amoribus se occupavit; primum *Catharine Sandovalæ*, deinde *Cniomare*, atque in illa Zelotypi amatoris specimen dedit, rivali, quem forte detexit, capitali supplicio affecto. *Blancam* etiam, priorem uxorem, non alio prætextu, repudiaverat, & ad patrem remiserat, quam hoc, quod veneficio veneris usu prohibita esset. Ex illa verò Reginæ

(p) *Lib. XX. Cap. i. i.* (q) *Mariana Lib. XXI. & XXII. Rod. Sant. P. III. Cap. XXX.*
& seqq.

ginæ cum Cueva consuetudine prognatam fuisse, *Johannam*, perfusum plerisque tunc erat, & consequentibus annis aucta fides, licet Rex & Regina, cum Johanna Duci Bituricum deponderetur, jurarint jultam prolem esse, proceribus etiam Sacramento adactis, non aliam regnū hæredem fore: enim verò magis postea pudorem profanavit regina, cum à juventu quodam cui nomen Petro, in quem procaces oculos ipsa conjecerat, stupro oblato prægnans & geminæ prolis mater facta esset, videlicet *Ferdinandi* atque *Apostoli*, quos Toleti in D. Dominici regio virginū monasterio educatos occulte fuisse *Mariana* memorie prodidit. (r) Itaque cum impudicitia reginae in propatulo jam esset, æternum Castellæ dedecus arbitrii proceres, si Johanna, adulterio prognata, in regnum succederet, conjurationem fecerunt, & Rege ad ejus nuncium ne manum quidem vertente, neque veternum excutiente, ad nefandum facinus progressi sunt. Nimurum apud Abulam in patenti campo Henrici statuam regii ornatam insignibus suggerstui imposuerunt, publicæque variorum criminum postulatam & damnatam detracit ornamenti cum verborum contumelia deturbarunt. Nonis Junian. MCDLXV. id accidit. ALPHONSUS, Henrici frater, qui toti actioni aderat, suggersto impositus, atque humeris procerum elatus, *Rex Castellæ* proclamatus est; Maximæ inde & funestæ turbæ ortæ sunt, quæ regnum miserandum in modum affligerunt, adeò ut ad manus etiam & justa prælia sit ventum; inter hos tumultus cum Alphonsus è medio excessisset, ISABELLÆ ejus sorori regnum à magnatibus delatum, & Henricus per pulsus est, ut jus, quod illa in regnum haberet, confirmaret. Nupsit ea exinde *Ferdinando Aragonio*, quo cognito Henricus confirmationem illam irritam facere, & Johannam in primis ornare conatus est, per idem tempus Carolo Duci Bituriensi, Ludovici X R. Gall. fratri, desponsatam; sed illo ante consummatum matrimonium mortuo, & Alphonso Lusitanæ Rege, cui deinde Johanna ab Henrico in conventu apud Pacem Augustam oblata fuit, tergiversante, postremisque Johanna cum Henrico Aragonio sponsalibus in irritum redactis, patuit denique Isabellæ & Ferdinandino redditus in gratiam Henrici, qui non ita multò post latenter dolore oppresus è vita discessit, inque eo ramus Regum Castellæ, ex Henrico nothi progenie ortus, emarcuit, dispari ac cœperat fama. Namque ut *Mariana* Episkrisin subiungam „ fuit in Henrico familiæ conditore vividum ingenium, & supra ortus conditionem „ animus major; in Johanne filio felicitas multò minor, neque par industria vigorque in „ Henrico nepote ignea mens, animus orbis terrarum ac coeli capax; sed imbecilla valetu- „ dine, brevique ætate præstare diu non potuit, quas promiserat virtutes. Johannes eo „ nomine secundus ingenio fuit eruditus magis literis, quam ad res gerendas idoneo. In „ hujs filio Henrico confenuit majorum gloria foedataque est: industriaque & virtus si- „ bi viam ad Castellæ regnum atque adeò universæ fermè Hispaniæ patefecit: “ namque „ Ferdinandus & Isabella in Castellæ regna successerunt, cum quibus ille, genitore post quin- „ quennium defuncto, Aragonicae conjunxit, & Granatense, pulsis tota Hispania Mauris, ar- „ mis suæ ditione adjectit. *Johanna* non unis sponsalibus ludicrata denique Conimbricæ in- „ S. Claræ cenobio velum induit an. 1480, ibidemque confecta ætate decepsit. (s)

Antequam manum de Tabula X deponamus, dicendum non nihil supereft de liberis, quos Rex *Henricus II* extra thalamum Johanna Emanuelidis genuit cum diversis mulieribus. Illorum decem *Salazarus* (t) recensuit, quorum omnia nomina in Tabula legere est; *Salazarus* (u) undecimum addit, nempe *Petrum*, septimo ætatis fuae anno infelici casu extinctum. Inter masculos primus tribuitur Locus *ALPHONSO*, ex *Elvira de Vega* suscepito, & satori amplissimæ stirpis *Noroniæ*, inferius suo loco enumerandæ. Post illum *FRIDERICUS* & *HENRICUS* recententur, eadem matre, videlicet *Beatrice Pontia de Leon*, editi, quamquam prioris genitricem dubiam esse, & dari, qui *Beatrice de Angulo* illum natum esse perhibeant, *Aph. Lupus de Haro* (v) referit. *Henricum*, quem hic autor silentio præteriit, *Salazar* usus esse ait titulus *Comitis Cabræ* & *Ducis Medine Sidonie*, idque è privilegiis, ab eodem confirmatis, liquere. *Fridericus Beneventi* oppido à genitore donatus, & *Ducis* axiomatice primus inter Hispanos an. MCCCCLXIX, honestatus est. Virgo quoque regii generis ei desponsa fuit, videlicet *Beatrix*, Ferdinandi R. Lusitanæ gnata. Verum dissoluta deinde ita fuit sponsalia, *Beatrix* Regi Johanni, Friderici fratri, in manum convenientiæ. Magna cæterum *Dux Beneventanus* pars fuit rerum & turbarum, quæ regnantibus Henrico III & Johanne II in Castella contigerunt, & iterata rebellione effecit, ut à priore an. MCCCXCIV custodiae man-

Q

(r) *Lib. XXIII. cap. 11. § 13.* (s) *Mariana Lib. XXII. Cap. 15. 19. § 20.* *Lib. XXXIII. cap. 2. 4. 7.*
p. 13. 15. & seqq. *Lib. XXIV. cap. 4.* (t) *Æl. Anton. Nepriij. Dec. I. Lib. I.* (u) *Orig. de las dign. segl.*
Lib. III. cap. 2. (v) *Hist. di Spagna Lib. III. cap. 42.* (w) *Nobiliar. Lib. IX. cap. 22.*


mandaretur, primò in castro Burgensi, posteà in monte regali; ex hoc cùm imperfecto Castellano, Jo. Apontio, in Navarram evafisset, ejusque Regis, sororii sui, opibus, amicitia que fretus rebus novis studeret, Ferdinando, Regis Johannis II patruo ac tutori, per legatos eum experti, datus, & in Almodanaris arce, agri Cordubensis, carceri denudò mancipatus est, cuius & vitae suæ eundem finem habuit. (x) Filia, quam post se reliquit, utrum legitima aut notha dicenda sit, in dubio est, non minus ac cœlebs ne fuerit pater, an conjugatus.

(x) *Mariana Lib. XVIII, cap. 3, Lib. XX, cap. 1.*



STEM-

STEMMATIC
DESIDERIANI
STIRPS III.
REGUM ARAGONIAE ET HISPANIE.



Cuto majori quadripartito *Ferdinandus & Isabella Reges Catholici usi sunt*, postquam eorum conjugio Castellæ, Legionis, Aragoniaæ, Siciliæq; regna, & postea jure belli Granatense quoque regnum sub unam potentiae molem redacta fuerunt. Castellæ & Legionis insignia prima & ultima quadra repræsentari jam constat, in secunda tertiaq; quadra, pali quatuor rubri in campo *anro Aragoniam*, pali verò aquilis nigris in solo argenteo utrinque spati Siciliam denotant; *manum granatum* in triquetra areola, qua inter quadrantes intercipitur, regnum Granatense, quod significat, loquitur.

Clypeum tripartitum ex insignibus Aragonicis, Castellanis Legionensibusq; & Siculis Henricus Aragonius Dux Villenæ, à quo *Segorbii Dncc*, orti sunt, gessit.

Tertio scuto cui quadripartito ex symbolis regnum Aragoniaæ, Castellæ & Legionis parvula incumbit rubra *lapis dnois* gradientes continens, & Gurreanam familiam designans, *Comites Ripagorcia* & *Duces Villeformose* usi sunt, in memoriam ductæ à Johanne Aragonio Ripagorciae Comite è Gurreana domo uxoris.

TABULA

REGES ARAGONIÆ SICILIÆQUE

XXII.

FERDINANDUS cogn. JUSTUS, Infans Castellæ, Regis Johannis I. filius secundogenitus, natus 27. Novemb. 1380. Dux Pennafielis creatus an. 1390. REX ARAGONIÆ & SICILIÆ el. 30. Jun. 1412. coron. 11. Febr. 1414. obiit 2. April. 1416.

XXIII.

ALPHONSIUS, cogn. *Sapiens & Magnanimus*, REX Arag. Sicil. & Neapol. n. 1494.
† 27 Jun. 1458. *Maria, Henrici III. R. Castell. fil. 1. Jul. 1414. † 14 Sept. 1458. Liberos illius naturales. Vid. Tab. XIII.*

JOHANNES II, REX Navarræ, Aragon. & Sicil. n. 29 Jun. 1397, † 19 Jan. 1479. Ux. (1) *Blanca, Caroli III, R. Navarr. fil. Martini Jun. R. Sicil. vid. 1410, † 1 Apr. 1441. (2.) *Johanna Henriques de Cordova & Ayala, Friderici Admiralis Castell. f. 1444. † 13. Febr. 1468.**

Maria, nup. *Johanni II. R. Castell. 1420, † m. Februar. 1448.*

XXIV.

1. *Carolus, Pr. Vianz n. 28 Maij 1411. † Ux. prior Henrici 23 Septemb. 1461. IV. R. Castell. 1440, separata 1453. † Ux. Anna Adolphi primi Duci Civit. f. 1464. 1439. † sine prole. 1448. d. 4. A. r.*

1. *Eleonora, nup. Gastoni II, Com. de THOLICUS, REX HISPANIE Polx 2. Decemb. 11. Mart. 1453, † 13. Jan. 1516. 1434. Regina Navarre post partem, † 1 Febr. 1479.*
2. *Ferdinandus, cogn. CAstloni II, Com. de THOLICUS, REX HISPANIE Ux. [1] Isabella Regina Castell. & Lett. 1469 † 2 Nov. 1504. (2) Germana de Foix, Johannis Victoria, Narbone f. 1506.*

XXV.

Philippus joannes Anna, no-
notus, Alphon-
Magist. Alphon-
thus. Eu-
ord. S. Ma-
riz Monte-
pisc. Hu-
fiz 1484.
occ. à Mau-
ris 1488.

tha, ux. Lu-
dovici Cer-
dæ, D. Me-
dia Celi,
1471.

1. *Isabella, n. 2. joannes Pr. JOHANNA, Maria, n. Catherine, n. 16 OG. 1470, nup. Hispan. n. 28 Jun. REGINA HL. 29 Jun. 1482, Dec. 1483. Ux. 2da E-
1. Alfonso, 1472. † 4. OG. Ispan. n. 6. Nov. nup. 1. At-
inf. Portug. 24 1479. impr. manuelis, R. turo Pr.
Nov. 1490. 2. Margarita Au- lippo Archiduci Portug. 30
Emanuelli R. stria, Maxi. Austriae, 1496. OG. 1500. Wallie, 14
Portug. 1497. miliani I. Imp. † 4 Apr. 1555. † Mart. 2. Henrico
† 23. Aug. f. m. Apr. 1497. 1517. eus fratri,
1498. f. m. Jun. 1509. R. Angl. 24
8 Jan. 1516.*

XXVI.

Ferdinandus Aragonius
Archiepisc. Cæsaraugust.
1539.
Maria. . . .

Anna, nup. Job. Alfonso
de Guzman, Duci IV Medine
Sidonie.

Johanna, ux. *Johannis
Borgia, Duci III. Gau-
die.*

XXVII.

2. Petrus Aragonius.
1. *Raphaela de Hijar,*
2. *Leonor de Guarea & Castro.*

Ferdinandus Aragonius.

XXVIII.

1. *Johannes Aragonius, † im-
prolis.
Juliana Aragonia, ex stirpe
Ducum Villæ formosæ,*

2. Petrus Gabriel Arago-
gonius *Monachus Fra-
ciscanus.*

Maria Aragonia, fa-
milia hæres, nup.
(1) *Petro de Moncayo.*
(2) *Petro Peres Calbillo de Luna.*

TABU-

XI.

NAVARRÆ ET HISPANIÆ.

Ux. Eleonora de Castella, Sanctii Com. ab Albuquerque fil. 1393.
† m. Dec. 1435.

XXII.

Eleonora, ux.	Henricus Aragonius, Dux Villenz,	Sanctius Arago-	Petrus Aragonius,
Edmardi I. R.	Magister Equitum S. Jacobi, † m.	nius, Magister	Comes de Albu-
Portngall.	Jun. 1445. Ux. (1.) Catharina, Hen-	Ord. Alcantar,	querque, occ.
1428. † 18	rici III. R. Castell. f. 1420. † 1439.	† m. Mart.	ap. Neapolin.
Febr. 1445.	(2.) Beatrix Pimentel, Roderici Al-	1466.	18 Oct. 1439.
	phonji C. Benevent. f. 1444. □		

XXIII.

2. Johanna, ux.	2. Maria-	Johannes A-	ALPHONSIUS,	Leonora,	2. Henricus Aragonius
zda Ferdinandi	ragonius,	Aragonius, no-	notha, ux.	Dux Segorbii, cogn.	Dux Segorbii
Aragonii R.	inf.	notha, Ar-	tho, Dux Viluz	Ludovici	Infans Fortune, n. 1443
Neapol. 1576.	chiepiscop.	chiepiscop.	Formosx.	Beamontil	post mortem pa-
† 28 Aug.	Cæsarau-	Cæsarau-	Vid. Tab. XII.	C. Lerini	tris. †
1518.	guftan, †	guftan, †		1468.	Giomara de Castro, Al-
	13. Nov.	1475.			phonji de Portngall, Comes
					de Faro fil.

XXIV.

2. Johan-	Alphonfus, no-	JohannaAn-	Maria,	Alphonfus Dux Segor-	Isabella, nup.
nes Pr.	tbus. n. 1469. At-	gela, notha, ux,	notha,	bui Comes Empor.	Inico Lopez
Gironz	chiepiscop.	Bernardini de	notha è	Johanna Ramon Folch,	de Mendoza
chierop. Cæsar-	Velasco, Come-	Prior	Prior	Ducissa Cardone, March.	Duci Vto.
n. & †	m. Majo	monast.	scemi	de Pallas & Com. de	dell' Infan-
august.	Arag. † 1510.	naLu-	S. Aug.	Prades.	tadgo.
Prorex	stab. Castell.	naLuna	sitana,		
	Anna de Guerea,	de Ma-	de Ma-		
1509.	Anna de Guerea,	drigal.	monialis		
†			Madrigal.		

XXV.

Franciscus Folch de Aragonia	Johanna Ducissa Segorbii	Magdalena uxor zda
Dux Segorbii & Cardonx, M.	& Cardonx, familiæ suæ	Didaci Hurtadi de Men-
de Pallas, C. de Prades, † impr.	hæres, nup. Didaco Ferdi-	doza, IDic. de Fran-
1575.	nando de Cardonba, March. Illo	cavilla & Pr. de Me-
Angela de Cardenas, Bernardini	de Comares.	lito.
Ducis Maqmedes f.		

XXVI.

R

TAB.

TABULA XII.

DUCES VILLE FORMOSÆ, COMITES RIPAGORSIÆ.

XXIV.

ALPHONSUS Aragonius, Johannis Regis Aragoniæ & Navarre filius
naturalis, DUX VILLÆ FORMOSÆ (*de Villahermosa*) & Comes Ripagorsiæ, 1470. obiit an. 1485. Ux. ELEONORA SOTA, ducta an. 1476.

XXV.

Alphonsus Marina, nup. t. Ro-	Johannes Ara-	Leonora Alphonsus Férdenan-	Hénricus
Aragonius, berto Sanseverino, Pr.	gonius, <i>notbus</i> ,	ux. Jacobi Aragonius,	dus Ara-
Dux Villæ Salerni, & III. Duc. Comes Ripa-		Milan, Co- Episcopus	gonus,
Formosæ II. Ville Formosa 1505,	gorxi & Lunz.	mitis de Tertuix,	Prior ad S.
† puer. & eo an. 1508, mor-	Ux. . . .	Albayda,	Joann. in
tuo. 2. Jacobo Appi-	Gurrea.	dein Archi- episc. Tar-	Catalon.
ano, Pr. Plombini.		episc. Tar-	

XXVI.

1. Ferdinandus Sanseverinus, Princ. Salerni, Dux Villæ Formosæ IV, n. 18. Jan. 1507, exutus ditionibus obdilectionem ad Gallos 1552, † Avenione 1568. improlis.

Alphonsus Gurrea Aragonius.

Comes Ripagorsæ.

Isabella Ramon Folch, Johannis Ducis Cardone I, fil.

Martinus de Aragonia & Gurrea Com. Ripagorsæ
 Dux de Villahermosa.
 Luiza Borgia, Johannis D. Gandie f.

Ferdinandus de Aragon. & Gurrea, Dux de Villaherm.,
 Com. de Ripagors.
 Johanna de Pernstein, Utatislai Dom. de Pernstein
 in Bohemia & Marie Manrique f.

Maria de Aragon. & Gurrea, hæres Ducatus
 de Villahermosa nup. Carolo de Aragonia &
 Borgia, Com. de Ficallo.

Martinus de Aragonia, *notbus*
 Hispaniz militiz in Italia
 Dux, occ. ap. Cengium in
 Pedemont. an. 1639.



EXEGESIS HISTORICA.



ERDINANDUS, Johannis, ^{hujus nominis inter Reges Castellæ &} Legionis Primi, filius, Henrici III frater, natu minor, à genitore an. 1383 Comitatum Majorę dein an. 1390 Lare Principatum & Pennafilię oppidum, *Ducis* nomine accedit solemni ceremonia, *qua corona ejus capiti imposita fuit, nullis extantibus floribus, quod collata dignitatis insigne erat, ut habent verba Mariana.* (a) JUSTI cognomen idem memorabili facto sibi peperit: nimurum, cum frater ejus, Rex Henricus, deceſſisset, filio anniculo, Johanne, poſt se reliquo, & proceres, eo ob infantiam contemto, Ferdinandum, tanquam perſpectæ virtutis virum,

Regem exoptarent, non ſolū ille negavit, tanti fe ducere regnum, ut ejus gratia inhumanitas atque iuſtitiaē culpam veller in ſe derivate, innocentio puerο ſpoliato, Regina vidua neglecta, quorum patrocinium fuſcipere fuſſet piumque, ſed etiam cum in frequenti magnatum populiſque conuento à Sancto Davalo, Equitum magistro, publico nominē interrogatus eſſet, ecquem Regem renunciari velle, ſe ne, an Alphonſum, gnatum fuum, an Johannem, è fratre nepotem? indignantis habitu & voce, ecquem, respondit, *alium nuncupabis quam cum cui regnum jure competit, Iohannem videlicet, fratris mei filium, & confertim prolatum, quem sub chlamyde abſconderat, puerum, humeroque impositum, cœtui universo ostendit, exclamans: eu Iohannem veſtrum!* deindeque in Regio folio colloccatum primus ad pedes ejus procumbens veneratus eſt, atque in verba ejus juravit. Porro tutelam pueri pariter & regni haud ſegniter fuſcepit, & fortiter prudenterque obiit, nec, licet aemulatione & iuſtiis Reginæ vidua agitatua, à fide & virtute ſua transverſum diſceſſit unguem. (b) Neutiquam verò paſſa eſt Divina bonitas & iuſtitia, ut careret premo virtutis luæ, ſed alia corona pie repudiata mpenſavit. Regnabat illa tempeſtate in Aragonia, Valentia & Catalonia Martiū, qui fratri ſuo Iohanni fine virili prole defuncto, ſuccederat; is jam ſenescens & ex obefo corpore veterno graveſcens, cum filium unicūm cognominem, Siciliæ Regem, præmature ſato abreptum, amifſiſet, cupidine novæ prolis, & procerum ſuauu impelli ſe paſſus eſt, ut juvenculam, regio ſanguine cretam, Margaritam Pratenſem, uxorem duceret, libidinis avidus magis, quam potens; cujus facultatem exquisitus medicamentis excitatum conatur, vitalia labefactavit, & fatalem periodum acceleravit. Antequam verò ſuprimum obiit diem, cum de futuro regnorum hærede in praefentia ejus diſputatum eſſet, & in diversa itudia proceres ſcinderentur, declaravit Rex, nullum nec jure potiorem eſſe, nec magis ex uſu Regni fore Regem, quam Ferdinandum Caſtellensem: eſforore ſua natum. At tamen non obſtitit hæc moritururi Regis nuncupatio, quo minus illo extincto regnum, complures iure hæreditatis ambient, videlicet præter Ferdinandum Caſtellensem, Ludovicus Andegavensis Rex Neapolitanus, Fridericus Aragonius Comes Luna, Matheus Comes Fuſensis, Alphonſus & Jacobus Aragonii, ille Dux Gaudiæ, hic Comes Urgellæ. Subjugere lubet diatypofin, cognitionem ſingulorū ob oculos ponentem:

(a) *Hift. Hisp. Lib. XVIII. cap. 13.*
Lib. I.

(b) *Id. Lib. XIX. cap. 15. & Laur. Valla Hift. R. Ferdinand.*

JACOBUS II. REX Aragoniz.

Alfonsus IV. Rex Aragoniz.		Petrus Comes Ripacorff.
Petrus IV. Rex Aragoniz.	Jacobus Comes Ur-	ALPHONSUS Dux
	gellz.	Gandiz, C. Ripacorff.
Johannes I Rex Ara-	Leonora ux. Johan-	Martinus I Rex
goniz.	nis I. Regis Castellz.	Aragoniz.
Johanna, ux.	Jolantha, ux.	Martinus Rex
MATTHÆI LUDOVICI	FERDINANDUS	Siciliz.
Com. Fu-	Castellensis, Dux	JACOBUS Comes
Reg. Neap.	Pennaficiis.	Urgellz.
xens.	D. Andium.	FRIDERICUS, notus
		Comes Lunz.

Ergo cum super successione in regna Aragonica non solum inter competitores functæ æmulationes, sed etiam inter Aragones, Valentinos & Catalanos, in partes discedentes, maximæ contentiones gliserent, atque ad civile bellum cuncta spectarent, meliore genio afflati proceres, populique rem totam ad compromissarios referre, & novem viris, termis nempe ex singulis provinciis, virtute vitaque probatissimis, committere decreverunt, quorum iudicio & sententia Rex eligeretur. Hi delecti Caspam, Aragonia oppidum, conserunt, ibique auditis per XXX dierum spatium & acceptis competitorum rationibus, in oppidi arce inclusi sunt, elegerunt, ut illinc prodire nisi Rege declarato nefas esset; Itaque die octavo, ex quo se conluerant, qui erat XXV Jun. an. MCDXII convocatis partibus ad audiendam sententiam, in loco edito ante valvas templi confederunt, & Vincenzo Ferrario, Monacho ordinis Predicatorum, qui ex delectis Valentiniis erat, verba faciente, Ferdinandum, Infantem Castellæ, Regem prouinciarunt, latante & acclamante Feliciter omni populo. Missi confessim in omnes partes nuncii, delectique legati sunt ad Ferdinandum, Conchæ in Celtiberis tunc agentem, qui ad regnum capessendum eum invitarent; nec ille cessavit, rebus in Castella ordinatis, iter in Aragoniam facere, & Cæsar augustam, se conferre ubi à cunctis ordinibus ad III Nonas Augusti Rex proclamatus, atque in verba ipsius, filiique Alboni, designati successoris, eaque propter Principis Gerunda nomine salutati, juratum est. Adfuere cæteri competitores domitici, excepto Urgellitano Comite, quem rebus novis studentem Ferdinandus deinde Balagueri, ditionis eius metropoli, obfudit, atque ad dedicationem adactum in Castellam misit, ubi in custodia decepsit. (c) Ceterum Regem Sicilie, quod Regnum Martinus Senior post filii obitum sibi affuerit, & cum Aragonico iure postlimii conjunxit, se appellare vetuit Ferdinandus, donec in ejus possessionem venist: ingentes enim in Sicilia motus imminebant ob vastam Bernardi Cabrere, coronam pariter & matrimonium Blancae Reginæ viduæ affectantis, ambitionem; tam dextrè vero Ferdinandus per idoneos arbitros Siculorum animos versavit, ut hi Cabreram vincitum legatis ipsi uaderent, à quibus confessim Barcinonem missus ad Regem fuit; tunc itaque, rerum in Sicilia potitus, Regi quoque Sicilie nomen assumpsit, (d) nunquam tamen eam adiit, ed quod morte præventus esset. Tertio enim regni sui anno Nicæam, ad colloquium cum Imperatore Sigismundo de tollendo Romano Ichismate habendum proficisciens, morbo tentatus est, ita ut Perpinianum superare nequiret, sed ibi subsistere cogeretur; voti tamen colloquique cum Cælare compos factus est, isto post acceptum de Regis morbo nuncium Perpinianum usque progresso. Exinde Barcinonem pedem retulit, indeque in Aragoniam remeavit, verum ex itineris molestis & corporis agitatione in graviorem relapsus valetudinem ad Ingualadan fatu cessit, dignus longiori vita habitus, utpote „eximiis animi cordi“ porisque dotibus, forma egregia, & cui non minus auctoritatibus inesset, quam gratiae, „multum ingenii, multum artis, vel fortunæ ad promerendas omnium voluntates, non, „suo tantum, sed quod difficultimum est, alieno imperio.“ Corpus ad Populeti humili sepulcro est conditum; sicipse testamento cavit, quod ante mensis aliquot Perpiniani nuncuparat. Laræ principatum, Medinam Campeitrem, Memblancum in Catalaunis, aliaq; Joanni filio legavit, Henrico Albuquerque, Sanctio Montalbanum. Alphonsum natu maximum regni hæredem scripsit. Sublati sine prole fratribus, sororum Mariæ atque Eleonoræ filios nepotesque hæredes regni substituit, ipsas exclusit, quod ad memoriam insigne viuum est. (e)

ALPHON-

(c) Luc. Marin. de reb. Hisp. Lib. XI, Law. Yalla, l.c. (d) Fazellus de reb. Sic. Lib. LX.

(e) Mariana Lib. XX, cap. 8.

ALPHONSUS, R. Ferdinandi filius natu maximus & successor, *Sapientis & Marnanimi cognomina*, quibus posteritati commendatus est, memorabilibus & praeclaris dictis factisque implevit; ea *Antonius Panormita* collegit, & IV libris descripsit, *Aeneas Sylvius* vero exemplis parallelis illustravit. Primus imperii sui annis Alfonius Sardiniam, sapè rebellem & secum ipsam discordem, domuit ac pacavit, cumque Corsicæ etiam subigendæ intentus esset, à Johanna Regina Neapolitana in auxilium adversus Ludovicum Andinum advocatus, & certa ejus spe Reginæ facta, ab eadem in filium & regni successorem adoptatus, *Duxone Calabrie* pronunciatus est, publicè in conventu Principum ad d. XVI Kal. Octob. Anno MCDXX tabulis adoptionis recitatis: hanc deinde Pontifex Romanus ratam habuit; Johanna vero recidit, & mutata velificatione ad Andinum iterum animum appulit, eumque in Aragonii locum & jus successionis substituit; postquam scilicet hic, levitati Johannæ diffusus, firmare res suas illamque in potestate sua habere molitus, ab adversa factione, operaria in primis Sforzæ Cotigniolæ, acie exutus, & regno pulsus fuisse. Ita tempori cedere coactus Alphonos, cum in Hispaniam renavigaret, & Massiliam præterveheteret, quæ tunc in ditione Andium Duciserat, urbem ex improvviso adortus est, captamque diripuit atque incendit. Post aliquot annos à quibusdam magnatibus Neapolitanis, Gallicæ arrogantis pertæsis, revocatus, instructa classe in Siciliam profectus est, atque inde ad Insulam Ænariam accessit, ex propinquo opportunitatem regni recuperandi captaturus, cuius magnam in spem morte Ludovici Andini erexit fuit. Major animum ejus subiit, postquam Regina Johanna quoque vivis excessisset; sed illam omnem adversa pœnit evertit fortuna, quæ eodem adhuc anno MCDXXXV Alfonso, Cajetam oppugnanti, classem Genuensem objicit, eundemque post infelicem pugnam captivum eorum fecit, una cum ipsis fratribus *Johanne & Henrico*. Mutavit tamen cito fortuna vultum, & Alphonso iterum arridens adversitatem illam in materiam majoris gloriae vertit: perduxi enim captivi Principes ad Philippum Ducem Mediolanensem, in cuius utrum fide Gentia erat, ab illo in summo honore habiti, muneribusque affecti & libertati redditii sunt, facto prius inter Regem & Ducem foedere, eosdem sine exceptione amicos inimicosque se habituros. Ab eo tempore cuncta Alphonso priora fuerunt: namque Cajeta, cum Petrus Aragonius, ejusfrater, prædandi tantum studio excensionem fecisset, deditioñem fecit, Acherae deinde & Aversa fame domita, ad extremum ipsa regni metropolis, post longam & arctam obsidionem, astu, immisilis ab Alphonso per aquæductus nocte tempesta militibus die IV Kal. Junii an. MCDXLII. capta est, neque ita multò post arces, in quarum unam, Regiam dictam, Renatus Andinus, Ludovici frater & haeres, se receperat, quamque spe omni amissa deseruerat, mari in Galliam reversus, extremam necessitatem spontanea deditione prævenerunt. Ita subacto regno Neapolitano, deindeque pacato, & rebus omnibus ex sententia compositis Alphonsum ad pacem toti Italiae rediendam animum adjectit, & legatos ad Basileensem concilium misit, quorum opera Eugenius, qui Andinus partibus favebat, de Pontificatu remotus, ejusque in locum Amadeus Dux Sabaudæ, ascito *Felicia* nomine suscepit est. Cum vero Florentinorum, aliarumque Italicae civitatum intercessione *Eugenius* pristinum in locum restitutus esset, ut is Alphonsum sibi conciliaret, filio ejus Ferdinando, e pellice genito, ius natalium & succionis in regnum Neapolitanum impertit. Postilla Alphonfus, anteponit Papa Nicolao, cum Venetis, Mediolanensis ac Florentinis in amicitiam, fædus ac societatem pro communis Italiae quiete & salute coit ad annos XXV; verum tertio nondum elapsò, ætate ingraevcente, febre oppressus & fato functus est in arce Lucullana, quam vulgo vocant *Ovi*. Princeps sua ætate clarissimus, doctissimus & magnificentissimus. Ex legitima uxore sua, pietate & pudicitia eminentissima, liberos nullos suscepit; nothos vero utriusque sexus fultilis, atque ex his *Ferdinando* regnum Neapolitanum, quasi armis partum, per testamentum legavit, in regnis Aragoniae Siciliæque fratre *Johanne* hæredes scripto. Extrema ætate pueram præstanti forma, *Lucrétiam de Alano*, deperiit, ita ut de eam in matrimonium ducenda, & Maria uxore repudianda consilia eum agitasse literis proditum sit. (1)

JOHANNES Aragonius, Regis Ferdinandi Justi filius secundogenitus, vigore paterni testamenti *Dux Pennafelis*, & *Princeps Lare*, factus est; Vivente vero genitore Siciliam Proregis & Archibalssi titulo rexit, postquam *Blanca*, Martini R. vidua, à Rege Navarræ parente suo revocata fuisse, futura regnifui hæres. Eandem postea Johannes Aragonius uxorem accepit, multis Principibus, qui certatim eam probabantur, a Navarro prælatus,

S tum

(1) *Rituum de Reg. Neap. Lib. IV. Mariana Lib. XX, XXI. & XXII. Lnc. Mariacu Lib. XI.*

tum ob eximias virtutes, tum ob spem fratneri regni; dos dicta CDXX millia florenorū, cautumque est, sicuti *Marianna* (g) & nonnulli alii autores scripsere, ut si continget Blanca ante virum vivis excedere, iste nihilominus reliquo vitæ tempore regnum Navarræ post ficeri mortem teneret; verum adversari huic traditioni ipsas tabulas, quæ in chartophylacis Pompelonensis & Palensi assertivuntur, *Arn. Oibenardus in Notitia Vasconis* (h) testatur. Sponfalia *Olti* in Vasconibus celebrata IV Kal. Jun. an. 1419, nuptiae vero post Johannis & Sicilia redditum Pompelonæ peracta sunt. Exempto an. MCDXXV rebus humanis Regè Navarræ, qua tempestate gener ejus turbis Castellenibus distinebatur, missi sunt contemniti à Blanca, qui & nuncium de ficeri morte, & regium vexillum, insignie imperii, illi affrenter; eo accepto & prælatō *Johannes* in caltris *Rex Navarræ* proclamatus, neque ita multò post *Ripagorse* Principatu, per obitum Alphonsi Aragonii Jun. Ducus Gondia, auditus est. Pace deinde cum Rege Castellæ sancta, rebusque suis in Navarra confirmatis, abiit in Italiā, fratri in expeditione Neapolitana operari navaturus, vel potius futurus socius captivitatis, in quam illum incidiſt superius dictum fuit; cum eodem vero libertati redditus, Hispaniam repeteret, & Aragoniæ regna vicaria rege te potestate iussus est. Exinde cum civilibus in Castella fluctibus iterum se commississet, in grave, varium ac diuturnum bellum implicitus est, quo flagrante *Blancam* uxorem Navarre reginam, amisisit, atque in gratiam conjuratorum Castellenium gnatam *Friderici*, maris pfecti, illorum facile principis, *Johannam*, secundis nuptiis sibi adjunxit. Eas nova belli civilis in Navarra flamma exceptit, concitata factiōibus Agramontanorum & Beaumontanorum; è quibus posteriores Carolum Vianæ Principem, *Johannis* Regis filium, ad partes suas traduxerunt, & ad capienda adversus parentem arma instigantur, injuria ab isto interceptum & detentum regnum ipsi hæreditario jure debitum, divinasque & humanas res violatas esse dicitantes. Sopitum hoc bellum magis quam compositum subinde recruduit, nec tamen unquam Carolo prosperum fuit, eo denique redacto, ut ex Hispania in Italiā ad Alphonsum Regem, patrum suum, con fugeret, non ita multò antea, quam is supremum explevit diem. *Johannes*, fratribus obitu Aragonie etiam *Siciliæ* Rex factus, filium in gratiam utcunque recepit, & paulò post morte, aut fatali, aut insidiis novercae conflata, oppressum, amisisit, nec tamen in pacis & quietis portum pervenit; sed novis Catalaunorum motibus exigitatus est, qui in grave exarserunt bellum, quod annos decem & quatuor menses perduravit, Barcinonensis libus pertinacissimè Regi obsequium detrectantibus, & inter omnes rebelles postremis in ejus fidem gratiamque redeuntibus. Verum neque hoc bello finito pace frui potuit *Johannes*; in aliud & inopinatum enim cum Rege Galliæ Ludovico incidit, ob *Perpignanum*, quod oppidum unicūm Roscinouensi provincia Gallo oppigneraverat, pro magna pecunia summa, sub initium belli Catalaunici ab illo mutuò sumta. Hanc itaque sibi restitui, aut in loca, pignori opposita, proprietatis iura cedi cum Gallus petiisset, & Aragonius neutrum se facere posse respondisset, vi armata ut ille decrevit, & Perpignanum obsidione cinxit; sed *Johanne*, licet jam ætate I. XXV annorum gravi, suapte præsentia ciuitum militumque fidem ac virtutem acuente, & denique Ferdinandō, ejus filio, cum auxiliariis copiis adventante, Gallus septimo mense obsidionem solvere, & paetis induciis à finibus discedere coactus est. Ita hoc quoque bello confecto Rex *Johannes triumphantis in Istar, curru cyanæ vesti* conformato sublimis, agentibus quatuor candidis equis, & ingenti nobilium, magistratum, militumque turba stipatus, Barcinonem intravit; ubi quinto abhinc anno labore senioque coosumptus & febri oppresus, naturæ concelesit. Corpus ad Populeti sepultum est; inferias ut darent, sanguisque curaret, regius cultus oppigorari debuit; tanta erat pecunia in opia. Vixit annos XCI, vegeto semper corpore, & bellis ac veniōibus laboribus pax, animo vivido, magnitudine & varietate rerum gloriarum, ac diuitiā imperii maximis Regibus ex equauit. Extremam ætatem suam dedecoravit amoribus puellæ, cui *Francise Rose* nomen fuit, libidinis avidus magis, quam potens; sed vegetiore etiam ætate amoribus vagis deditum fuisse, liberī documento fuerunt, ex concubinis geniti, & intabula notati. In his *Johanni* & *Alphonso* Castellanæ & generosæ matres fuerunt; *Leonora* vero fœminam Navarram, de *Aragonum* familia, matrem habuit, qua etiam *Ferdinandus* & *Maria*, in puerilibus annis extincti, nati sunt. Legitima proles, è diverso matrimonio suscepit, in regna succedit, nempe *Eleonora* materno jure in Navarrense, *Ferdinandus* in Arragonica. (i)

HEN-

(g) *Lib. XXXII. Cap. 10.*

(h) pag. 351.

regne aq *Lib. XXIV. cap. 18.* *Luc. Martin. Lib. XX. § seqq.* usque ad *Lib. XVIII.*

HENRICUS Aragonius, inter filios R. Ferdinandi Justi ordine nativitatis tertius, eodem propè temporis spatio, quo genitor Aragoniae regnum obtinuit, *Magister ordinis S. Jacobi* creatus est; cumque deinde *Catharina* soror Johannis II R. Castellæ, hoc haud invito ipsi nuberet, impetravit à Martino Papa, ut ditio ad Magisterium dicti ordinis pertinens, in Principatum mutaretur, ipsiusque posteris hereditaria esset; sed hoc decretum à Rege modò nominato, majore ætate, rescilium est. *Enim* verò Henricus fratresque ejus perpetuas in Castella turbas ferere satagebant, Regem, qui à nutu Alvari Lunæ, gratiosi sui, pendebat, in sua potestate habere, aut saltem autoritate in ejus aula præpollere cupientes; itaque nunquam non bellum ostentarunt, tum etiam, cum Catharinæ nuptias Henricus ambiret: quas illa id averfacta est initio, negans eum virum pauciram, qui armis & immunitate extorqueret, quod officiis & benevolentia erat impetrandum. *Victa* tamen sive imbecillitate sive inconstantia *Talavera* in Carpetanis in manum illi convenit; dos dicta *Villene* principatus *Ducis* nomine. Eodem verò, omnibusque, quas in Castellensi regno ex hereditate paterna percepérat, ditionibus multatus est deinde ab affine, ob repetitam crebrò seditionem, in qua deniq; etiam vitam amisi: namque in pugna adversus Castellenses apud *Arevalum* oppidum die XIV Kal. Jun. an. MCDXLV vulneratus & fugatus, ex eo vulnere, quod in sinistra acceperat, noxio, ut creditum est, metuicamine contabescere brachio, *Calatajubæ* brevi extinctus est; *vix magni quidem, sed in quieti animi, neque otium patientis.* (k) Uxor eius secunda *Beatrix Pimentelia* posthumo partu filium enixa est, HENRICUM nominatum. Hic an. MCDLXIX Segorbii Dux creatus, cognomen *Infantis Fortunæ* tulit, ob varios fortunæ casus, quibus fuit iactarus, maximè ob spem conjugii cum *Jobanna* Principe, qua à Rege Henrico IV laetatus, in Castellam an. MCDLXXXIII venit, ibidemque multo cum honore exceptus est. Major autem *expeditio*, scribente Mariana, quam successus fuit: quem ex fama proceres probabant, *vixima contumescere, injuria bonum arroganter*; quippe qui proceribus complexum ferentibus manum ostendamus in os imperare, nondum opibus iudicatis, neque verius, rerum mobilium item, his: conjugium est impeditum. (l) Interveniente quopue artes Jo. Pacieci Magistri S. Jacobi, potentia ap. R. Henricum præponentis, & tunc agenero suo Comite Beneventano, qui autor fuerat Henrici Aragonii ad Johannæ nuptias evocandi, capitali odio diffidentis, *El. Anton. Nebr. stenjus* memoriae prodidit. (m) Mortuo Rege Henrico factiosis initio se adjunxit, eaque propter ditionum iacturam fecit; brevi verò à Ferdinandō & Isabella Regibus in ordinem coactus veniā commissorum impetravit, & Segorbium Emporitanosque recepit. (n) Postea cum Johannes, Regum modò memoratorum gnatus unicus, è vivis excelsisset, & Isabella, soror ejus natu maxima, Castellæ hæres dicta esset, nec perinde Aragoniæ, ob aversam magnatum regni huius voluntatem, contendit noiter ibi & Alphonso filio regiæ hæreditatis jus post Ferdinandum reliqui, è quod genus paternum à Rege Ferdinandō Justo continuato per viros sternitate duceret, fœmina verò in instituto & legibus ab Aragonico sceptro arcerentur. (o) At enim verò de regni spe dejecti filio ALPHONSO, cuius mentio modò facta est, alia incrementa obvenerunt felici cum hærede. Folchiorum, Cardonæ Ducum, connubio; stirps verò ejus in nepote FRANCISCO Segorbii & Cardonæ Duce defecit, cuius proinde hæreditatem soror JOHANNA crevit, & utrumque Ducatum aliaque avita & materna bona in *Cordubensem* familial transitulit.

SANCTIUS Aragonius, quartus R. Ferdinandi Justi filius, nondum pueritiae annos egressus, *Alcantarense* militiæ *Magister* in locum Ferdinandi Villalobi an. 1409 substitutus est, atatis legem *Benedicto* Pontifice solvente; paucis verò post annis præmature vita caruit. Frater eius natu minimus PETRUS Alfonso Regi in bello Neapolitano fortem & continuam præ reliquis fratribus operam navavit, sanguinemque & vitam in obsidione urbis impedit: quodam enim mane paulum è castris speculandii gratia egressi caput pila tormentaria, ter ad terram illisa, quarto isti communivit, ita ut protinus animam exhalareret, magno fratri Alphonso desiderio relicto, *militie florem atque omnis elegantiæ hac die, milites, amissimus, ingeminanti.* (p)

CAROLUS, Johannis Aragonii è Blanca Navarra filius, secundo ætatis suæ anno ad avum maternum, Navarræ Regem, missus, & *Viana Princeps* dictus est, novo in Vasconibus exemplo, & ex imitatione finitimarū gentiū: eo enim tempore, vide licet an. MCDXXIII, d. 13 Kal. Febr. lege in perpetuum lata lancitum esse, ut is principatus Regum Navarræ majoribus filii legitimus esset. Mariana literis mandavit. (q) Quinto abhinc mense in verba

S 2

infan-

(k) *Mariana Lib. XIX. cap. 19. Lib. XX. cap. 2. & Lib. XXII. cap. 2.* (l) *Id. Lib. XXIII. cap. 19.*(m) *de Reb. gesl. Ferdin. & Isab. Lib. 2. cap. 6.* (n) *Lib. XXIV. cap. 7.* (o) *Lib. XXVII. cap. 2.*(p) *Id Lib. XXI. cap. 12.* (q) *Lib. XX. cap. 13.*

infantis à cunctis regni ordinibus juratum est Olti, ubi Rex ingravescente ætate frequenter diversabatur: ad illum itaque post mortem avi, aut saltē matris, quam ætate grandior & vicennis amisi, jus regni de volutum fuit; attamen pro cultu, quo patrem prolequebatur Carolus, eum regnare, seque vicarium illius dici facile passus est; usque dum idem ad secundas progressus esset nuptias; tunc enim cum in administratione regni novercae postponeretur, jus suum armis persequi statuit, Beamtana factio parte ipsius tuente. Apud Ayarem montem castra castris opposita, signisq; collatis mense Octobri an. MCDLI Carolus victus & captus est. Restitutus à patre in libertatem bellum redintegravit, sed post infeliciem apud Stellam conflictum, suorum aliis occisis, pluribus captis, pænē solus a fugit, & Neapolim ad Regem patrum traxit. Hoc, dum reconciliare filium cum patre conatur, morte intercepto, regnum Neapolitanum Carolo ab omni ferè populo oblatum est, quod tamen ille, non sine magno virtutis exemplo recusavit, pauloque post propter ingentes Italiae tumultus, qui Alphonsi Regis mortem exceperunt, in Siciliam se contulit, ibidemque modestia sua, humanitate & vita integritate cultum & amorem omnium sibi conciliavit. Facta denique per mediatores cum parente pace in Hispaniam multis Siciliae magnatibus eum comitantibus, reverius, & Barcinone magna cum laetitia exceptus est. Verum haud diu quiete; sed tertia vice contra genitorem fortunam experturus secreta cum amicis agitavit consilia, quæ cum aliqua ad illum emanassent, Ilerdam evocatus, ibidemque in custodiā datus est. Ex ea, postquam Catalani pro ejus libertate arma corripuerint, dimisus, sed non ita multò post lethali morbo oppressus, & extinctus movit suspicionem lenti veneni in custodia accepti. Meliore fortuna, patreque benigniore & juviore dignum fuisse, una omnium scriptorum est sententia: erat quippe, *Marieni Sicii* (r) eelogio, omnium virtutum splendore præclarus, motibus integerrimus, & iustitia, modigia, liberalitate, clementia, humanitate, ceterisque rebus, que ad optimum perfeccum per principem pertinent, omnes quidem principes antecessores. In juventa ingenium studis dederat, non ut otio maresceret, sed ut præceptis sapientiae instruēt ad rem publicam accederet; extare quoque ingenii ejus monumenta *Mariana* memoriae mandavit: videlicet libros Aristotelis de morib; vulgari Hispanorum lingua donatos; brevem de *Vasconum Regibus historiam*, præterea versus non inelegantes, quos adlyram pangeare solitus erat. (i) De matrimonio liberisque ejus refert *Oibenardus*, (t) uxorem fuisse Carolo Vianæ Principi *Annam Clivensem*, anno MCDXXXIX ductam, testesque citat Enguerrandum Monstreletum, & monumentum quadam Tabulari Fani S. Johannis ad imum Pyrenæum; illam porrò ait dececessisse Olti postridie Non. April. MCDXLVIII nulla edita prole, corpusque ejus Pompelonem humandum in ædem D. Virginis illatū fuisse, ex quodam Pompelonensis tabulari libro constare. Nec diffitetur *Teschemacheri* in *Annalibus Civis* (w) Caroli eum Clivense virgine connubium, multoties tamen ab Oihenardo discrepat, dum illi cognomen Vindocinæ tribuit, hancque Agnetem appellat, & demum an. 1479 vivis excelsissime tradit. *Mortua Anna*, pergo jam *Oibenardi* verba referre, *Carolum de novis cum familia Harenji Comitis mptiis faciendis solicitatum à Rege parente obtenerat abmisse, disspar genus & iniqualem intrinque partis dignitatem canstam, elicitor è quibusdam schedis tabulari Palens. Denique & extremo vitæ ejus tempore de ipsius & *Isabelle Castellensis* mptiis magna contentione actum fuisse, *Marienus Sicius* memorie prodidit. (x) Liberos habuit non iusto matrimonio prognatos, ex pellice *Cappa Siciula*, PHILIPPUM & JOHANNEM. Ille, referente *Mariana*, (x) initio Panormitanus Episcopatu destinatus, postmodum à Rege Ferdinandino militari B. *Maria Montfane* Ordini præfetus, in pugna quadam cum Mauris apud Bastam mortem oppedit. Alter vero Pontificatum *Oscensem* getit. Nata est infuper Carolo ex nobili muliere, *Maria Armendarizis*, quam injecta spe matrimonii ituprasse dicitur, filia *Anna*, quæ Ludovici, primi *Medinezlin* Ducis, uxor fuit. Is deinde Navarræ regnum concupiscere fustinuit, tanquam uxori suæ debitum, vitium natalium subfecuto cum matre connubio, veniaque Pontificum emenda- tum fuisse, prolatis publicè tabulis, veris an fictis incertum, perhibens. (y)*

BLANCA, Caroli Pr. Vianæ soror, Henrico IV Regi Castellæ ex lege pacis inter Castellam, Aragoniam & Navarram an. MCDXXXVI. initæ, in manum convenit, nuptiis celeberrimo apparatu & solemní ludo militari Vallisoleti peractis. Verum nova mptia, ut habent verba Marianæ (z) ex virginē multer saltā non est, & post XIV annos à marito repudiata remissione ad patrem, quasi maleficio, sacrisque magicis Veneris nūi prohibita, aliena culpa & penas dedit. Denique victimæ fœde-

(r) *Dereb. Hisp. Lib. XIII.* (s) *Lib. XXI. cap. 16.* (t) *Notit. Vasconie pag. 352.*

(u) *Parte II. pag. 256.* (w) *dereb. Hisp. Lib. XIII.* (x) *Lib. XXV. cap. 6. § 12.*

(y) *Mariana Lib. XXXIV. cap. 5.* (z) *Lib. XXI. cap. 15. & Lib. XXII. cap. 14.*

fæderis inter parentē, quem motus Catalaunici angebant, & Regem Gallie an. MCDLXII fūcīti, facta est: cum enim morte Caroli fratris ad ipsum Navarræ regni jura devoluta es- sent, Fuxensis Comitis, sororii sui, potestati, urgente Gallo, permisā, & Oledo deduc̄ta est, multū superum hominumque fidem obtestata, datis quoque ad Henricum, quondam maritum, mandatis, ut pristini amoris memor infelici quidem, sed conjugis tamen, jamque afflīcte miserere- tur: ad alias erum̄ eripe libertatem, mox vitam eruptumiri; nec vanus erat hic metus; namque in Orteja, Fuxensi arce, asservata, veneno haud multō post perit, nullo inter mortales vindice. Corpus in urbe Lescare tumulatum. (a) Supremum verò Numen poenias tandem reponoscit; neque sivit Fuxensem regno, parricidio quæsito, potiri, sed in robore ætatis ante ficerum, eum abripuit, postquam prius filii natu maximū, & in spem regni educati, funus turbato mortalitatis ordine extulisset. ELEONORA ejus uxor patri quidem superstes fuit, & Navarræ regnum materno iure obtinuit, verū intra mensē primū morte intercepta est. Successit in regnum nepos è filio natu maximo, coquē ceu dictum præmortuo, sed hic etiam præmaturè, & vix ephebus factus, veneno extinctus est, relicta forore, quæ Navarræ regnum ad Johannem Albretanum, tori socium, transtulit, sed maxima ejus parte à Ferdinandō Rege Hispan. exuta, præ mœrōre inde contrafacto animam efflavit.

FERDINANDUS, Johannis Regis Aragoniæ filius, è posteriore ejus matrimonio prognatus, quo die sofi, Aragoniæ oppido, lucem primū aspergit, monachum Carmeli- tanū ordinis fatidicum Neapoli Alphonso Regi dixisse perhibent: *bodie in Hispania citeriore pueri generis est natus, cui cœlum nova imperia pollicetur, ingentes opes, felicitatemque pio præceteris, religionisque cultori & amplificatori preclaro.* (b) Abundè illa omnia Ferdinandō obvenerunt: principio Castellæ Legionisque regna felici connubio, quod cum Isabellæ, illorum herede junxit, naclitus est; cuius quidem imperii initia multa cum molestia conjuncta erant, proceribus regni autocri- ritatis suæ cothurnum graviter ubique custodientibus, & potestati regiæ id tantum, quod volebant, concedentibus. De jure quoque successionis gubernationisque inter Regem & Reginam disceptari cœpum est; de quo equidem ita à primoribus regni statutum fuit., „ regni hæreditatem successionemq; & administrationem pertinere ad Reginam tametsi „ feminam, propterea quod esset unica Johannis Regis filia superites, à Regibus Castellæ „ & Legionis recto stemmate descendens, neque posse ad alium quempiam pertinere hæ- „ redem, qui per lineam lateralem ab eisdem Regibus descenderet; „ Reginæ tamen uni- „ cæ tunc filiæ mater quidem posterum accidere posset, quidque ex utilitate regni esset ani- „ mo secum volvens, cum marito, quem amabat & colebat, suaves sermones habuit, & im- „ peratus est ab utroque, ne hac de re imposterum disceptaretur, constitutumque inter e- „ os, ut diplomata & dicta literæque publicæ sub utriusque nomine ederentur, & sigillis, quibus Castellæ Aragoniæque regni insignia impressa essent, munirentur in monetis quo- „ que utriusque imago cum nominibus exprimeretur. (c) Turbatum deinde fuit ob Johannam, Reginæ Johanna in Castella filiam, quam Rex Lusitaniae illius avunculus, à Marchio- ne Villenæ & Archiepiscopo Toletano, aliisque factiosi excitus, irruptione in Castellam facta, Reginam proclaimari jussit; sed vieti Lusitani, & arcibus, quas occupaverant, iterum exuti, pacem denique accepérunt, cumque Johanna etiam regno & seculo valedixisset, mo- naticamque amplexa esset, halcedonia secuta sunt. Eorum beneficio Ferdinandus pra- va superioris temporis instituta, quæ in tanta rerum perturbatione irre pferant, emendatu- r, autore Alfonso Quintanilla, codicem legum condidit, quæ *leges Iuri appellatae* sunt, ab urbe Tauro, sed post Reginæ Isabellæ mortem demum promulgatae fuerunt, Tribunalia item sacrarum quæstionum, quæ vulgo *Inquisitio Hispanica* dicuntur, an. MCDLXXVIII. instituit, & bis mille hominum crematione initavit; quod *horrendum & detestabile relapsis nationibus judicium* Illustri Pugendorfio (d) meritò dictum est. Inter hæc Ferdinandus, morte ge- nitoris sui Aragoniæ, Siciliæque & Sardiniae Rex factus, iisque regnis cum Calstellensi con- junctis, ad ejicendos Hispania Mauros animum opesque appulit, & expeditionem adver- sus Granatenfes an. 1472. suscepit; in qua initio adversa usus est fortuna: gravem enim eodem adhuc anno cladem copias ejus ad Loram, aliquaque sequenti anno ad Malagam, accepérunt; verū orto inter Mauros dissidio, duobusque, quos habuere, Regibus, Albôaceno & Boabdile, pertinaci inter se contentionē certantibus, prospera & prona Christianis cuncta se dederunt: namque alter Regum Maurorum Boabdiles captus, Fer- dinandi beneficiarius, commodusque factus est, qui fatale gentis dissidium aleret; præ- terea

(a) *Mariana Lib. XXIII. cap. 4.* (b) *Id. Lib. XXIV. cap. 18. Luc. Mar. Sic. Lib. XIX.*

(c) *Ad. Ant. Nebrissi. Lib. III. cap. 2. & C.*

(d) *In Introduct. ad hist. regn. cap. II.*

terèà feliciter cum Mauris identidem pugnatum, alia super aliam urbs capta, donec ad extremum ipsa metropolis Granata magna vi obsessa, & post septimum mensem ex anno MCDXCI. deditioñem facere coacta est, quo pacto Maurorum regnum, quod per annos DCC. steterat, in Hispania penitus eversum est. Ferdinandus etiam, ne vires denud colligeret hostis, Maurorum Judæorumque familias ad millia XVII. ex Hispanie finibus ejeçit; illæ verò immensis fecum opibus ablatis vastam paſſim solitudinem hominumque penuriam effecerunt. In medio Belli Granatenis ætu Ferdinandus fortuna sibi adspirante ad id quoque usus est, ut magnates, qui maximam sibi autoritatem, spiritusque intolerabiles sumferant, coerceret, atque in ordinem cogeret, prætereaque magisteria militarium ordinum, videlicet Calatravæ, Alcantaræ & S. Jacobi, quorum opes in immensum creverant, ad se transferret, & Corona vinculo perpetuo adjungeret. Exinde varia oppida in oris Africae sita, cepit, Gades insulam, Roderico Pontio Leoni adm̄tam, Regio patrimonio restituit, Palmam, unam è Fortunatis subjugavit, & denique pacto cum Rege Galliæ Carolo VIII. inito Rusionenses & Ceretanos, a parente ejus, coronæ Gallicæ pro CCC. millibus scutorū oppignoratos, gratis recepit, atq; ad Aragonicum imperium ditionemque reduxit; quo in negotio technas & præstigias monachorum diuorum ordinis S. Francisci, auro corruptorum, qui superstitione Caroli mentem implie- vissent, adhibitas fuisse Gallici quidam Scriptores tradunt. (e) Cæterum grave tunc vitæ periculum Ferdinandus Barcinone subiit, a Catalano quodam, Joanne Ananario, districto gladio impetus, & sub aure vulneratus d. Dec. an. MCDXCII. Per idem ævi spatium America a Ch. sp. ioro o mbo, Ligure, detexta est auspicio Ferdinandi & Isabellæ, quos ille ab Angliæ & Lusitanie Regibus spretus, septennii patientia tandem pervicit, ut XVII aureo- rum millibus mutuo sumit tres intrū curarent naves, quibus navigatio feliciter suscepit & repetita infinitas opes vastasque provincias Hispanis attulit. Insulæ quoque Fortuna- tæ omnes ad extremum in Hispanorum potestatem opera Alphonsi Luci redactæ sunt. Ad domi interea acre idque primum inter Hispanos Gallosque bellum rupto foedere, de quo dictum est, ortum erat, inde quod Rex Gallorum Carolus expeditionem Neapolitanam suscepit, ne quicquam dehortante Ferdinando, qui restitutionem Rusionis & Ceretanias sibi factam tanti haud reputare volebat, ut propterea amplius atque opulentius Neapolitanum regnum, deserto Rege agnato, Gallorum in manus delabi insinuat mani- bus spectaret, viribus prefertim suis per affinitates cum Imp. Maximiliano & Regibus An- gliae Lusitanieque contrafactas auditis. Itaque effecit, ut inter Pontificem, Imperatorem, Remp. Venetam & Duxem Mediolani seque ipsum societas armorum adversus Gallos ini- retur, protinusque Consalvum Ferdinandum de Corduba, Magni Capitanei encomio de- inde insignitum, subsidio Neapolitanis misit. Hujus opera Galis brevi tempore Neapolis, qua potuerant, iterum ejēctis, bellum in Rusionenses quoque fines translatum est; quo tamen loco factis post expugnatas à Gallis Salsulas induciis mox desit. In maximum eodem tempore luctum conjecta est Hispania acerbo Princis JOHANNIS, R. Ferdinandi filii unici, funere, quo is die decimo tertio, è quo febrilentatus fuerat, mersus est, intra pri- mum matrimonii, quod cum Margarita Andriæa contraxerat, annum. Ferebat illa uterum quod exiguum mororis solamen immaturo partu post patuos dies evanuit. Ergo ISA- BELLA, Ferdinandi filia natu maxima, & Emanuel Rex Lusitanie, cui illa eadem tempestate, qua frater è vivis excelsit, nupferat, ad hæreditatem regni Castellensis exciti, Toletumque delati, Castelle Princeps dicti sunt. Aragonis non paria tunc foventibus studia; à quibus tamen Isabella in partu extincta, Michaeli puello sacramentum deinde dictum, isque Arago- nie pariter & Castelle Princeps, haeresque solemní ritu prouintiatus est. Verum hoc quoque mox fatis rapto JOHANNA, secunda Ferdinandi filia & Philippus Architru, eiusdem maritus, Castelle & Aragonie Prin. ipsi acberedes appellari coeperunt, atque in Hispaniam profecti jus- randum agente accepérunt. Anno deinde seculari in montanis ad Granatam a Mauris tur- barum fuit, nec sine clade Hispanorum, magnoque labore motus hi sedati sunt, eas pacis le- ges Mauris subire coactis, ut vel Christianorum sacra amplecterentur, vel in Africam tra- picerent, denis aureis per capita folutis. In Gallia quoque pacis simulacrum inter Reges Ferdinandum & Ludovicum XII, Caroli VIII successorem, erectum, & occulta ac famosa illa societas adversus Fridericum Regem Neapolitanum inita est; nimirum ut specie belli

(e) Vid. Fr. Belcar. Comment. rer. Gall. Lib. IV. §. 37. & Varillas Hist. Caroli VIII. Lib. II. Cum quibus conserri posset, quæ tradidit s. Anson. Nebr. Dec. II. Lib. III. cap. 1. & Marian. Lio. XXVII. cap. 4.

Turcis ex illis locis inferendi, iste, ed quod cum illa gente fœdus ei esset, & juncta amicitia, quamque auxilio evocare decrevisset, regno spoliaretur, idque ita divideretur, ut Apuli & Brutii, tanquam Siciliæ contermini Hispano, reliqua Gallo cederent. Verum facta occupatione & partitione, quum prædam opimam uterque alteri integrum præripere nitetur, haud diu stetit concordia, ortisque contentionibus bellum inter nationes illas recruduit. Eo Galli primò tanquam in prolusione *apud Barletam*, ubi tredecim Galli cum totidem Italìs ex Hispanico exercitu de sua utriusque gentis honore singulari certamine de pugnarunt, deinde ab Emanuele Benavida *apud Seminaram* nec multo post justo prælio à Corduba ad *Ceriniolam*, iterumque *ad Lirin* amnem vixi, & urbe Neapolitana nec non Caseta exuti, toto regno an. MDIV ejeci sunt. Vergente ad finem eodem anno *Isabella Regina ex diutino morbo mortem obiit*, qua tempestate *Johanna*, filiarum ejus superstitione maxima ac hæres regni, in Belgio agebatur, & turbata mentis, aut certè per intervalla vacillantis, specimina dabant; Quamvis verò illa supremis tabulis ita constituerit, ut Ferdinandus rerum summae præfasset, donec Carolus, ex Philippo & Johanna major natu filius, vice summum annum ætatis attingeret, Philippo genero excluso, utque in rerum, ab ipso gestarum & laborum in Granatensis regni subjugatione susceptorum, præmium XM nummum, nec non dimidiam ex nuper repertis antipodibus proventuum partem, quo annis, dum viveret, perciperet, præterea trium opulentissimorum equestrium ordinum magisteria, quæ Coronæ vindicata fuisset dictum est, pet vita suæ tempus potiretur; processores tamen illi, quibus Aragonum nomen infestum erat, Ferdinandi præsentiam aversantes, Philippum accerendum, istum verò ad patria regna primo quoque tempore pellendum statuerunt atque urserunt. (f) Cumque horum factio post Philippi Johannæque in Hispaniam redditum indies corroboraretur, Ferdinandus ad amicitiam Gallorum recuperandam animum adjectit, rebus suis ex ea præsidium fore ratus; quem in finem Johannem Enguerram è Cisterciensi ordine Inquisitorem in Catalunis, quo occultior esset conatus, in Galliam alegavit, eoque interprete *Germane Luxenfis*, quæ Ludovici Regis neptis è foro erat, conjugium petiit, atque impetravit, ita ut iura regni Neapolitani in Germanam ejusque filios transferret, quasi dotalia. (g) Pervenit tamen res inter Ferdinandum ad Philippum, ad paictionem, postquam ipsi metu collocuti essent; ejus vigore Castellensis regni procuratio in generum translata est; fociro verò ordinum militarum præfectura, aliaque quæ Isabellæ testamento ipsi legaverat, relicta sunt. His peractis in Aragoniam Ferdinandus se recepit, arque ad iter Neapolitanum, jam diu animo agitatum, accinxit. Id adeò fixum ac destinatum illi erat, ut interveniente licet generi morte, sub exitum anni MDVI in viam se daret. Clasæ Neapolin delatus comitia ordinum egit, eosque in suum filiaeque Johannæ & successorum nomen jurejurando adegit. Sequenti anno reversus est in Hispaniam, deducto secum sub specie honoris Gonfalo Corduba, cuius causa præcipue iter hoc suscepit, viri virtutem ac fidem ex ingenio Regum suspectam habens. In reditu Savonam appulit, ibidemque cum Ludovico Rege Gallorum, ob Gennensem motus illuc profecto, sermonem misicut; redditus Hispaniæ turbata multa, præceres, qui à Philippi Austriaci partibus steterant, inquietos, & rebus novis studentes reperit; nihil tamen fecius administrationem regni Catellensis, quam Maximilianus Imp. nomine Caroli nepotis sui, Philippi filii, per Andr. Burgum, legatum suum, sagacem, callidum & audacem virum, expetebat, strenuo animo suscepit, & procerum in Baetica tumultuantium ferocitatem severa coercitione castigavit ac fregit; belli quoque Hispanici metum ab Hispanis propulsavit; deinde anno MDVIII in foedus Cameracense cum Pontifice Romano, Imperatore & Rego Galliæ contra Venetos coit, hisque urbés, quas in Calabria ob officia Neapolitanis exhibitaante acceperant, eripuit, & Julium Papam perpulit, ut regnum Neapolitanum sibi successoribus confirmaret, pacto annuo vestigali, festo Petri & Pauli in ærarium Romanæ sedis inferendu. Id cum iniquè admodum ferret Galliæ Rex facile fœdus illud dissiluit, quod Pontifex & Ferdinandus eam quoq; ob causam haud inviti deseruere, quia Venetos plerisque jam locis in continentem exutos, prorsus ad internectionem redacturi Imperator & Rex Galliæ videbantur; itaque è re sua esse illi arbitrii sunt remp. Venetam tueri, ne Galli, quibus tum temporis Mediolanum subiectum erat, novis aucti provinciis, nimias sibæ vires in Italia compararent. Atrox ea ex re bellum coortum, in quo cum Gallus Cardinals, à Julio Papa ab alienatos, & Pisis concilium agitantes, in protectionem suam suscepisset,

(f) *Gomec. de reb. ges. Franc. Ximen. Lib. III.*(g) *Mariana. lib. XXVII. c. 14.*

& Rex Navarræ Johannes Albrechtanus Gallorum partibus studuisse, Pontifex hunc regnūque ejus anathemate feriit. Ferdinandus & Pontifici & suopte animo morem gesturus bellum Navarro intulit, occupavitque quantum hujus regni cīs montes Pyrenæos Hispaniam attingit, quæ expeditio in annum seculi duodecimum incidit. (b) Interē in Africa quoq; bellum prosperè gestum, & primò ducēt Cardinalis Francisci Cisnerii Ximenii Mauri acie, exuti, *Oramm* expugnatum, *Bugia* deinde ac *Tripolis* capta fuerunt, quos tamen felices successus ad extremūm clades in Gerbi insula Hispanis illata minutus. Agebat jam Ferdinandus annum ætatis sexagesimum, cū hausto poculo, noxio medicamine fecido, quod Regina, spe prolem ex illo concipiendi miseruit, in adversam incidi valetudinem, naufameque & anorexian contraxit, cui frequentia deliquia & aquæ inter cutes, haud obscura signa morbi lethalis, accessere; cum eo trienni prope spatio conflictatus tandem *Madrigalegi*, qui vicus est ad castra Julia situs, animam reddidit, & Granata sepultus est. (i) *Rex vaferimus*, artumque regnandi callentissimus, qui quid in rem conduceceret suam & optimè intelligebat, & strenuè, omni scrupulo omisso, persequebatur, ita ut fidem ex commode mutare religione non haberet, haud levi famæ suæ detrimento: quamquam ex Phœbi cortina non prodire cuncta, quæ de factis consiliisque ejus posteriorum temporum scriptores, ex aemula præcipue gente, chartis illeverunt, memoriae ejus procacissimè illudentes, & commenta, ingenii, perinde ac si cogitationibus ipsius interfuerint, audacter & impudenter narrantes. *Catolici cognomen*, quod olim Recaredo Regi, cū universam Gothorum gentem repudiatis Arii opinionibus in Catholicæ Ecclesiæ castra revocasset, in Toletano Episcoporum conventu acclamatum fuit, intermissis multis ætibus in Ferdinandō Alexander VI Pontifex an. 1496 instauravit, effectique ut consequentibus Regibus proprium hæreditariumque esset, non sine obtræctione & invidia Regis Lusitani, quemadmodum Mariana memoriae prodidit, (k) causa adjecta, nempe quod Ferdinandus imperio universam Hispaniam non obtineret. In monumento Granatensi & Regi & Reginæ Isabellæ *Catolici* nomen tribuitur, ita enim ejus epigraphe se habet:

*Maboneticæ Sæde prostratoe, & heretica perfidie extinctore, Ferdinandus Aragonie, Elizabetba Castelle Reges, Vir & uxori unanimi, CATHOLIC. I appellati, marmoreo conduntur hoc tumulo. (l) Morte Ferdinandi imperium Hispaniæ ad ejus ex filia nepotem Carolum Antriacum devolvebatur, cuius matrem Johannam amentia, ex zelotypia, qua post pellicem Belgicam cum marito deprehensam, laborare coepit, orta, & veneficii rivalis aucta, (m) minime aptam ad regnandum reddiderat. Latebat illa *Tor de Iille*, quod jam an. 1509 à genitore, magna semper reverentia ab ipsa culto, dēducta fuerat, eoque in municipio ad vitæ exitum, atque adeò XLVI annorum, spatio, permanxit, nunquam remittente animi ægritudine & impotentia, sed in fatuositatem denique excedente, ut illuvie & squalore delectaretur, feliumque commercio ferè unicè tempus falleret.*

ALPHONSIUS, Ferdinandi Regis filius notus, ex Aldoncia Roch de Yborra & Aleman Cervaræ genitus, Archiepiscopatum Cælaraugustanum nondum puber adeptus est, quamquam non sine contentione: nimis vacuam illam Ecclesiam morte *Johannis Aragonii*, qui Alphoni pater erat, Rex *Johannes* isti destitutus, in quo natalium vitium *Sixtus IV* Pontifex Romanus facile supplevit, sed ætatis quoque veniam puerō sexenni ut daret induci nequivit. Orta itaque contentionē vacuus aliquandiu Archiepiscopatus Cardinali Dezpucho collatus est, quod cū malè haberet Rēgem, isque non minus tantum spiraret, sed in bona quoque & agnatos Cardinalis grassaretur, pervicit tandem, annidente præsertim Rege Napolitanō, cui plurimum Pontifex tribuebat, ut et Ecclesia Alphonso puerō jure perpetuae administrationis daretur. (n) Genitor deinde bello Maurico districcus eundem, vix ex ephēbis egressum, Aragoniis rectorem dedit an. 1482, eandemque provinciam per tabulas supremas ei demandavit, dum Capillus Austriacus absens esset. Cæterum is ex *Anna Górræ*, quam adamavit, ita ut uxoris loco haberet, gnatās duas sustulit, nec non filium FERDINANDUM. Hunc *Lud. Morerius* (o) scripsit easdem dignitates quibus parens ejus eminuit, ornaſſe, & Archiepiscopatum quidem an. 1539 accepisse, Proregem Aragoniæ vero mortuum esse, prætereaque in studiis literarum historiaeque, in primis Aragoniæ, egi-

(b) *De bello Navarrensiensique causis* *Æl. Anton. Nebrisensis libros duos peculiares scripsit*, cūn quibus conjungi possunt, que *Gómetins in vita Ximentii Lib. V. pag. 158. edit. Wechel.* & seqq. refert. *Adversarii scriptores*, qui defiderat, evolvat *Ibnan. Lib. I. & Belcar. Lib. XIV.*

(i) *Mariana Lib. XXX. cap. 17.* (k) *Lib. VII. cap. 4. & Lib. XXVI. cap. 12.*

(l) *Lop. de Haro Nobil. de Esp. Tom. II. Lib. VI.* (m) *Petr. Martyr. Ep. Gómez de reb. gest. Ximen. Lib. III.* (n) *Mariana Lib. XXIV. cap. 16.* (o) *Diction. Hist. Lit. E.*

egregium fuisse, atque aliquot volumina inedita, videlicet *Historiam Regum Aragonie & Praeatorum* hujus regni, nec non *Nobiliarum illustriorum familiarum Castellæ, Aragonie, Navarre, Catalogie & Biscaie*, à se conscripta reliquiss. *Impns de Haro* (p) his omnibus silentii sapienti involutis, id tantum de eodem memoriae prodidit, quod in Praefectura, s. *Commenda majori Alcanensis*, ordinis militaris *Calatraveniæ*, Gutiero de Padilla fuerit surrogatus, & ex uxore *Maria incomptæ* originis fator extiterit propaginis in Tabula enumeratae.

AD TAB. XII.

De ALPHONSO Aragonio Duce primo Villæ Formosæ ita *Lucius Marinensis Siculus* : (q) “Fuit Alphonsus Aragonius Regis Johannis filius, nontamen ex legitimo matrimonio, & paternam omniumq; majorum suorum in re militari, prælioque gerendo virtutem non solum est imitatus & æquavit, sed longè quidem superavit. Quod & Rex ipse & Duces non Hispani solum, sed Galli quoque omnes uno ore prædicabant. A pueritia & teneris annis tanquam natus ad Martis opus se semper in armis exercuit. Nam & bellis que pater ad veritus Reges Castellæ, & contra Gallos & Navarræ populos atque Gothalanos relucentes fortissimè gesit, omnibus non interfuit solum, sed præfuit, & summam sibi laudem ac gloriam comparavit; verum etiam deinde Ferdinandum Regem fratrem secutus adversus Alphonsum Portugalliae Regem & Mauros Granatenenses famam Duci & gloriam immortalē adeptus est. Vir fuit corpore magnus, sed animo multò major, qui post multas & insignes victorias denique in oppido Cattellæ quod Linares appellant, vitam finivit, reliquitque filium ALPHONSUM, qui sibi in Ducatum Villæ Formosæ succedit. Reliquit & alios nothos multis virtutibus præclaros;” Fuit initio Ordinis militaris Calatravensis Magister, sed trium tantum annorum spatio, namque in rebus anni MCCCCXLII hæc commemorat “Mariana” (r) Ludovicus Gusmannius Calatravæ Magistri salute desperata decumbentis locum, ambitione præpropera, duo præ ceteris eximii viri obtinere contendeant: Joannes Gusmannius l'romagister ordinis, Fernandus Padillia Claviger; ab hoc militum animi præoccupati erant: Joannes nullam spem honoris adipiscendi, nisi in audacia & temeritate ratus, cum manu militari Calatravæ oppida occupare pergit. Claviger eo conatu cognito, cum CCCC equitibus obviam procedit; ad Barogiam agrum acie dimicatum, victus Joannes captus est, duo filii in pugna occisi. Oppressi æmuli præmium Padillia datum, quod petebat, in Magistri locum subrogatus est, quamvis obstante Rege Castellæ, atque eum honorem Alfonso, Vasconis (Johannes tunc Navarræ Rex hoc nomine indigitatur) filio notho, dari experte: tanta contentione, ut novotum multu ad manus ventum fuerit. Dum Calatrava ob sidetur ab hoste Vasconis filio, novus Magister, qui intra oppidum erat, lapide iechis est per imprudentiam, à suorum quodam in hostem emisso: eo sublato Alfonius aemulus Calatravæ Magister institutus est. Porrò ad an. MCDXLV. (s) Petrus Gironius, Alfonso Aragonio, qui patrem bello superiori (adversus Castellanos) fecerat, amoto, Calatravæ Magister creatus. A parente postea cum regnum Aragonie cum Navarrensi conjunxit, *Dux Villæ Formosæ & Comes Ripagoræ* creatus, impetum cepit repetendi Calatravæ Magisterium circa an. MCDLXXVI, neque magna neque nulla spe (ut Marianæ (t) verba iterum referam) nam Gironios conciliandi præcipua Regibus cura arat: binc molesum id Aragonio patri accedit, adeo ut Johanni, quem ille furto generat, Ripagoriam atque Villaformosam patri detrahas daret. Alphonius æger mora impatiensque Eleonoram Sotam, quam adamare cœperat in Isabellæ obsequiis verlantem, quamvis inclinata jam ætate vir uxorem duxit. Ex ea Alfonsum atq; Marinam suscepit, Johannem verò paulo ante memoratum, nec non Eleonoram ex Maria Juncia concubina; ex aliis amicis Alfonsum Dertusæ prius, deinde Tarracona Pontificem, Ferdinandum, Henricum (u)

ALPHONSUS, Alphoni è legitimo matrimonio filius, patri in Ducatum Villæ formosæ successit, sed præmaturè vita caruisse, nullamque prolem post se reliquiss videtur, quamvis necesse esse ratus sit *Mariana*, (w) ut eum autorem generis Villæ formosæ Duces, Ripagoræ Comites nominent. Sororem quippe suam MARINAM hæredem habuit, quæ Ducatum Villæ formosæ cum marito priore Roberto Sanferino Principe Salerni communicauit, & gnatum ex eo sustulit Ferdinandum. Hunc Duci Villæ formosæ & que ac Principis Salerni U titu-

(p) *Nobiliar. Lib. VI. cap. 1.*(q) *Dereb. Hisp. Lib. XIII.*(r) *Lib. XXI. Cap. 17.*(s) *Lib. XXII. cap. 4.*(t) *Lib. XXIV. cap. 12.*(u) *Id. Lib. XXV. cap. 7.*(w) *Ibid.*


titulis usum esse *Filibertus Campanile* (x) refert, usque dum utriusque & omnium possessio-
num suarum, quas amplissimas habuit, jaſturam fecit, ad Galliae Regem Henricum II
transgressus. Exinde MARTINUS *Gurrena Aragonius* f. Caroli Imperatoris sive Philippi II
Regis beneficio Ducatum Villaformolea nactus est, qui à primo Duce per filium *Johannem*
Proregis Neapolitani munere anno MDVII functum, sanguinem duxit, cujusque è
gnato Ferdinando neptis Maria eundem Ducatum in Borgiarum
familiam tranſluit.

(x) *Del' inſigne de Nobilité famiglie Napolit.* fol. 188.



STEM-

STEMMATICI
DESIDERIANI
STIRPS IV.
REGUM NEAPOLITANORUM.



Ergo Neapolitano proprium fuisse digma nupsiam legimus, sed ex quo divulgum fuit à Sicilia cis Pharum Regum suorum insignibus gentiliis designari consuevit; hinc dum Andini Duces, è Regia Gallica stirpe orti rerum illic potiebant lilia cum discerniculo ab Andegavensibus ascito, in scutis Neapolitanis vigebant; postquam vero ab Alphonso Aragoniae Rege id occupatum & ad ipsius posteros transmisum fuit, lilia cum *pais Aragonici* commutata sunt, hisque solis Reges Neapolitanos sequenti tabula enumeratos usos esse observavimus, nam quod nonnullis cum tessera Aragonica in scuto Regum Neapolitanorum, de quibus hoc loco sermo est, conjuncta fuit illa, quae in area decussatim testae summa & ima parte eosdem palos, in lateribus vero aquilam exhibet, perperam factum est, et quod hoc digma ad Siciliam insulanam sive cis Pharum magis pertinet.

REGES NEAPOLITANI

XXIII.

ALPHONSUS, cogn. Sapiens & Magnanimus,
decessit d. 27 Jun. an. 1458. sine prole legitima, &

XXIV.

FERDINANDUS Aragonius, REX NEAPOL. † 25. Jan.
1494. 1. Ux. Isabella de Claromonte, Tristani Com. Compertini
fil. 30. Maii 1445. † 30 Mart. 1465; 2. Johanna Aragonia,
Johannis II. R. Aragon. f. 14 Septemb. 1477. † 9 Jan. 1517.

XXV.

ALPHONSUS II, Dux Calabr.
dein REX NEAPOL. n. 5. Nov.
1448. † 19 Nov. 1495. Ux. Hippolyta Sforzia, Francisci D. Mediolan.
j. 1465. † 1488. Concup. Trajana
Gazzella.

Beatrix ux. Matthei Corvini Reg. Hungarie 13. Dec. 1476. despensa primum Sforzia
† 13. Sept. 1508. Marie, Francisci Duc. Mediol.
fil. dein nup. Herculi Attimo Duci Ferrarie, 1473.

XXVI.

FERDINANDUS II, Dux Isabella, n. 2 Oct. Calabr. dein REX Neap. n.
1470. ux. Jo. Galeazzo Sforza D. Me-
diolan. improprio. Ux. Johanna, ejus diol. 1489. † 11 Febr. 1491.
amita, R. Ferdinandi I fil. Febr. 1524.
1496. † 27 Aug. 1518.

Petrus Pr. Roxani, † puer 17. Alphonsus Arago- Sanctia, no-
nius, notbus, Pr. Saler- tha nup.
ni & Dux Biscegliaz, Godofredo
occ. 1499. impr. Ux. Borgie Pr.
Lucretia Borgia, Ale- Scillaci
xandri VI. Papef. 1494. 7.
Majl.



R. FERDINANDI L

XXV.

Arricus Aragonius March.
Geraci † 11 Maii 1478.
Ux. Polyxena Centeglia,
March. de Cotrone f.

Cesar Aragonius, M.S.
Agathz, † improp.
Ux. Catharina della Ratta,
Com. Caferte.

Maria ux.
Jo. for-
dani
Ursini.

XXVI.

Ludovicus Aragonius M. Geraci, ei juveni despensa fuit Epiplina-Ufodimari Cibo, neptis Papaz Innocentii VIII, absolutus autem ab hoc matrimonio per Alexandrum VI factus est Protomat. Apostol. & an. 1497. Cardinalis Diaconus, Epifcop. Legion. in Hispan. & Averian. in Ital. † 1519 et. 44, mens. 10. d. 14. 18, 25 Januar. Ughell.

Carolus Aragonius M. Geraci post fr.
Hippolyta D' Avalos,
Luci M. Piscarie fil.

Johanna ux. Alphon- nup. Gentili
fi Piccolo- Urino, Com.
minei D. Nole,
Amalfi.

Hippolyta, no-
bus, ux.
Caroli Pan-
donei, Com.
Penafri.

Eleonora Aragonia, nup. Baltasar
Caracciolo, X Dom. Pisciotte.

XIII.

E STIRPE ARAGONICA.

REX ARAGONIÆ, SICILIÆ & NEAPOL. (Vid. Tab.XI.) XXIII.
Concubinis autem nati ei sunt.

Maria uxor Leonelli Atestini
March. Ferrariae.

Eleonora, nup. Marino Mar-
zano, Duci Sueffæ & Prin-
cipi Roxani 1445.

XXIV.

1. FRIDERICUS Aragonius, n. 19 Apr. 1452.
Scillaci Pr. dein Altamurz, tandem ReX Nea-
pol. 1496, exutus regno 1501, + in Gallia 9
Nov. 1504. Ux. 1. Anna, Amadei IX.D. Saland f.
1478, + 1480. 2. Isabella Bancia, Pyrrbi Pr.
Altamurz f. 1487. + 1533.

Johannes Ara-
gonius, Cardi-
nal, R. E. cr.
1478. + 17
Octob. 1484,
et. 22. Franciscus 2. Johanna, Caro-
Aragonius, nup. Ferdi-
lus +
Dux S. An-
nando II. R. puer-
geli ad Mon. Neap. 1496. Ius 16
tem Garga- + 27 Aug. Oct.
num, n. 1461. 1518. 1486.
Fante patr.

XXV.

1. Charlotta 2. Ferdinandus Dux Calabr. Pr.
nup. Vido Tarenti, + 5 Aug. 1559. f. 1.
XVI C. de La- Ux. 1. Germana de Folz, Johannis
val in Gallia March. Brandenb. & Ferdinandus Ca-
1500. tibolic. R. Hisp. vid. + 18 Octobr.
1518. 2. Mencia de Mendoza, Rode-
rici M. Cenete f. Henrici C. Nassau, vid. 1539.

Alphon- Cæsar + Isabel- Julia, de-
fus. + Ferra- la + sponda
tii. riz. jo Geor-
gia M. Montis-
ferr.

XXVI.

PROPAGO ILLEGITIMA.

Lucretia, nup. 1. Pirro Ferdinandus Aragonius D. Mon-
Bancio Pr. Altamurz, 1487. talii. Ux. 1. . . Sanfeverina.
2. Honorato Caetano Duci 2. Castellana de Cardona. Ferdinandus I.
Trajeti 1488. Dnc. de Somaforo.

Maria nup. Antonio XXV.
Piccolomineo, Duci A-
malfi, 1457, + 1460,
et. 10.

XXVI.

2. Antonius Aragonius Dux Montaltii II, + 6 Oct. 1541.
Ux. 1. Hippolyta de Rovere,
Francisci Mariæ D. Urbini f.
2. Antonia de Cardona, Pe-
tri C. de Golifano f.

Johanna nup. Afca-
nio Colomne, Duci
Tagliacotii.

Maria ux. Alphonfi
d' Avalos, March.
Vafli, + 9 Nov.
1568.

XXVII.

Petrus Aragonius, 2. Antonius de Aragonia & Cardona, Dux Montaltii IV, Comes de Go-
Dux Montaltii III, + sine lib. lisano, + 8 Febr. 1583, et. 40. Ux. 1. Maria de Cerdà, Iohannis Duciis IV
Medinaceli f. 2. Aloisia de Luna.

1. Maria Aragonia Duciis Montaltii
V. nup. Francisco Moncade, Princ. Pa-
terni.

Blanca Anto-
nia Ara-
gonia.

1. Mares aliquot in pueri-
tia mortui.



EXEGESIS HISTORICA.



LPHONSIUS Rex Aragoniæ, Siciliæ & Neapolis prole legitima destitutus, filio notho FERDINANDO, quem Valentia in Hispania citeriore sustulit, & Eugenius IV Pontifex Rom. jure legitimorum natalium donavit, regnum Neapolitanum, tanquam armis à se acquisitum, reliquit. Id cum regno Siciliæ olim conjunctum erat, eodemque diu nomine censebatur, ex quo Rogerius, Siciliæ Comes, à Normannis oriundus, Rogerii, qui frater Roberti Guiscardi fuit, eidemque in eicijendis Apulia Siciliaque Saracenis strenuum operam navavit, filius, Duçatus Apuliæ, Calabriæ, Amalisa, Neapolis & Cajetæ, nec non Principatibus Barri & Capuæ, post Wilhelmi, Guiscardi nepotis fata, potitus se regi illistrare calminis bonore decrevit, regni caput l'anormum constituit, dicique in publicis tabulis voluit. Rex Siciliæ Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, id quod circa an. 1135 factum esse Camillus Peregrinus (a) memorat. Eodem, imò solo Regis Siciliæ titulo, illitus posteri ac successores, etiam Suevica stirpe sati, ad quos extincta virili Rogeri propagine per Connubium Constantiæ, eiusdem Rogerii gnatae, cum Imperatore Henrico VI regnum illud transiit, usi sunt, usque ad Fridericum II Imp. quem nec non Manfredum sese Reges utrinque Sicille citra & ultra Pharum (quo nomine Fretum Siculum à turri in littore Messinensi appellatur) nominasse Gollenitis (b) tradit; summantur (c) verò Carolus Andegavensis primum fuisse contendit, qui à Papa Clemente VI rex Siciliæ citra & ultra Pharum creatus, eodemque titulo usus sit, idque ex antiquis chartis probari posse asseverat. Nimirum post excessum Imp. Friderici II Urbanus IV Papa ex veteri simulata, quam Romani Pontifices cum Imperatoribus Romano-Germanicis, in primis ex Suevica familia ortis, exercuerunt, Carolum Ducem Andium & Comitem Provinciæ, Ludovici IX Regis Gall. fratrem, adversus Suevos evocavit, eademque Siciliæ utriusque regnum obtulit, quod in Italiam delato Clemens VI, Urbani successor, lege beneficiaria contulit. Carolus bello etiam, à Manfredo & Conradi sibi illato, superior factus, & posteriore, Suevorum ultimo, indignis modis è medio sublato, cum regnum pulchrè confitabilitum se jam habere putaret, à Petro Rege Aragoniæ, quem Conradius in ferali pegmate hæredem designaverat, Sicilia cis Pharum, insulana nempè exutus, & Galli una vespera ad unum omnes trucidati, ea perpetuò facestere coacti sunt. Ita regno discesso Siculum propriè sic dictum, Aragoniis constanti obsequio paruit, alterum verò trans Pharum situm, & Neapolitanum ab urbe ejusdem nominis, eademque regia sede appellatum, penes Andegavensem familiam permanfit usque ad Reginam Johannam II. Hæc à Rege Carolo I^{mo} quinto remota gradu, Caroli III, qui antehac Dyrrachii Princeps dicebatur, gnata, Regi Ladislao, fratri suo sine liberis mortuo, successit, atque à Papa Martino V nec non Ludovico Andium Duce, ex secunda Andegavensi stirpe prognato, quem iste ad regnum Neapolitanum occupandum evocaverat, vexata atque in angustias redacta, Alfonsi Aragonii opem imploravit, eundemque adoptatum regni hæredem designavit. Eo isto armis postea sibi asserto utramque Siciliam iterum conjunxit, morte ipsius denudò dividendam; insulana enim sive ea, quæ cis Pharum sita est ad Johannem, Alfonsi fratrem ac legitimum hæredem, una cum regno Aragonico, jure transiit, Neapolitanum verò ex testamento ad Ferdinandum.

(a) in Stemmat. Princ. Capuæ & Nortmann,

(b) His. Neapol. Lib. I.

(c) His. Neap. L. II. c. 2.

dinandum, ejus filium naturalem, quemadmodum initio dictum est. Id ergo cum iste post genitoris excessum sibi iret assertum, & ob grassantem Neapoli pestem Capua procerum conventum ageret, magnus statim jaetatus est difficultatibus ac turbis; primas Pontif. Rom. Calixtus civit, quippe qui Ferdinandum pro Rege Neapolitano agnoscere noluit, & publicatis editis regnum istud vacare, & tanquam feudum Ecclesiae ad se se, Sedemque Apostolicam pertinere denuntiavit, praeteraque principes & civitates solicitavit, ut à Ferdinando se averterent, & sibi obsequium præstarent, censuris Ecclesiasticis alioquin castigandi. Refert *Bonvius* (d) affirmatum fuisse à bene multis, Ferdinandum, ne quidem ex autoritate Eugenii Papæ, Alphonso succedere posse, utpote non ex illo, sed ex Valentino quoipiam, intimæ fæcis homine, genitum, suppositumque à Vilardana Carlina, pellice Alphonsi, ut ea fraude Regem amore sui magis irritaret. Bellum eodem tempore à factiosis principibus, & Johanne Andium Duce, quem isti accersiverant, Ferdinand illatum est, in quo acie apud *Sarmm* ammen exutus in præsentissimum rerum suarum discrimen pervenit; quas tamen, otium naectus reparandi exercitum per adversariorum, victoria uti vel nefscientium vel negligenter, oscitantiam, pulchre restituit, & post prosperum apud *Trojam* prælium Andinum regno faceſſere coegerit. Rebus ita domi compositis & firmatis Ferdinandus, à Sixto IV Papainstitutus, arma in Florentinos vertit, filiumque natu maximum *Alphonsum*, Calabriæ Ducem, in Etruriam cum copiis misit, quod bellum feliciter ab eo getum & brevi finitus est, ipso Principe Florentinorum, Laurentio Mediceo, Neapolim ad R. Ferdinandum impetrandæ pacis ergo profecto. Dum exinde Senenium libertati insidias struit Alphonſus, revocatus est à patre ad propriatutanda aduersus Turcas, qui classe ex improviso advecti Hydruntum ceperant, & latè in Apulia prædas agebant. Repressis illis post adventum suum, & dicto oppido iterum ejectis, missus est ad ferendam opem Herculani Duci Ferrarie, sororio suo, bellum cum Veneti gerenti, quod an. MCDXXC exortum, & quadriennio elapo pace mutatum est. Reditum Alphonsi grave mox & intestinum bellumcepit, in quod laſa diu & laceſſita imperio Regis filiique avaro, violento & fævo, immanibusque factis (quæ *Varillafus* (e) exaggerando enumeravit) patientia procerum populique Neapolitani an. MCDXXXCVI erupit, Pontifice Romano Innocentio VIII oleum adjiciente camino, & rebellioni autoritatem commodante. Illam tamen Alfonsus pâr fortitudine ac felicitate, qua alius in bellis hucusque usus erat, nec non auxilio Inſubrum & Florentinorum oppresſis, & Papam ad accipendiā pacem & deserendos rebelles, hos verò acie exutos ad deditiōnē adegit; in quos postea contra fidem datam fævitum, deque omnibus una nocte supplicium sumtum est. Ita rebus domi pacatis cum Ferdinandus nepitis suæ *Isabellæ* precibus, filiique Alphonsi stimulis perpuluis injurias progeneri sui *Io. Galeottii Sforzæ* aduersus Ludovicum Sforziam, Mediolanensis Princeps usurpatorem, armis iret ultum, mox verò gravius sibi bellum à Rege Gallorum Carolo VIII, quem Ludovicus Sforzia in Italiā suopte quidem malo exciverat, terra marique parari intelligeret, multaque huic tempeſtati averruncandæ agitant, nihil procederet, gravibus angī cœpit curis, fubeunte animaum ejus Gallorum potentia, plurim inter suos aduersus se filiumque odio, & econtra erga Gallos, ex veterum etiam factionum studio, propensione. Hinc septuaginta annorum etate gravis, & imminens domui suæ exitium mente pælagniens, ex cura in morbum incidit, & paucis diebus accidente apoplexia extinctus est, postquam XXXVII annorum ſpatio traditum à patre regnum, domesticis exterisque viribus non servasset tantum, ſed etiam ornatasset, & multis difficultatibus ſuperatis eō potentiae exexistet, ut nullus forte ſuperiorum regum id tanto ſplendore cumulatum poſſederit; diuturno præterea dominandi uſu tantam prudentiæ opinionem adeptus eſſet, ut inter Italæ Principes unus maximè ligax & providus rerum haberetur; potuſſet quoque optimis annumerari Principibus, ſi quibus artibus imperare cœperat, iisdem perpetuò in pace otioque uſu eſſet (f) Incontinentiæ ejus testes fuit liberi *naturales*, ex diversis concubinis, quarum nomina scriptores silentio præterierunt, fuſcepti; eos omnes honoribus, opibus, matrimoniiisque ſplendidis amplificavit, quemadmodum ex eorum, propaginisque, quæ ab eis defluxit, diatypoi, tabulae XIII ſujecta, videre licet.

ALPHONSIUS, Ferdinandi filius natu maximus, *Dux Calabrie*, dum vixit Parenſis, diuſus, eoque ſub nomine in multis bellis Italicis longo uſu famam & gloriam maximam adeptus,

(d) *Anna. ad an. 1458.* (e) *Histoire du R. Charles VIII. Liv. III.*

(f) *Factus His. Lib. X. Pontanus His. Lib. VI. Guicciard. Lib. I. Ritims de Reg. Neap. Lib. XII. Gratianus de cas. illuſtr. vir.*

eo statim die, quo ille è medio excessit, Rex faustis omnium acclamationibus appellatus, exequiisq; peractis in summo urbis templo maxima pompa coronatus est à Cardinale montis regalis, Legato Papæ Alexandri VI, quem duplice affinitate, paclis inter illegitimos liberos suos & Pontificis spurious nuptiis, ita delinavit, ut is non tantum regnum jure beneficiario ipsi confirmaret, sed etiam fœdus mutuaæ defensionis, at occultissimum, secum sancret. Hoc verò, & quicquid Alexander pariter & Alphonfus, nec non Petrus Medicæus, Florentinæ reip. princeps, ejusdem fœderis consors, agitarunt, cum avertenda tempestat, quæ ex Gallia ingrebat, non sufficeret; sed omnes eorum conatus improsperos terraque successus haberent, eam præcipue ob causam, quod artificios Ludovici Sforzæ doili, quibus spes hominum alere scitè doctus erat, se se factari & duci passi, evkairian & facultatem rei benè gerendæ amississent, jamque Carolus Rex Gallorum armis viætricibus propè ad fines regni Neapolitani penetrasse, regulis civitatisbusque quotquot se in itinere obtulerant, ipsoque Pontifice Romano imperata facere coadūt; Alphonfus, quamvis ad istrenuam defensionem cuncta pro virili parafet, ubi comperit, quæ Roinæ everterunt, & audiuit filii sui Ferdinandi, copiarumque quas secum habebat, ex urbe illa discessum, vidit etiam quotidiana procerum Neapolitanorum ad Gallos defensiones, sensitque odium populi, de injuriis à patre acceptis, & ipsiusmet sævitia ac superbia intolerabilis publicè & ardentissimè conquerentis, in tantum terrorem est conjectus, ut famæ & gloriae prælitæ oblitus, animum desponderet, & desperatione tortpens, se regno abdicare, idq; & nomen regium in Ferdinandum filium transferre constitueret. Fama erat, Guicciardino (g) referente, Ferdinandi patris spectrum ter diversis noctibus, Jacobo, Regiæ domus chirurgo, apparuisse, & primò lenioribus verbis, postmodum minacibus mandasse, diceret hæc suo nomine Alfonso ne speraret, se Regi Galliae posse resistere; quod in fatis esset, ejus progeniem infinitis casibus vexatam, ac demum tam præclaro regno spoliatam, extinxit iri; ejus rei causam esse, cùm multa ab ipsis patrata scelerata, tum verò illud maxime, quod ipsius fuisu, in D. Leonardi templo, propè Neapolim commissum sit: cujus quidem sceleris nomen, cùm ille non expressisset, existimat homines, Alphonsum eò loci Ferdinando persuasisse, ut non paucos regulos, quos diu in carcere detinuerat, clam necari juberet. Itaque conscientiæ stimulisq; ac Gallicorum armorum metu agitatus, & de sanitate ac mente perturbatus, ne quidem duos tres dies, quibus regni sui annum vertenter terminaret, superedere voluit, sed quatuor tridemib; pretiola supellestile oneratis, Neapoli discessit, Idibus Februarii an. MCDXCV, & Mazarin, Siciliae oppidum, à Ferdinandō Rege Hispaniæ sibi donatum, fuga se recepit; cùm interea Napoli in confessu procerum tabula abdicationis, & translationis regni in Ferdinandum filium, quas X Kal. Febr. in montis Oliveti cenobio confecerat, publicarentur. Exegit reliquum vitæ spatium in Sicilia monachos inter Olivetanos, veste in Sacerdotis formam mutata induitus, & magnam pte se ferens sanctimoniam; sed non toto circumacto anno, cùm ad cancrum, qui alteram ejus manum corripuit, febris accessisset, mortem obiit, & Messanæ ad dextram aræ in templo primario sepultus eit; tumulo sequens ditychon inscriptum fuisse Mariana refert: (b)

*Alphonsum I. ibitina din fugis arma gerentem,
nunc positus, (quenam gloria?) fronde necas.*

Tusia Gazella, quam R. Alphonfus in amore ac deliciis habuit, Antonij Gazelli, Viri nobilissimi, Ferdinand I^{mo} Regi ab epistolis & legationibus, ac Ursulinæ Carafæ filia erat, eximia forma prædicta, eam postea Antonius Carbone ex Marchionibus Paduli, & Cesar Gefaldo, Dn. Paterni uxorem successivè duxerunt. Filium, quem ex illa Alphonfus sustulit, Principatu Salernitano donatum, Romæ in Palatio S. Petri, per infidias, a Cæsare Borgia, cuius ille sororem in matrimonio habebat, structas, occisum fuisse, hujusq; cedis poenam avunculum ejus, Franciscum Mariam Gazellum, insontem luisse, Carolus de Lellis (i) memorat.

FERDINANDUS II Dux Calabrie (ea omnium erat regum Neapolitanorum maximæ natu filii appellatio) vix reversus ab irrita expeditione, quam in Flaminiam ad terrendum Sforziam, & reprimenda Gallorum arma, iussu parentis, secumque tanquam juventutis suis moderatores habens Jo. Jacobum Trivulzium & Nic. Ursinum, Petilianum Comitem, suscepserat, ad regnum a genitore desertum vocatus est, idque quod altæ spei & summae expecta-

(g) *Guicciard. Hist. Lib. I.* (h) *Dereb. Hisp. Lib. XXV Cap. 8.*

(i) *Delle famigl. Napol. Parte III. p. 224.*

peftationis effet, gratiaque apud omnes polleret, populo applaudente, & felix ac diurnū imperium ei appreſante capellavit; celeriter verò eodem populo civitatibusque omnibus animum despondentibus, & Gallorum imperio certatim ſubjicentibus, exercitu quoq; ferè omnidiſapo, iterum amifit; Itaque poſquam nobilibus & popularibus in arcis novæ, quæ Regum ſedes fuit, aream convocatis, oratione pathetica valedixiſſet, tempore ac vi-ctori Gallo cefſit, atque in Aenariam iſulam, quæ jam Iſchia dicitur, atque ab urbe Neapolitanā XXX miliariibus diſtat, unā cum propinquis triremi trajecit d. 20 Febr. MCDXCV. Vatis ſacriferum clarissima voce pronuncians, cuius haec eſt ſententia: *fratris homines vigila-re ad ciuitatem confidiam que à Deo non confidiatnr.* Oblatas deinde à Carolo conditiones ampli in- Gallia principatus, magnorumque veſtigialium ſi Iſchian, Brundifium, Gallipoli, & quæ in extremo Italiae angulo reliqua tenebat, dederet, aspernatus, nec vicifim tuivoti, quo Calabriam ſibi concedi defiderabat, damnatus, reliſto in Iſchiana arce Inico D'avalō in Siciliam navigavit, ut ibi in omnem occaſionem intentus eſſet; nec defituit ejus expectationē fortuna vaga volubilisque; ſed celerius ac ille optare prope poterat versæ lunt rerum vices; Nimirum eodem tempori ſpatio autore Ludovico Sforzia, quem imperii Mediolanensis obtinendi cupiditate, & metu Aragoniorum adductum fuiffe, ut Regis Galliae in Italiam tranſitum procuraret, ſupradictum eſt, foedus ad avertendam ſervitutem, quæ à Gallis re-gno Neapolitano auctis imminebat, Venetiis percuſſum eſt, cui praeter Sforziam, Pontifex, Rex Romanorum, Reges Hispania, Venetusque Senatus nomina dederunt; Eo auditio cum Carolus ex regno recens parto, nec ſatis firmato diſcedere, maximam copiarum partem fecum trahere, & minora præſidia, quam neceſſitas poſceret, relinquere coactus eſſet, Ferdinandus illic in Calabriam in Sicilia trajecit, multisque ejus regionis incolis ad eum confluentibus, Rheygium Julium occupavit, ſed dum vicinorum etiam locorum recuperationem molitur, ab occurrente ſibi cum copiis Obignio, cui Carolus Calabriæ tutelam de-mandaverat, fuſus eſt; qua in pugna, equo ejus interfecto, occiſus precul dubio aut captus fuſſet, niſi Johannes Capuanus, Termini Duci frater, qui à puerō ipſi ministraverat, de ſuo equo defiliens, in eum regem inſilire feciſſet, utque Domini vitam conſervaret ſuę jaſtu-ram feciſſet. Hac adverſitate neutiquam ab incep-to deterritus, ſed animo ac defiderio fortunam iterum tentandi auctus, prætereaque à compluribus primæ nobilitatis viris, & bona populi parte occulte vocatus, non jam ad extrema regni, ſed ipſam metropolim, naives suas appulit, militesque, qui tum ex ipſo regno, tum è Sicilia illum ſponte ſequen-bantur, equitesque & pedites Hispanos, quos Gonſalvus Cordubensis, vir impiger & bel-li peritus, ducebat, expoſuit, & favore ſtudiisque populorum corroboratus Gallos, deliciis Campaniæ frāctos, brevi eos in anguiſias rededit, utabitum iterque ſecurum paſti, deditio-nem paſsim fecerint & regnum Neapolitanum Aragoniæ reliquerint. Hat mira & ſubita rerum conveſione in regnum reſtitutus, & ad ſumnum gloriae fastigium eve-etus, Ferdinandus magnam ſpem, majorum ſuorum magnitudini parem, ipſum futu-rum, apud omnes excitavit; eam verò iterum non fortuna, cui ſicut pilahabitus fuerat, ſed ultima linea rerum, mors, evertit, quæ illum ſive exilio, militiæque laboribus attri-tuta, ſive intemperantia in morbum congeſtum, in medio ætatis flore, gloriae curſu op-pressit & abſtulit, ſuę virtutis, tum ob recentem de Gallis victoriam apud Attidan partam, tum ob animi generosi indolem, tum ob multas regias virtutes, quæ in eo haud mediocri-ter eluebant, non modò in toto ſuo regno, verū etiam per totam Italiam maximam o-pi-nionem relinquentem. (k) Firmandis rebus ſuis filiam Regis Hispaniæ in matrimonium ex-petierat; hoc verò nec affenſum nec repulſam dante, ſed moram neſtente, jamque for-eſtaſi aliquid monſtrabile, ille ſuas Johanna reginae viduæ filiam ipſius, amitam ſuam, uxorem duxit, Iohuā a Pontifice Rom. lege propinquitatis. Eandem, poſquam vidua fa-cta eſt, Rex Hispaniæ, ejus avunculus, Carolo, Sabaudiæ Duci, jungere cogitavit, ducentis aureorū millib⁹ in ejus dotem cultumque deſignatis; neque tamen id conjugium co-a-luit, quamvis ita res confeſta fuerit, ut eam Sabaudiæ Ducifam ſe dixiſſe illius temporis ta-bulae teſtentur. (l)

Ferdinando II fine prole mortuo in regnum ſucceſſit FRIDERICUS, ejus patruus, Regis Ferdinandi I filius ſecundogenitus: ei licet jam anno MCDLXXVI in Gallia agen-tiā cive quodam Tarentino, cui nomen fuit Angelo Catib⁹, quique poſte à Archiepifcopus Vi-enensis factus eſt, regium fastigium ex altris prænuntiatum fuiffe, ſicut Cominæs me-moriae

(k) Omicciard. Hisp. Lib. I. & III.
XXX. cap. 1.

(l) Mariana de Reb. Hisp. L. XXVI. Cap. 2. & Lib.

moriæ prodidit, (m) usque ad eum tamen à cupiditate regnandi abfuit, ut cum deinde anno MCDLXXXV à Rege, patre suo, Salernum missus esset, ad permulcendos comitatus sua, qua cunctis charus acceptusque erat, animos conjuratorum, eosque Regis dicto audientes ac obedientes reddendos, ita verò patrem fratremque ejus averlati ut ipsemet regnum susciperet postulasset, id rotundè recusaverit, malueritque in carcerem compingi, quam corum voluntati, cum genitoris fratrisque injuria conjunctæ, obsequi. Liberatus ex illa fuit custodia opera centurionis Corsici, Roberto Sanseverino Salernitanó Principi, conjuratorum duci, stipendiaria facientis, qui Fridericu[m] miliebri vele induitum, amicam suam esse mentitus, Salerno eduxit Cetaram, unde à navi Neapolin veetus est, quemadmodum *Summontius* refert. (n) Gerebat ille tunc titulum *Principis Scillaci*, post obitum verò socii *Altanus* & *Princeps* dictus est, usque dum morte filii fratris sui regnum in fato sibi destinatum, justè & legitime obtinuit, quintus intra trium annorum spatium Neapolitanorum Rex. Annuit successioni Alexander Papa, & solemnia juramenta ac diplomata à novo Rege accepit, quem proceres etiam populusque Neapolitanus magno consensu venerantur, bona spe justi ac moderati imperii ducti. Secuta paulò post mors Regis Galliae, Caroli VIII, pacem tantisper & quietem Friderico concessit, non omni tamen cura exfolata propter Gonsalvi Cordubæ, Hispanici exercitus Ducis, tergiversationem, qua in restituend. Calabria, Gallis ab ipso erupta, utebatur; & apparuit citò, quid illa portenderet, postquam scilicet emanavit clandestinum fœdus, inter Ferdinandum & Ludovicum, Hispania & Gallia & Reges, pari regni Neapolitani cupiditate flagrantes, innitum de illo, bello simultaneo, occupando, & dividendo. Incubuit eruptaque fatalis hæc tempestas in Fridericu[m] an. MDI, aqua prostratum se iri prævidens, cum, quod in proverbio dicitur, ne *Hercules* quidem adversus duos polleens potensque fatis sit, post expugnatam à Gallis Capuam, desperata defensione, alterutrius hostium fidem clementiamque experiri secum constituit, & quoniam Hispani, tanquam angues suo in sinu alti, omnem decoxit se fidem ipsi videbantur, ad Gallos se vertere maluit, pepergitque cum eorum Ducibus, Duce Nemorofio, & Comite Obignio, stipulatus deditio[n]em urbis, omniumque locorum regni, quæ sua in potestate adhuc essent, intra sex dies, à se faciendam, ea lege, ut sibi insula duntaxat Aenaria, yulgò *Ispia* dicta, ad sex adhuc mens concederetur. Hac conditione impetrata navim concendit, & in illam insulam tragecit, miserabile spectaculum, & insigne vicissitudinis humanae exemplum præbens; socias enim calamitatis exiliique sui habuit sororem *Beatricem*, Matthiae, Hungarorum Regis, viudam, ab Uladislao Jagellonio, cui florente ætate juveni amore ejus illecta, regnum conciliaverat, spretam & repudiatam, *Isabellam*, Ducissam Mediolanensem, ex fratre neptem, viro, principatu, filioque continentis tempestate orbaram, duas præterea Reginas, matrem & filiam, quarum una in Ferdinandu[m] primi, altera in secundi conjugio fuerat, & suosmet ipsius parvus liberus, atque uxorem *Isabellam*. Ad extreum fortuna indies magis ac magis adveniente, omnique regni recuperandi spe evanescente, cum de illo penitus decadendi necessitatem sibi impositam cerneret, dira precatus Ferdinandu[m] Regi Hisp. tanquam desertori ac proditori sui languinis, in Gallia, & Regis Ludovici gratia ærumnarum portum quæsitus, cum uxore filiisque duobus Aenaria discessit, cæteris propinquis ibidem relictis, & quinque triremis in Galliam navigavit, ubi à Rege benigne exceptum, annuaque pensione, nec non Andegavensis provinciæ redditibus donatum fuisse, Gallici scriptores prædicant; alii illam Ludovicu[m] benignitatem elevantibus, nec satis regio animo suscepimus habitumque fuisse, referentibus. Cæterum ex ingenti dolore & atra bile in febris quartanam, incidit, aucto que morbo ex repentina incendio, cui ipse uxor filiique nudi vix se subduxerunt, *Cesarodini Thronorum* fato cessit, eademque in urbe & Minimorum in æde, diadema te aliisque regiis insignibus ornatus, sepultus est. (o) Uxor ejus *Isabella*, quam viduam reliquit, post pacem inter Reges Ludovicu[m] ac Ferdinandu[m] an. 1504 factam, regno Galliae, excedere iussa cum filiis duobus, quos apud se habebat, in Italiam se recepit; extorris & vagi, residuum vita spatiū partim Sabionetæ apud Antoniam, sororē suam, Francisco Gonzagæ nuptam, partim Ferrariae apud Ducem Alphonsum exegit; quo loco tum ipsa tum gnatus ejus natu minimus, CESAR, supremum diem obierunt. ALPHONSUS duorum fratrum ætatis medius interjectus, in Gallia fatus concessit, postquam expetenti magnopere Gallo Regi duodecim annos natus, à patre permissus fuisset. (p) *Carlotta*, è priore Fridericu[m]

(m) *Cominus de bel. Neap. Lib. I. & Belcar. comment. Lib. V. f. 17.*(n) *Hist. Neap. L. V.*(o) *Guicciard. Lib. V. & VI. Metteray Hist. de fr. Tomb Isab. Lib. XII. Gratian, de cas. vir. illustr.**Mariana Lib. XXI. III. c. 2.*(p) *Idem Lib. XX. cap. 6.*

derici toro nata, & in Gallia apud materteram magnam, R. Ludovici XI viduam, educata, cum Scotie Regis nuptiis, de quibus auctum fuisse Guicciardinus retulit, (q) excidisset, Lavallæ Comiti nupsit; is hoc ex matrimonio sibi liberisque ex eo genitis, jus in regnum Neapolitanum ivit quæsumum, quod hodieque Tremolliae Duces solent jaætare atque ostentare.

FERDINANDUS, R. Friderici filius natu maximus, *Dux Calabrie* nominatus, cum in Gallianæ pater abiret, ejus hortatu in Tarentinam arcem se recepit, ibidemque se continuuit, donec extrema necessitate coactus Gonsalvo Cordubæ arcem dedidit, liberum sibi quod vellel abitum paætus; verum ab eo, novum post acceptam arcem Ferdinandi Regis Hisp. heri sui imperium caufato, præter datam fidem custodie mandatus, & in Hispaniam missus est. Ibi à Rege initio honorificè, ac propè regio cultu habitus, postquam cum Rege Gallicæ clam paætum fugani meditari patefactum esset, arci Sciativeni inclusus est. (r) Eundem Hispaniæ populi cum Ferdinando Rege vivis exempto ab ejus nepote Carolo, armis correptis, aperte deservient, custodia eductum, ac veram veterum Hispanie Regum progeniem, unicusque quem ex Hispanico sanguine jata reliqui fecerint, prædicantes, Regem sibi exoptarunt, atque ad capessendum sceptrum stimularunt; ille vero animo regio inter diuturni carceris miseras exuto pertinaci recusatione, spem illorum studiumque destitutus. Id in meriti loco Carolus posuit, pacataque Hispania, magno illum cum honore ad aulam vocavit, eique non multò post Germanam fuxiam, quæ Ferdinandi Catholici Regis uxor fuerat, divitem quidem, sed sterilem, in matrimonium elocavit, ut in illo Alfonsi Senioris Regis Aragoniæ progenies extingueretur: nam duo ejus fratres aetate minores anteà alter in Gallia, in Italia alter ex hac vita migrarant, sicut Guicciardinus literis mandavit. (s) Mortua Germana secundam etiæ uxorem, Menciam Meaozam itidem virum jam passam, duxit, & denique Valentiaæ naturæ legem implevit. *Summoutins*, historiæ Neapolitanæ scriptor, Proregem Valentiaæ à Rege Ferdinando Catholico conititum fuisse, & Menciam Mendozam priore matrimonio coniugem accepisse, hancque jam anno 1522 vivis exemptam esse tradidit; (t) sed perperam: illo ipso enim anno Mencia primas cum Henrico Nassoviæ Comite nuptias celebravit, eoque anno denum 1538 viduata fuit, quo etiam Ferdinandus Calabria Dux uxorem suam Germanam amisit.

(q) *Lib. I.* (r) *Vid. Guicciard. Hisp. Ital. Lib. XL.*
(t) *Lib. II. cap. 5, & Lib. III. cap. 1.*

(s) *Hisp. Ital. Lib. XV.*




STEM-

STEMMATIC DESIDERIANI

STIRPS V. NORONIANA.

COMITUM DE VILLAVERDE ET MONSANTO,
MARCHIONUM DE VILLAREAL ET CASCAES, DUCUM
DE CAMINNA ET LINNARES IN LUSITANIA.



Cuto superiore loco posito Alphonsum Henriquez de Castella Noronianæ stirpis satorem, usum esse Alfonius Lopez de Haro in Nobiliario genealogico Hispaniæ testatur; secundum, quod omne auro tintatum est, Menesianæ genti familiare, atque à Marchionibus Villæ regiæ Ducibusque Caminiæ in honorem maternæ originis adscitum fuit, quo etiam respectu tertium scutum, quod Castrensis familiæ insignia continet, Comites Montis Sancti Iacobi sumserunt.

TABULA STIRPS NORONIANA

XXI. **ALPHONSUS HENRIQUEZ DE CASTELLA**, Henrici II. Regis Castellæ & Leg. ex Elvira Inniguez de Vega filius, (Vid. s Tab.X.) n. 1355. Comes de Gijon, & Dn. de NORONNA, creatus 1373.

XXII.	Petrus de Noronna, Archibishop of Lisbon. Amica Blanca Diaz Pelestro.	Johannes de Noron-FERDINANDUS de Noronna, f. in obsid. Banana, Comes de Villareal.
		Vid. Tab. seq. XV.

XXIII.	Johannes de Noronna, f. Pbi. Alvaro Gonçales de Ataide Com. de Atan- gwa fil.	Ifabella nup. Joanni de Portugal, M. de Montimajor.	Agnes ux. Joannis de Abramantes.	Petrus de Noronna, D. de Cadaval.	Eleonora nup. In- ququerque, Catharina de Taboara, Martini f.	Ferdinandus de Leo de Noronna, f. Alvaro Gonçalves de Cadaval.

XXIV.	Johannes de Noronna, f. lib. Isabella, Jo. Ruiz de Vafconcelos, Dn. de Figuei- ro fil.	Sanctius Johanna, ux. 2da Jomara, Correa.	Henricus de Noronna, Goncalvi Vazquez Coutiano.	Jomara, ux. Rui Tel- lez de Meneses Da- de Unnon.	Martinus de Noronna, f. Dn. de Cadaval, Jo- maria de Albuquerque, Ferdinandi Dn. Villa- verde fil. & heres.	Alphonsus de Noronna, f. lib. Leonora, Petri Jacome, fil.

XXV.	Rodericus Pais de Noron- na, Philippa de Vi- Var,	Petrus Leode- mona, Contiu- Ord. S. no Gon- Hier.	Maria Petrus de No- ronna, Dn. ni Fer. de Villaverde.	Antonius Isabella, ux. Nu- ux. 1. Anna, Petri Lobo f. 2. Cathari- na, Francisci de Ga- ma, Il Com. de Vidi- queira f.	Isabella, ux. Joannis de Nor. Prorex Ind. Francifica de Nor. Alvarez f.	Ferdinandus de Constan- tia, ux. 1. Anna, f. ux. de Acofta. 2. Johanna Mat- thazi de Acun- na, Dn. de Ma- yorazgo, f. €

XXVI.	Beatrix, nup. 1. Hieronymo de Ferreira, 2. Rojo Diaz de la Cerdia,	Thomas de Noronna, Helena Gi- li Jimenez de Acofta f.	Petrus de Noronna, ux. 1. Anna, Petri Lobo f. 2. Cathari- na, Francisci de Ga- ma, Il Com. de Vidi- queira f.	Margarita, nup. Antonio Gonzalez de Camara.	Cecilia, ux. L- dovici de Isabella. Menejes, Jomara.	Mencia, nup. L- dovico de Gajiro f.

XXVII.	Marcus de Noronna, Maria, Francisci de Acofta fil.	1. Jomara, ux. Job, Pereira de Santaren,	2. Petrus de Noronna, Job, Pereira de Santaren,	Franciscus Ludovicus de Loronna, Dn. de Villaverde.
				Catharina de Sonja, Emmanuelis f.

XXVIII.	Antonius de Nor. I Comes de Villaverde. Maria de Menejes ex domo Taxoca,	Petrus de Noronna, Dn. de Villaverde. Juliana de Menejes, Francisci Moniz, Com. de la Bompanaforo.	Luisa Maria, ux. Johanna de Sylvia VII. Com. de Portalegre II. M. de Gouveia.	Maria nup. Laurentio de Mendoza ex Comit. de Valdereis,

XXIX.	Antonius de Nor. I Comes de Villaverde. Maria de Menejes ex domo Taxoca,	Luisa Maria, ux. Johanna de Sylvia VII. Com. de Portalegre II. M. de Gouveia.	Francista nup. Iohanni de Acofta I. Com. de Soyre,

XXX.	Petrus Antonius de Noronna, II Comes de Villaverde. Isabella Maria de Mendoza, Henrici de III. Com. de Sonja Miranda f.

XXXI.	Antonius de Noronna, Mariana.	Eleonora.	Luisa Maria.	Henricus.

XIV.

EJUSQUE PRIMUS RAMUS.

Ux. Isabella, Ferdinandi Regis Lusitaniae
filia naturalis 1378.

XXI.

Sanctius de Noronna, Comes
de Mira. Mencia de Sonsa,

Constantia ux. 2da
Alfonsi I. Duci
Bragantie.

Henricus de Noronna,
Ux. Incomperita.

XXII.

Maria Com. de Mira, nup.
Alfonso de Faro, Ferdinand
di I. Duci Bragantie fil.

Nunnus de Noronna.
Mencia, Ruij. Gomez
de Ribadeneira fil.

Maria, ux. Petri
Vazquez de Melo,
Com. de Atavia.

XXIII.

Alvarus de No-
ronna, Genera-
lis Aranori.
Maria de Sil-
beira, Diegi f.

Leonora ux.
ada Marti-
ni Vazquez
Macaren-
nas.

Carfias de No-
ronna, Prorex
Indie,
Agnes, Alvari
de Castro f.

Antonius
de No-
ronna,
occ. in Men-
dia.

Petrus
de No-
ronna.

Henricus.
ux. No-
ronna.

Johanna
ux. Jo-
hannis
Maça-
regnas.

Sanctius de Alfonfus
Noronna. de No-
Maria Rode-
rica Alva-
rez Carval-
lo f.

XXIV.

Ferdinandus de
Noronna Pra-
fectus trirem.
Luis. f. lib.
Jomora de Castro,
Bernardi Con-
tinno f.

Luisa, ux.
2da Alexil
nup. An-
tonio de
Noronna,
Proregi
Ind.

Francisca,
nup. An-
tonio de
Noronna,
Proregi
Ind.

Alvarus
de Nor.
Præf.
Ormus,
F. L.

Bernardus
de Noron.
de Nor.
Johanna Al-
vari Acu-
na Paez f.

Henricus
de Nor.
Johanna de
Macedo.

Johanna
ux. Gre-
gorii Ser-
niches.

Johanna,
nup. Jo-
hanni Al-
varez.

XXV.

Alvarus de
Noron-
na.

Emanuel de
Noronna.

Maria, nup.
Expo de Sosa
Continno.

2. Alfonfus
de Noronna.

Violanta, ux.
Vasconis
Martinez Moniz Dn.

Garcias de
Noronna,
Anguera.

XXVI.

Arcangela Maria,
nup. Alfonso de
Noronna, Præf.
Septz.

Johannes de Noronna,
Catarina de Silva
Jobannis de Manefes f.

XXVII.

XV.

CUNDUS, COM. ET MARCHIONUM
CUM CAMINIÆ.

Ux. Beatrix de Meneses, Petri de Meneses, Illdi Com.
de Viana & Imi de Villareal, Praefecti Septae filia primogen.
& haeres ex Margarita de Miranda, prima ejus uxore.

83
29

XXII.

JOHANNES de Noronna Dominus de
Sortela & Comes de Mou Santo.
Vid. Tab. XVII.

XXIII:

Henricus de No- ronna & Meneses. <i>Maria de Meneses, Petri I. Com. de Cantanue- de s. C</i>	Diegus de Noron- na. <i>Vid. Tab. frq.</i>	Johannes de No- ronna, Episc. <i>Septensis.</i>	Petrus. Antoniusr. Christophorus. <i>notbi.</i>	Quatuor filiz <i>natura- les.</i>
------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------	-------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------	---------------------------------------------

Nunius Alvarez de Noronna Reginz Ca- tharinz Austriacz Supr. Aulz Przf.	ALPHONSUS de Noronna. <i>Vid. Tab. frq.</i>	XVI.	Leonora de Noron- na, virgo doffissima,	Hieronymus de No- ronna, Capitain de Bazaim. <i>Isabella de Castro, Alba- ri Du. de Boquijabof.</i>
-------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------	------	--------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Juliana, nup. <i>Johanni de Alex- caastro, Duci de Aveiro.</i>	Barbara, ux. <i>Antonii de At- taide II. Com. de Caftanbeira.</i>	Maria, monia- <i>lis S. Cla- re.</i>	Margarita, <i>notbi.</i>	Maria de Castro, ux. <i>Ferdinandi Telles de Meneses, VII. Dom. de Union.</i>
---------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------	-----------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------

Beatrix nup. <i>Petro de Me- dicis.</i>	Juliana, ux. San- tii de Noronna Com. Odemire.	Isabella, Philippa, <i>moniales.</i>	Agnes, <i>notbi.</i> <i>Abbat.</i> <i>Almofsterz.</i>
------------------------------------------------	------------------------------------------------------	-----------------------------------------	-------------------------------------------------------------

Maria Beatrix de Meneses & Noronna IV. Duc. de Caminna, IX. March.
de Villareal, Com. de Alcoutin, Valencia & Valladares, nup. 1. Michaeli de
Meneses & Nor. Imo Duci de Caminna patru suo. 2. Petro de Portocarrero &
Aragon, VIII. Com. Medellini.

XXVI.

XXVII.

XXVIII.

NORONIANÆ STIRPIS RAMUS

XXIII.

PETRUS DE MENESSES ET NORONNA
Imus Marchio de Villareal.

XXIV.

Ferdinandus de Meneses & Noronna, II March. de Villareal, &c.
Mare Freire de Andrade Com. de Alcoutim,

XXV.

Petrus de Men. &
Nor. III March. de
Villareal, &c.
Vid. Tab. preced.ALPHONSUS de Noronna, Praefectus
Septz Prorex Indiz, + Maria Ferdinandi
de Miranda & Catharinae de Ezra f.Ferdinandus
de Noronna,
+ ante patr.Diegus de
Noron-
na + an-
te patr.

XXVI.

Ferdinandus de Nor.
Dn. de Macryra &
Seren
Maria de Villena, Ema-
nuelis Selloz de Sil-
va VI. Dn. de Un-
non f. improl.Michæl de No-
ronna, Johan-
na de Villena,
Francisci Cou-
tinno & Philip-
pe de Ville-
na f.Johannes, Ciri-
cus.
+ impr.Georgius
de Nor.
Isabella
de No-
ronna,
Tentu-
gal, fil.Catharina,
ux. Ro-
derici de
Melo, II
Com. de
Tentu-
gal, fil.I. Antonius
III. Laurentius.
IV. Petrus,
V. Ludovicus,
VIII. Franciscus,
obiere fine li-
beris.II. Ferdinandus de
Noronna, Comes
III. de Linuarce,
+ Philippa,
Dieudi de Saas,
Gubern. Brahma,
fil. ac her.Maria de Nor. Violanta,
obiere iunupta.

XXVII.

Alphonfus de Noronna, Praefectus
Septz, dein Tangerii.
Arcangela Maria, Petri de Noronna,
Dn. de Villaverde f.Ludovi-
cus.Catharina,
innu-
pta.

Francisca,

monialis.

XXVIII.

Johanna nup. Ludovico
Carrillo Paibeo, March.
Caracense, Dn. de Pinto.Michael de Noronna, Commendator Noudarenfis
in Ord. milit. de Avis, Cubicularius Regius Pro-
rex Indiz +
Com. de Linares.

XXIX.

Alphonfus de
Noronna, +
infans.Ferdinandus de Noronna, V Comes
& IDUX de Linares, Commen-
dator in Ord. de Avis, +
Maria
da Castro & Silva, Maricida Silva
I March. de Govea, VI Com. de Porta-
legre f. 1637.Hieronymus
de Noronna.Alphonfus de
Noronna,
improlis.

XXX.

Michæl de Noronna, VI Comes, II Dux
de Linares.
Lucretia de Silva e Ladron, Casparis de La-
dron Comit. III de Siharcas fil. 1674. ha-
Etenuis improlis.Manicus de No-
ronna, tribunus
milit. in Catalon.Josephus Antonius de
Noronna, Decanus
Murcia, + 1695.

TERTIUS COMITUM DE LINNARES.

Ux. Beatrix de Portugal & Breganza.

ANTONIUS de Noronna I, Comes de LINNARES.

XXIV.

Johanna de Silva, Diegi I, Com. de Portalegre fil.

Ignatius de Nor.
† impr. Isabella
de Attaide, I Com.
de Vidiçeira f.Franciscus de Nor.
II. C. Linnares, Fio-
lanta, Ferdinandi d'
Alvares de Andra-
da f.Maria nup.
Francisco de
Albuquerque-Margarita,
ux. Job, de
Meneses, C.
de Cantan-
nede.Petrus de Meneses & No-
ronna, † Ux. 1. Lu-
cetria Guarda.
2. Con-
stantia de Guzman.V. Diegus, Johanna
VI. Emanuel, Maria,
Provinciales Beatrix,
Ord. S. An- Margarita
guilii, Cathari-
na, monial.1. Johanna Catharina
ux. Mar-
tin de Ca-
stellobran-
co, Dn. de
Villanova.2. Antonius de Me-
ux, prima
nefes.
Andrea de Johanna, Hieronymi de
Albuquerque-
Castro, Dn. de la Paul
que. de Poquillobo f.Luisa, Johanna, uxor.
Maria, Alfonsi de
obiere Noronna V.
infant, Com. Ode-
mire.Petrus de Meneses, Castellanus
Vifeensis † Ux. 1. Maria de Noron-
na, Johannis de Portugal f.
2. Maria de Vascoucelos, Antoui
fil.Hieronymus Caro-
na, de Noron-
na.Alva-
rus, Cecilia, ux.
Francisci Ro-
tim, Dn. de
Azambuja.

XXVII.

2. Ignatia de Noronna, IV Com. de Linnares ex testamento Fer-
dinandi de Noron, III Com. Linnares, nup. Michaeli de Noroma,
Agnato suo.Petrus de No-
ronna, improlis.Arcangela Maria
nup. Antonio Lu-
dovico de Tavara,
II Com. S. Johannis.Maria Antonia ux.
Roderici Lobos de Silvei-
ra, I Com. de Sarceda,
March. de Severeira.Philippa,
monialis.Johanna
monialis.

XXIX.

Johanna de Noronna,
nup. Augustino de A-
lencastro & Sande, II
Duci de Abrantes,
March. de Portofe-
guro, &c.

Ignatia.

Micha-
ela.Marga-
rita.

Maria.

Philip-
pa.Jose-
pha.Anto-
nia &
infans.

XXX.

M O N I A L E S.

TABULA XVII.

NORONIANÆ STIRPIS RAMUS
QVARTUS.COMITUM DE MONSANTO MARCHIONUM
DE CASCAES.

XXIII. JOHANNES DE NORONNA, Ferdinandi Comitis II. de Villareal
F. Bon. de Sortela, Cubicularius major Alphonsi V. R. Luisit. Uxor.
Johanna de Castro, Alvari I. Comitis de Monsanto & Dom. de Cascaes fil. & her.

XXIV. Petrus de Castro, Comes III. de Monsanto, Dn. de Cascaes
Agnes de Ayala & Silva, Diegi de
Silva, Com. I. de Portalegre f.

Georgius de Noronna, Fim-
prol. Maria de Silva, Diegi f.

Beatrix nup. Diego
Pereyra, II. Com.
de Fezra.

XXV. Ludovicus de Castro, Dn.
Comitus de MonSanto,
Violanta de Atayde An-
tonii, I Com. de Castanheira
fil.

Maria nup. Fer-
dinando de Ca-
stro, Dn. de Bo-
quilebo.

Luisa Maria ux.
Johannis de Meneses
Dn. Comitus
Toroce.

Maria Lui-
sa, monialis.

Luisa nup. Pa-
tro de Acuna-
na, Dom. de
Gefaso.

XXVI. Antonius de Castro, Dom. Comitus
de MonSanto,
Agnes Pimentel de Sonsa, Martini Al-
phonsi de Sonsa, Dn. de Alcoentre &
Prado, fil.

Anna nup. Alvaro de Castro Dom.
de Fonte-arcada.

XXVII. Ludovicus de Castro, V Comes de
MonSanto.
Mencia de Noronna, Henrici Proregis
Proregis Indie f.

Martinus Alphonfus de Ca-
stro, Comendator de Sou-
ffre, in Ord. Avis. Prorex In-
diz, ubi ob. 1616.
Margarita de Tavora, Alvari
de Sonsa f.

Franciscus de Castro,
Episcopus Guardia.
Inquisitor Gener.
Lusitan.

XXVIII. Alvarus Perez de Castro, VI. Comes de Mon-
Santo, I March. de Cascaes.
1. Maria de Portugal, Nani Alvarez de Portu-
gal, e Comit. de Vimioso f.
2. Barbara, Antonii de Atayde, V Com. de Cu-
stanheira f.

Francisca de Castro & Tavora,
patris heres nup. Ferdinand-
do Teller de Meneses I. Com. de
Ullnos 1630.

XXIX. 1. Johanna Agnes, nup.
Ludvico de Silva Tello,
II Com. de Aveiros.
2. Ludovicus Alvarez de Castro, VII Com.
de MonSanto, II March. de Cascaes.
Maria Antonii Ludovici de Meneses, C. de Can-
taneda, II. March. de Marcalar fil. F April.
1700.

XXX. Emanuel de Castro, VIII Com.
de MonSanto.

Alvarus de Noronna.

Ferdinandus de
Noronna.

Franciscus de
Noronna.



EXEGESIS HISTORICA.



LPHONSUS, Henrici II Regis Castellæ & Legionis filius, ex Elvira Innigues de Vega, Domina caltri Vegæ in districtu Saldanensi, genitus, quemadmodum sub finem Exegetis Tabulæ X dictum fuit, amplissimam in Lusitania prosevit stirpem. Creatus à patre Comes Gegenonis & Dyualha Noronie in Asturibus an. MCCCLXXIII per pacem, inter Castellenes & Lusitanos eodem temporis tractu factam, sponsam accepit, Isabellam, Ferdinandi Regis Lusit. filiam, furto genitam. Hujus nuptias ex levitate juvenili postea averfatus in Galiam anno MCCLXXV aufugit; inde verò à genitore revocatus sponsæ matrimonio junctus est. Pro ira genio audaci, callido & inquieto, quo erat, crebras concivit turbas; propter quas jussu Regis Johannis I., fratri sui, in vincula coniecius, & diu in Almonacri arce detentus est, bonis ejus omnibus fisco additatis. (a) In libertatem denique, restitutus, antiquum obtinuit, & Regi Henrico III necessitate attulit, bello eum petendi, & in Geggione obcidendi; intercedente autem Petro Trastamarar. Comite tale pactum cum obfesso an. MCCCXCIV initum est, ut Geggione tantum retenta, reliquam divisionem suam Regi permetteret, & de perduellionis criminе, quod illi objiciebatur, cōram Rege Galliae, tanquam arbitrio, disceptaret, quodque is judicasset, id fas jusque esset. Lite ergo cōram dicto Rege, uti convenerat, conteata, Alphonsus lege maiestatis damnatus, & in potestate Regis sui esse jussus, veniaque & impunitas obtemperant promissa, recusanti verò nullam spem praefidii, ac ne tutum quidem in Gallia perfugium fore, indicatum est. Ille vero, uxore instigante, negavit se in Castellæ Regis potestate concessurum; quare Geggio denud, & majore vi obfessa, factaque deditio[n]e solo æquata; (b) Noronia verò Ecclesiæ Ovetana tradita est, cuius Episcopi hodieque Comitem Noronie titulo utuntur. (c) Uxori tamen Alphonsi permisum fuit ad virum in Santonibus adhuc agentem, discedere, à quo tempore exules extorques fueru, & reliquam aetatem in oppido Marans, Alnetensis tractus, ubi habitandæ facultas à Vicecomitissa Thuarsiæ eis data fuit, peregerunt. (d) Liberi eorum in Hispaniam se receperé, ibidemque, maximè in Lusitania, luculentas opos, summasque dignitates consecuti sunt.

Sobolis nos legitime genitor Alphonsus Gegenonis Comes etiam fuit, eam *Harsus in Nobiliario Hispanico* hoc recenter ordine: Ferdinandus, Martinus, Didacus & Beatrix; haec Roderico de Pereyra, cogn. Seniori, ex domo Ribensi de Vilosa nupta fuit. Didacus cognomine Henricidae (Enriquez) de Noronia usus Hispali in matrimonium duxit Beatricem Guzmanniam, Henrici, Comitis secundi de Niebla filiam & Ducus primi de Medina Sidonia fororem, atque ex ea stirpem prosevit hodieque fortassis florentem. Nepos Didaci Alphonsus Magister morum, Rector Hispanis appellatur, in civitate Badajoz fuit, & fundavit una cum uxore sua *Mencia de Soto*, Majoratum de Campo Cevada & Pennalntrera; quemadmodum Ludovicus Salazarus in *Historia familiæ Silvanae* (e) refert. Inter abnepotes Didaci Johannes Enriquez de Noronna recentetur, qui in *Madera* insula uxorem & rem reperit, ibidemque propaginem Henricidarum condidit. Martinus Didaci frater, Carolo VII Regi Galliae militasse, & legationem ejus nomine in Castella obiisse prædicatur. Ferdinandum *Henricidarum Dominorum de Alcobaços & Barbacena*,

B b

(a) *Mariana Lib. XVIII, cap. 7.* (b) *Id. Lib. XIX, Cap. 4. & 6.* (c) *Salaz. Orig. de las dign. Segl. Lib. III, cap. 11.* (d) *Saintbe Martbe Hist. General de la mai de Fr. Liv.* (e) *Lib. V, 6, 5.*

Barbacena, autorem, cui primas inter Alphonsi Gegenensis Comitis nothos *Hans tribuit*,
Lnd. Salazari ipso Rege Henrico II genitum esse tradit, è Beatrix de Angelis, Petri Alphonsi
 Castellani Cordubensis gnata. (f) Ferdiāndi filius cognominis beneficio Johannis II Re-
 gis Lusitaniae, cui à praefectura domus & consiliis fuit, factus est an. 1483 Dominus oppidi
 Alcazobos, duque in uxorem Blanca, Martini Alphonsi de Melo, Dom. de Areda &
 Barbzena gnata, dynastiam postrem nominatam acquisivit, ita ut filiorum ejus natu ma-
 ximus Henricus Dominus de Alcazobos, secundogenitus Alphonsus Dominus de Barba-
 zena audiret. Hoc statu Georgius Enriquez eodem titulo usus an. 1563 improlis dece-
 fit; transiitque Barbzena in familiam Albuquerquiam, ex qua Georgius Albuquerquius,
 Alphonsi Magni, Indiae victoris, ex fratre nepos, Annam Enriquez, quæ Georgii Barbaze-
 nae Domini soror erat, in matrimonio habuit.

Quæ è legitimo Alphonsi Comitis Gegenonis & Noroniæ conjugio orta est propago
 Noronianum cognomen adscivit; natu maximus inter mares PETRUS, Ecclesiasticum,
 vitæ genus amplexus, ad Archiepiscopatum Olißiponensem prævetus est, & inter primos
 fuit, qui huic Ecclesiæ titulo metropolitani præfuerunt: ipsiusmet enim ætate, circa an.
 1391 Olißiponensis Præful Archiepiscopi honore à Pontifice Rom. Bonifacio VIII. Lusi-
 tanorum benevolentiam aucupante, auctus est, Conimbricensi Episcopo tanquam suffra-
 ganeo attributo, cui poite à Portalegris Episcopatum Pauli III Papæ venia institutum, ac-
 cessisse Mariana refert. (g) *Amb. Miran* (h) alias addit bene multis, videlicet in Lusitania
 Albensem (vulgò Elvas) Leriensem, (Leira) in Africa Septentrionali (Ceuta) & Congensem,
 prætereaque Episcopos insularum Maderæ, Terceræ, Hesperidum S. Thomæ nec non Bra-
 silensem in urbe Bahia omnium Sanctorum, vulgò S. Salvador. Fuit cæterum Petrus
 Noronia Archiepiscopus Olißiponensis multorum liberorum pater, quamvis nullius uxori
 maritus; ab illis longa & numerosa defluit posteritas, hodieque superstes; in qua fami-
 liam ducunt Comites de Villaverde, quod feudum Martino, Petri Archiepiscopini nepoti,
 uxor Jomara Albuquerquia attulit, deindeque in gratiam Antonii, Sexti ejus Domini, qui
 Martini atnepos erat, in Comitatum prævatum est, quo titulo istius gratius Petrus Anto-
 nius, id jam tenet. Alterum præterea Comitatum propagini Petri Archiepiscopi acquistum
 fuisse reperio, illum nempe qui de los Arcos vocatur, atque à Philippo III Rege Hispania-
 rum Ludovico de Lima primitus fuit collatus, à Magdalena Borbonia vero tertia Comiti-
 sa de Arcos in Noronianam familiam translatus, cum ea Thomæ de Noronia, Commenda-
 tori in Ordine Christi, Consiliario Status Lusitania & Camerario Principis Theodosii, nu-
 pñsset; orta est ex hoc matrimonio Helena, de Bourbon cognominata, quæ primò Stephanus
 de Meneses Domini domus Taroca, dein Ferdinandus de Tellez de Silva, III Comitis de Vil-
 lar Mayor confors facta est. (i) Num verò masculam quoque prolem Thomas de Noronia
 post se reliquerit, & quibus genitoribus satus sit, incompertum habeo; suspicor tamen, in
 numerum posteriorum Marci de Noronna, & Mariæ de Acosta illum esse referendum.

FERDINANDUS de Noronia, inter filios Alphonsi Comitis Gegenonis tertius, felici-
 cum Beatrice Menesia connubio opes, honores, novosque titulos familiæ suæ peperit. E-
 rati isti pater Petrus Menesius Comes Vianæ & Villaregalis, vir fortis ac strenuus, qui ex-
 pugnata à Lusitanis, a spicis Regis Johannis I, an. 1415, Septa Africæ oppido, Ceuta vul-
 gò dicto, ejus praefecturam petuit obtinuitque aliis provinciam ob pericula recusantibus.
 (k) Eandem spartam unâ cum honore Comitis Villaregalis, illo mortuo, gener beneficio
 Regis Alphonsi V accepit atque ornavit; Vianæ vero comitatus ad gratiam Petri, Eduar-
 dum Menesium devolutus est. Ferdinandus Noronia duo ex uxore Menesia natu sunt filii,
 quorum minor JOHANNES novum ramum, Comitum de Monte sancto, prosevit; ma-
 jor PETRUS maternum cognomen cum paterno conjunxit, ita ut illi primas daret, & ex
 Comite Marchio Villæ regalis à R. Johanne II creatus est. Eadem complures fuere liberi,
 inter quos tres filii Ferdinandus, Antonius & Henricus, stirpem propagarunt. Postremi propago
 virilis emarcuisse videtur; Antonius Linariensem condidit lineam, peculiari tabula enu-
 meratam; FERDINANDUS, Lusitanæ Comestabilis, Marchionum Villæ regalis stemma
 con-

(f) op.cit.Lib.X.Cap.4. (g) Lib.XVIII.cap.13. (h) Notit.Episcopatum.

(i) Salazar Hist. Geneal. de la casa de Silva Lib.VIII. & Lib.IX.cap.21.

(k) Vafconcell. Anacepb. Lusit.pug.152.

continuavit per filium natum maximum PETRUM; à minimo natu verò Alphonso palmes provenit, qui denique cum Linariensi raimo coaluit, quemadmodum è Tabula XVI patet. PETRUS, tertius Villæ regalis Marchio, idemque jure materno Comes de Alcoutin, gnatos duos habuit, qui sibi invicem in avitos honores successerunt; alter quoq; ex eis EMANUEL à Rege Philippo, qui Lusitanis primus, Castellanis secundus audit, ad Ducalem dignitatem provectus est, ita ut Dux Villæ regalis appellaretur; filius verò ejus MICHAEL a Rege Hispaniarum Philippo III impetravit, ut Ducal titulus in oppidum Caminha transferretur, pristino Marchionis axiomate Villæ regali reliquo.

Michaeli, Duci Caminiæ primo & Marchioni Villæ regalis sexto, sine prole legitima mortuo, successit frater LUDOVICUS, qui nec non filius ejus MICHAEL luctuosum vitæ familiæque suæ finem, suo sibi jumento accersitum habuerunt. Ea de re dilucide & singulariter *Cajetanus Pajarellus in Historia sui belli Lusitanici retulit, (1) hunc fermè in modum:* Postquam Lusitani à Rege Hispaniarum Philippo IV an. MDCXL descissent, & alium sibi Regem, Johannem Ducem Bregantiae, è veteri Regia Lusitaniae stirpe ortum, præfecissent, non eadem omnium, in primis nobilium, erat mens & inclinatio, multis in fide Regis Catholici clām palamque persistentibus. Iitis faciem subdidit, & conspirationis autor fuit Archiepiscopus Bracarenis, vir animo constans, intrepidus, amore erga Regem Philippum non minus ac odio erga Bregantinum flagrans, qui cùm ad illam solidè constituendam aliquem ducem ex summatibus regni requireret, Averi Ducem & Villæ regalis Marchionem tanquam regio stipiti propiores, splendore divitiarum eminentes, & Bregantini æmulos, maximè idoneos fore putavit. A Duce Averi tamen, qui potentia ac dignitatis specie familiæque amplitudine longè superior erat, imbecilla & gracili ejus ætate avocabatur; & totus in Marchionem ferebatur, quem supra generis claritudinem & immodicas opes, rerum etiam usus & decora canities & popularitas commendabant. Huic igitur Presulatu studio & industria, & ejusdem quoque in Regem Philippum propensione in partes facile tracto, conjurationisque principi constituto, paulò post Dux Caminiæ filius ejus adulitus, accedit. Deinde ejusdem Antistitis artibus Supremus fidei Quæsitor, Cruciatæ Praeses, Comes Armamaris & tandem Augustinus Emanuel, spectatae nobilitatis ac fidei vir, con spirationi se adjunxerunt. Hi cùm secreto convenissent, & qua ratione res esset agenda, coniunctissimè, in Bracarenis Antistitis, ut totius negotii autoris, sententiam itum est, qui in hunc modum infidias struxit. Die videlicet quinta mensis Augusti, annus erat seculi quadragesimus & primus, uti conjurati nocte intemperata in regiæ quatuor distinctas partes, in totidem arcis angulos flammis, & oleo interlitas faces, & alias aptas ignibus injicerent, cumque muris, testisque corruptis ignis intus & foris tumultum & metum undique exciret, flamasque restringunt, ut solet, plerumque turmatim concurret populus, in ea fluctuante animorum, & serum omnium confusione conjurati promiscue tanquam opem & ipsiferentes per incendia ædiumque ruinas irrumperent, Bregantium confederent, uxorem ejus ac liberos caperent, eodemque se se tunc collidentis, ac trepidantis multitudinis impetu distractibatis, casisque repente custodibus arcis, in regiam & arcem simul invaderent; quibus fortasse prospere gestis Bracarenis statim Antistes, fidei generalis Quæsitor & Cruciatæ Praeses facro ornatus habituque, quemadmodum fieri in sacris solemnibus solet, magnificè exulta in publicum prodeunt rei novitate attonitam forte seu restituentem sedentare plebem, tum & Villæ regalis Marchio urbis & regni administrationē susciperet, donec monitus Rex Catholicus, sicut ei placuisse, imperium regnique jura re peteret. Hæc magna animorum alacritate, ac tumida spe decreta cum essent, rera omne sine mora Comiti Olivario, supremo tunc Regis Hisp. ministro, nunciandam esse arbitrati sunt, ut quo tempore ipsi Olisiponem conjurationem perpetrandas caperent, eodem & ipse curaret, ut terra marique applicata copia, & clavis praesertim quam citissime posset, Olisiponem appropinquaret. His literis curandis Petrum Baëzam, mercatorem regni ditissimum, cui ex externa cum hoste literarum commercia permisla erant, elegerunt, utque is negotium in se susciperet pecunia & promissis perfecerunt. Ab isto missæ recto tramite, literæ in Ajamontium Marchionem, tanquam amicum, impegerunt, à quo cùm Duce Medinae Sidoniae communicatae, & utriusque consensu ad Bregantium, Regem Portugalliae, eujus partibus clam studebant, delatae sunt. Hac via cum detecta esset conjuratio, Rex novus omni adhibita cautione & provisio rebus omnibus, Senatum Status bellicque frequentem coegerit, quò Villæ regalis Marchio & Bracarenis Antistes cum aliis conjuratis sa-

cri ordinis incaute ac temerè venientes, omnes in regia capti & custodiae mandati sunt; Caminiæ Duxem in foro stantem satellites comprehenderunt. Conviuti & confessi perduellionis damnati, & Praeful quidem & alii, qui ut sacris iniciati ad jura Ecclesiæ provocaverant, perpetuae & arctiori custodiae mancipati, reliqui verò vindicibus rerum capitalium traditi, atque ab his uno eodemque die Villæ regalis Marchio, Caminiæ Dux, Arma mari Comes & Aug. Emanuel ferro, cæteri obscuræ notæ laqueo necati sunt. Bona Marchionis & Ducis fisco addicta, titulos tamen retinuit soror Ducis Caminiæ unica, MARIA BEATRIX, eosque ad filium, quem è secundo suo matrimonio suscepit, videlicet Petrum Luitgardum Portocarrerum, Medellini Comitem, transmisit, qui iisdem hodièque utitur.

AD TAB. XVI.

ANTONIUS Noronia, Petri, Marchionis Villæ regalis primi, filius natu minor, ab Emanueli Portugalliae Rege clasi CC navium, cui ad octo millia, (præter opifices & nautas) bellatorum imposita erant, praefectus fuisse legitur, ex fini, ut cum his copiis in Africam traiiceret, ibique arcem ac praesidium in Mamorini fluminis ripa extrueret ac collocaret; Quamvis autem ea res parum felices habuerit exitus, opusque penè ad fastigium perductum, adventantibus cum valido exercitu Fezii, Mequinique Regibus, non sine dedecore damnoque intermissum & derelictum fuerit, Comitis tamen Linariensis honore ille maetus est. (m) Fuitidem Dominus oppidorum Fornos, Alpodres & Penaverde, Capitanus Generalis Septæ, dicitque Regi & Johanni III ejus filio ac successori ab intimis epistolis, quali munere fungentem Lusitanî Escrivano de la Puridad appellant. Virili ejus stirpe extinta in Petro pronepote, IGNATIA hujus gnata Comitatus Linariensis haereditatem, ex testamento Ferdinandi, sobrini sui, adiit, eandemque Michaeli Noroniam, marito pariter & agnato suo, è linea Comitum Villæ regalis orto, attulit. Ex hoc conjugio FERDINANDUS prodiit, Linariæ Comes quintus & Dux primitus, beneficio Regis Johannis IV; eodem axiomatice MICHAEL, illius filius, nunc eminet, prole destitutus, atque adeò fatalem suæ stirpis periodum, si quid ipsi humanitus acciderit, absoluturus.

AD TAB. XVII.

De Comitibus Montis Sancti, ex Noronianagente, quoniam narrandi deficit argumentum, de Castrensi familia, in cuius nomen illi se adoptarunt, aliqua inferendi lubido sibit: est ea vetusta æque ac nobilissima, utpote oriunda à Guttiero Comite, Roderici Velazquez, qui seculo X Divitis hominis dignatione cluit, filio. Hic Castrum Xeriz, intra Durium & Minium amnes situm, acquisivit, & pater fuit Gontordis, nuptæ Nunio Alvarez de la Maya, Alfonsi V Regis Legionensis notho, cuius è filia unica Simena, Ferdinandu Lainez, Roderici Cidi, clarissimi herois, patruo, elocata, nepos Alvarus cognomen de Castro primus adscivit. Eo prognatam Mariam Ferdinandus, Sanctii Imi Regis Aragoniæ, ad Oicam an. 1094 sagittæ ictu mortui, filius illegitimus uxorem duxit, novamque profevit stirpem, quæ appellationem de Castro retinuit, hodieque viget, ramos sustinens & nativos & insitios. Ferdinandu, modò disto, tres tribuuntur gnati, videlicet Ferdinandus, Rodericus & Guttierius; Hic juventam Sancti R. Castellæ cogn. Desiderati, Aji dignatione, moderatus Petrum genuit, sine prole mortuum. Ferdinandu natum Martinum soror Sancia, Alfonsi Imperatoris Hisp. pellex, veneno in flore ætatis è medio sustulit. Guttierius ex uxore sua Sancia Diaz utriusque sexus liberos genuit, præcipue Guttierium & Ferdinandum; hoc ex Stephania, Alphonsi Imperat. Hisp. notha, natus est Petrus Fernandez de Castro, dictus Castellanu, cuius filius legitimus Alvarus prole caruit, sed nothus Ferdinandus Perez Castrensem de Fornelos fator fuit. Guttierum postremo loco memoratum, uxor, Elvira Suarez, dominiis Lemos & Sarria auxit, patremque fecit Ferdinandu de Castro primi Domini de Lemos & Sarria, quo & Elvira Inniguez de Mendoza genitus Stephanus ex Aldoncia Ruiz, Alfonsi IX R. Legion. nepte, Ferdinandum Ruiz de Castro, Divitem hominem, Dominumque de Lemos, Sarria & Montforte suscepit. Hic Violantam, Sancti IV R. Castellæ notham in matrimonio habuit, atque ex ea sustulit Johannam, Johanni Alfonso Dom. Valentia, Alfonsi XI R. Cast. nepoti nuptam, nec non Petrum Fernandez de Castro, cogn. Bellicosum (& de la Guerra,) huic Beatrix, Alfensi Infantis

(m) Vasconcelli, Anacephaleos. I. usq. pag. 261.

Fantis de Portugallia, Dom. de Portalegre, gnata, prima uxor nullos peperit liberos, secunda verò Isabella Poncia de Leon Ferdinandum & Johannam; hanc, Didaco Lopez de Haro Dom. Biscajæ viro suo, viduatam, Petrus Crudelis Rex Castellæ uxorem duxit. Ferdinandus ejus germanus Comes de Castro Xeriz & Dom. de Lemos ac Sarria, an. 1375 mortuus, duas habuit uxores, primam Johannam, Alfonsi XI R. notham, hancque sterilem, alteram Isabellam Enriquiziam, qua natos filios duos mors præmaturè rapuit, Isabella autem gnataæ vi diuturnioris Petro Com. Trastamaræ, Regis modò dicti nepoti è filio illegitimo, nupst, eidemque avita dominia attulit. Cæterum à notho Ferdinandi Comitis Alvaro Perez de Castro, Castrenses de las Alcazovas, Bembiber & Reyris, omnesque quotquot XIII orbes sive nummos by zantinos in scutis suis gestant, originem trahunt. (n)

Verum Petro Fernandez de Castro, cogn. Bellicofo, Domino de Lemos ex alia quoq; foemina, seu amica seu uxore tertia, cui nomen erat Aldonciæ Lorenzo de Valladores, duo diversi sexus liberi nati sunt, nempè Alvarus & Agnes, hanc Petri Lusitaniae Principis dein Regis amor funestus nobilitavit. Alvarum Ferdinandus Rex, Petri F. Comitem de Arroyolos & Comestabili Lusitaniae primum an. 1382 creavit, patrem è Maria Ponce de Leon Petri de Castro, Domini Comitatus Arroyolos, nec non de Cadaval, aliorumque locorum; hic ex Eleonora Tellez de Meneses Johannem & Ferdinandum genuit, quorum prior Cadavalii dynasta gnata unicam, ex Eleonora Acunia suscepit, Johannam Ferdinandum II, Duci Bragantiæ, nuptui locavit; posteriori Domino de Infan. & Boquillobo Isabella de Atayde, primi Comitis de Altoguaja gnata, uxor fuit, qua nati sunt Alvarus & Garsias. Hic Dominus de Boquillobo virilem Castrensem stirpem propagavit, hodieque viuentem in Johanne de Castro, Hieronymi F. Domino de Boquillobo & marito sororis secundi Comitis de las Sarcadas.

Alvaro Castrio, Garsiaæ fratri, uxor Isabella, regio Lusitanico sanguine creta, dominiū Cascaës dotis loco attulit; Rex verò Alfonsus V Comitis Montis Sancti (de Mon Santo) dignationem addidit. Eadem argenti dira cupido vitæ finem acceleravit: Tingis enim, Africæ urbs, cùm à dicto Rege an. 1471 oppugnaretur, jamque scalæ mœnibus admotæ essent, quo etiam impetu urbs capta fuit, vocatus à Mauro quodam Alvarus & rogatus est, ut vātam libertatemque sibi largiretur, ingentem ei thesaurum præmiū loco detetūro; obsecutus Mauro Alvarus pro thesauro non quod ajunt in proverbio carbones, sed ipsum reperit atrum Ditem qui capite uno i&t truncatum ad tartara rapuit. (o) Idem pater fuit Johanna, quæ gnata ejus natu maxima fuit, quamque JOHANNES Noronia Sortelæ Dominus, uxore incepit; eo matrimonio titulus Comitis Montis Sancti, dominiumque Cascaense in hanc transire familiam, quæ in honorem memoriamque maternæ originis paterna appellatione abdicata Castrensem assumpsit, hodieque retinet. Ex ea ALVARUS Perez de Castro à Johanne IV Rege Lusit. axiomate Marchionis de Cascaes auctus, & legatione apud Regem Galliæ obita illustratus est, quam spartam ejus quoque gnatus

LUDOVICUS nuper ornavit; cuius summae humanitati genealogiam familiæ suæ Tabula XVII exhibitam, in acceptis terminus.

(n) D. Pedro Nobillar, ejusque Commentator. Salazar Hist. de Silva Lib. II. Cap. VII. &c alibi,

(o) Emanuel de Faria & Sousa Epit. de la Hist. Portug. pag. 259.

STEMMATICI DESIDERIA NI

STIRPS VI. HENRIQUEZIANA.

COMITUM DE TRASTAMARA, MELGAR ET
ALVA DE ALISTE, ARCHITHALASSORUM CASTELLÆ, DU-
CUM DE MEDINA DE RIOSECO ET DE ALCALA, MAR-
CHIONUM DE TARIFA, VILLANUEVA DEL RIO ET DE
ALCANNIZES MAGNATUM HISPANIE.



Cutum hic delineatum, dento margine, insignia exhibit universæ Henricidarum genti communia, originemque ejus à Castellæ & Legioni Regibus manantem arguentia; sed alii illud augere conseruerunt symbolis; ita marginem anchoris referunt, qui hic conspicit, Comites de Melgar & Duxes Medine de Rio siccò scuto suo circumposuerunt, denotando Archithalassorum muneri, quo eminent; iidem cum cognomine Caprarenſi (de Cabrera) insignia quoque gentis hujus, quæ æquivoqua sunt & capram nigram in campo aureo referunt, Aragonicis & Andino-Siculis dignatibus stipata, limboque in quo equites lanceati decurrunt cincta, assumerunt, quemadmodum in Parte spec. Operis Heraldici Speneriani Tabula ænea xxvii videre est. Alcalæ Duces & Marchiones Villanovæ cum familiari scuto Riberense combinarunt, fasciis tribus præfatis area aurea induiti confitans. Albae de Alista Comites adicto cognomine Quismannico, tesseram quoque gentis hujus cum gentilitia conjunxerunt; duo nempe abenacum erumpentibus ex eis angubibus: Marchiones denique de Alcannizes limbū Henriqueziano scuto circumdare solent maculis velleris mritis Pontificis parsum.

STIRPS HENRIQUETIANA EJUS RAMUS PRI
ET MELGAR ARCHITHAL

XX. FRIDERICUS DE CASTELLA, Alfonsi XI. Regis Castell.
& Legionis Filius naturalis, ex Eleonora Guzmaniana, natus
Ux. Leonora de Angulo.

XXI. Petrus de Castella, Comes Trastamaræ cr. 1371. Comes Gallopoliæ, + 2 Maij 1400.
Isabella de Castro, Ferdinandi Rñis, Du. De Lemos fil. & her.

Fridericus de Castella & Castro, Com Trastam. Dux Aragonæ, + 1430. Aldónia de Mendoza, Diegi Hurtadi Dn. Mendoza, Vegæ, & Hita fil.

Henricus, pater. Ferd. Alphon. Ludo. Con. Beatrix, Dn. ac Lemos, Petri Henr. nan. fus. vicus, stan. ux. Petri Alvari Os- quer, Episcopi dus. tia, serii, Dn. Cabreræ Mondonuedi.

XXII.

Fridericus Henriquez, Comes de Melgar & Rueda, Admir. Cast. + 2 Decembr. 1473. Ux. (1) Marina de Ayala, Diegi Hernandez de Cordoua, Dn. Bæne f. (2.) Theresia de Quintones, Diegi Hernandez Dn. Luna f.

Petrus HENRICUS Petrus Henriquez sa- tor Comitum Alvz de Alifta Vid. Tabvl. XXI.

Eleonora, ux. Beatrix nup. Roderici Alphon- Petro Portu- si de Pimentel, carro, Dn. II Com. Bene- de Moguer. venti.

XXIII.

1. Johanna, ux. 2da Johannis R. Aragon. & Navar, mater R. Ferdinandi Cabrolci, duccta 1444, + 13 Februar. 1468.

2. Alphonsus Henriquez, Admir. Cast. III, Com. de Melgar, + m. Maj. 1485. Maria de Velasco, Pe- tri, Com. de Haro I fil.

PETRUS Henriquez Dn. Tarifæ. Vid. Tab. XX.

XXIV.

Fridericus Henriquez Admir. Cast. IV, C. de Melgar, Dn. Medinæ de Rio Seso, Eq. Aur. Vell. + 1538. f. lib. Anna de Cabrera, Joban- nis III C. Modice f.

Bernardinus Henriquez, Admir. Cast. V, Dux Medina de R. S. I, C. de Melgar. + Maria Giron, Jo. Tellez Giron, C. II C. de Castro f.

Beatrix nup. N. Com. de Cabra. Johanna, ux. 2da Didaci Lopez Pacheco, Dn. Escalose II.

XXV.

LUDOVICUS Henriquez, Dux Medinæ de Riofeco II &c. Vid. Tab. seq. XIX.

Fridericus Henriquez, Praefectus Domus Caroli Princ. Hisp. + Johanna Marriqæ, Petri Com. de Paredes IV fil.

XXVI.

Ludovicus Henriquez, Eq. Ord. S. Jac. Gubern. Galliciz. + Caibarina de Lujan, Diegi f.

Mariana nup. Petro de Valafco & Rojas, Eqn. Ord. Alcant.

XXVII.

Fridericus Henriquez.

Diegus.

Alphonfus.

LA XVIII.

MUS COMITUM DE TRASTAMARA
ASSORUM CASTELLÆ.

an. 1334, Regis Henrici II frater gemellus (Vid. sup. Tab. IX.)
Magister Ordinis militiae D. Jacobi 1342. occisus 29 Maii 1358.

XX.

Leonora, f. Isabella, nup.
Diego Gomez Sarmiento
Dn. de Salinas.

Alphonsus, cogn. Henricus (Henriquez) Dn. Medinæ de Rio seco, Admiralis Castellæ, + 1426, vel 1429.
Johanna de Mendoza, Petri Gonzalez, Dn. Mendoza, Hita & Buixtragi f. + 1431.

XXI.

Aldoncia, ux.
Roderic Al-
varez Oforio,
Dn. Cabrona
& Riberæ,

Isabella nup. Jo.
Ramirez de Arell-
Iano, Dn. de los
Cameros.

Agnes, ux. Joh. Hur-
tadi de Mendoza, Dn.

Constantia,

Elanca, ux.

Mencia, nup.

Joh. Ferdinand,

Manrique II

de Rojas,

Maria, ux.
de Henrrera,

Dn. Pedra-

Com. Cafta-

Dn. de

Monzou

Maria, nup.
Garciæ Alvarez
de Toledo,

Leonora ux.
Petri Alvarez
Oforio, C. Tra-
stam, & March.

Agnes nup.
Lupo Vazquez
de Acunna, C.

Henricus Henriquez, Dn.
de Cortes, Orz & Galera,

Aldoncia, ux.

Blanca,

Jo. Floche, Duc.

moni-

Cardona L.

alis.

Teresia, nup.
Gutierrez
Sotomayor
C. de Belal-

Teresia, cogn.
Santa ex Ma-
ria de Alvara-
do genita, ux.

Alphonsus

Teresia, nup.
Henriquez,

Francisca, ux.

Elvira, ux.

Maria, nup.

Joh. Borgiaz,

Duc. Gaa-

Cordoua, die II,

M. de Priego L.

XXII.

Ferdinandus Henriquez,

XXIII.

Archiduc.

Madrit,

Luisa Henriquez

Alphonsus Hen-

Beatrix, nota,

ux. 1da, Alphon-

de Aquila,

XXIV.

XXV.

Dd

TAB.

HENRICIDÆ DE CABRERA, DUCES ARCHITHALASSI

XXV. LUDOVICUS HENRIQUEZ Ferdinandi & Mariæ Gironæ F.
Dux II. Medinae de Riofeco, Comes V de Melgar, Admiralis Ca-
stellæ VI, Eques Aur. Vell. † 24. Sept. 1572.

XXVI. Ludovicus Henriquez de Cabrera, VII Admir. Caſt.
III Dux Med. C. de Melg. & Modica, E.A.V. † 27
Maj 1596. Anna de Mendoza, Diegi Hurtadi de M.
C. de Saldama fil. † 26 Jun. 1595.

Luisa nup. Innico Lopez
de Mendoza, V Dux
del Infantado.

XXVII. Ludovicus Henriquez de Cabr. VIII. Adm.
IV Dux Med. C. Melg. & Mod. Eq. A. V.
† 17 Aug. 1600. Victoria Columna, Marci
Antonii Columna, Pr. de Tagliacozzo f. † 28.
Decemb. 1613;

Diegus Henriq.
Eq. Ord. Alcaut,
† cœlebs. Rodericus Henriq. Archidiac.
Madrit,
Francisca Oforia, Domina de Val-
dongoillo & Villamer.

XXVIII. Joh. Alphonſus Henriquez de Cabrera, IX Admir. Caſt. V Dux Med. Prorex Sicil.
& Neap. n. 3 Mart. 1597. † 1647.

Luisa de Sandoval Padilla, Christopheri D.

XXIX. Joh. Caspar Henriquez de Cabrera, X Admir. Caſt. Dux Med.
de Riofeco, † 25 Sept. 1691. Elvira Ponce de Leon, †
m. Januar. 1680.

XXX. Joh. Thomas Henr. de Cabr. XI Admir. Caſt.
VII Dux Med. Com. de Melgar.
Ux. 1. Anna Catharina de Cerdá, Antonii Joh.
VII D. Med. Celi f. 1663. † m. Mart. 1697.
2. Anna Catharina de Cerdá & Aragonia, Joh.
Francisci IX D. Med. Celi f. Petri Aragonii vid.
1697.

Ludovicus Henriq. de Cabr.
VI. I March. de Alcannizes
cum uxore Thereſia Henri-
quez de Almansa, Johannis VII.
March. d' Alcañiz. fil. &
her.

Jo. Simon Hen-
riq. de Cabr.
Pref. Alexan-
dræ 1699.

XIX.

MEDINÆ, COM. de MELGAR
CASTELLÆ.

Uxor, Anna de Cabrera & Moncada, Com. de Modica,
Johannis de Cabrera & Annæ de Moncada fil.
13 Octobr. 1518.

XXV.

Anna, ux. Petri de
Zuniga, March. de
Agnilla fuente.

Francisca nup. Fran-
cisco de Rojas, M. de
Poza.

Johanna, ux. Johannis
Ximenez de Urrea, C.
de Aranda.

XXVI.

Anna, ux. Indo-
vici de Cordua &
Cordona, Com. de
Prades.

Maria,
monia-
lis.

Antonia,
monia-
lis.

Petrus Henriq.
notbus, mo-
nachus Au-
gustin.

Luisa, notha, uxor.
Francisci Henriquez
Dn. de Guzman, Dn.
de Bolanos,

XXVII.

Anna, ux. secunda Francisci Fernandez de
la Cheva. VII Duncis de Albquerque
fil.

Felicia nup. Francisco de
Sandoval & Rojas I Dn-
ci de Cea.

XXVIII.

Francisca, ♀ Neapoli.

XXIX.

Theresia Henriquez
uxor 2da Casparis
de Haro M. de Oliva-
Com. Dnc. d' Oliva-
res, 1671.

Caspar Henriquez
Decanus Cuentie,
† 1683.

Fridericus Hen-
riquez de Cabar,
notbus.

XXX.

T A B U

HENRICIDÆ DE RIBERA MAR D U C E S

XXIII.

PETRUS HENRIQUEZ, Dominus Tarifæ, Friderici, Admiralis Castellæ, Com. de Melgar & Theresia de Quinnones filius. \pm 1493.

XXIV.

1. **Franciscus Henriquez de Ribera**, Vtus Andelatus Andalusiz, III. Comes de los Molares, Dn. Alcalz, obit improlis.
Leonora Ponce de Leon, Roderici March, de Cadiz fil.

XXV.

Catharina Henriquez
de Rib, *filia natural,*
nup. Job, *Arie de Sa-*
vedra, filio Com. de
Castellar.

Perafanus Henriquez de Rib, I Dux Al-
calz, II. M. Tarifæ, VI. Com. de los
Mol. \pm improlis. *Leonora Ponce de*
Leon, Ludovici March, Zare fil.
Johannes de Ribera, notus, Episcop. Badajoc,
dein Archi-Episc. Valentiae.

Ferdinandus Henriquez
de Rib, II, Dux Alc, III.
M. Tar, VII. C. de los
Mol. Johanna Cortes, Fer-
dinandi, I March. Valli f.

XXVI.

Ferdinandus Henr. de Rib,
I V. March. Tarifæ, \pm
ante patr.
Anna Giron, Petri I. Duc. Os-
suna fil.

Johanna, nup. Petro
Fernandez de Cordona
Figueroa, March, de
Priego.

Catharina, ux.
Petri Gironi, III.
Ducis Ossuna.

Agnes.

XXVII.

Ferdinandus Henr. de Rib, III. Dux
Alcalz, V. March. Tarifæ, VII.
C. de Molar. Andelatus Andalus. \pm
1616.
Beatrix de Manra, Christopori March.
de Castellrodrigo f.

Johanna Henric. de Rib.
nup. Alfonso Fernan-
dez de Cordona-Figueroa,
V. March. de Priego.

Petrus Henriquez Giron de
Ribera, Eques S. Jacobi.
Antonia Portocarrero, Petri
Lopez, Portocar, Maycb.
Alcale de la Lameda fil. Pri-
mogen. & her. C

XXVIII.

Ferdinandus Afán de Rib, VI. March.
Tarifæ, \pm improlis ante patrem.
Anna de Mendoza & Sandoval, Jaculi
Gomez de Sandoval, filii secundo geniti
Cardinalis Ducus de Lerma, gratia du-
cta 1626, \pm 27 Sept. 1634.

Anna Giron
Henrig. de
Rib. Nup.
Petro Faxay-
do, March. de
los Velez, \pm
fina lib.

Margari-
ta \pm in-
fans.

Maria de Ribera,
ux. Prima Lu-
dovici Wilhelmi
de Moncada &
Aragon. VII
Ducis Montal-
tii, \pm sine pr.

Ferdinandus
Henriquez
de Rib, no-
thus, Eq.S.
Jacobi

T A B .

XX.

CHIONES TARIFÆ & VILLENOVÆ ALCALÆ.

Ux. I. Beatrix de Ribera, Perafani tertii Adelanti, f. Præsidis Andalusiae,
& Com. de los Molares, Imi fil. ac haeres. 2. Catharina de Ribera,
prioris soror germana, IVta Com. de los Molares. XXIII.

2. Fridericus Henr. de Ribera, V. Com. de los
Mol. Ius Marchio Tarifz, Andelat. Andaluf.
Eq. Ord. S. Jacob. Isabellæ Martel, Con-
cubina. XXIV.

Ferdinandus Henriquez de Ribera,
Agnes Portocarrero, Petri Dom. Mon-
quer & Villanueva del Fresno f.

Fridericus Henr. de Rib.
Marchio de Villanueva
del Rio. +
Mariana de Cordona Petri
Davile, M. de la Navas f. XXV.

Catharina, Ab-
batissa monast.
S. Agnet, Husp.
Johanna, nup.
Job. Sancti de
Tobar & Pe-
lafco, M. de
Berlanga.

Maria, ux. Petri
Portocarreri, II
March. de Villa-
nueva del Fresno.

Ferdinandus Henr. de Rib.
Ildus March. de Villa-
nueva del Rio.
Maria Manrique, Garciæ
Hernandez Manrique vi
Com. d' Oforno s. XXVI.

Petrus Henr. de Rib.
Agnes, nup. Ld-
douico de Guz-
man, March. de
Algava.

Johanna, ux. Francisci de
Ribera-Bar-
rojo II March.
Malpice.

Antonius Henriquez de Ribera, III Marchio de
Villanueva del Rio, Eq. Ord. Calatr. & Com-
mendator, + fine pr.
Anna de Toledo, Antonii Alvarez de Tol. Dncis
Alba fil. XXVII.

Antonia Henriquez, IVta March.
de Villanueva post fratrib mortem,
uxor Ferdinandi Alvarez de
Toledo Dnc. Alba & Hneca.

Anna Maria Luisa Portocarrero, Marchionissa Alcalz de Lameda & post
patruelium suorum mortem, IV Alcalz Dux, VII M. Tarifz, IX C.
de los Molares, nup. Antonio Joannis de la Cerda, VII Duci Medinaceli. XXVIII.

HENRICIDÆ DE GUZMAN

XXII.

HENRICUS HENRIQUEZ, Alphonsi Enriquez, primi
ex hac Gente Archithalasi Castellæ filius natu minor, cr. Co-
mes de Alva de Aliste.

XXIII.

Fridericus Henriquez,
† improlis.

Alphonsus Henriquez de Guzman, II.
Com. de Alva de Aliste, †
Jobanna de Velasco, Petri Fernandez de
Vel. C. de Haro f.

Johanna nup. Die-
go Fernandez de
Quinones I Com.
Lune.

XXIV.

Henricus Henriquez de Guzman, † ante
patrem. Terezia Henriquez, Henrici Du. de
Cortes fil. primog. ac heres:

Francisca, nup. Francisco de Monroy, Dn. de
Belis, & Com. de Deletoza.

XXV.

Diegus Henriquez de Guzmann, III Comes de Alva de Aliste, Eq. A.V.
Ux. 1. Leonora, Friderici de Toledo, II Dnc. Albæ fil.
2. Catbarina de Toledo-Pimentel, Garzia de Toledo, Leonor & fratris, Fil.

XXVI.

1. Henricus Henriquez
de Guzman IV
C. Alvæ de Aliste
Maria, s. Leonora
de Toledo, Garzia
fil.

Antonius Enriq. de
Guzman, Prior S.
Religionis de S.
Johanna,

Fride-
richus
Enri-
quez
do Tole-
do VI Co-
mes AL-
bæ Ali-
stensis. †
improl.

Bernardina.
Isabella.
Johanna, nup. San-
cho Sanchez Davila,
filio March. de Vela-
da.

Anna, ux. Rodrici
Pacheco, I March. de
Cetavos.

2. Fridericus Henriquez
de Guzman, †
Ux. Jomara de Villena,
Andrea Telles
de Menejes f.

XXVII.

Diegus Enriq.
de Guzman
V Com. Alb.
Alist. † C.I.
Maria de Ur-
rica, fil. Com.
Arandæ.

Antonius Ber-
nardinus
do Tol-
do VI Co-
mes AL-
bæ Ali-
stensis. †
improl.

Johannes de Guzman, Leonora
M. de Malagon. † im-
prol. Jomara Pardo
de Tavera Antonii
nando Almazan de To-
ledo, III Duci Albæ.

Hieronyma,
Nup. Pe-
tro Pi-
mentel,
March.
Arias Pardo de Save-
dra, Dn. de Malagon f. de Ta-
bara, Johannis de Zuñiga &
Requeiens, vid.

Diegus Henriquez †
an. 1388.
Leonora de Silva, Lau-
rentii VII Dom. do-
mus de Vagos f.

XXVIII.

Henricus Henriquez,
† juvenis.

Agnes Henriquez, nup.
Hieronymo de Castro
Dn. de Boquillobo,

XXI.

COMITES ALBÆ AD ALISTEM.

Ux. Maria Theresia de Guzman, Henrici de Guzman,
Com. de Niebla filia.

XXII.

JOHANNES Enri-
quez, sator Marchion.
de Alcannices.
Vid. Tab. seq.

HENRICUS Enriq.
de Guzman, à quo Dyna-
stix de le Bolanos.
Vid. Tab. XXIII.

Didacus Enri-
quez.
Maria de Silva,
Petri Daza f.

Jomara, ux. *Indo-*
vici Fernandez de
Hijar, I Com. de
Belchite.

XXIII.

Petrus Enriquez, Dn.
de Quintana.

Teresia, ux. *Johan. de*
Acunja & Portugal,
Com. Valentiæ.

Beatrix, nup. *Ber-*
nardo Galceran de
Requesenes.

Francisca, ux. *Al-*
pbnxi Perez Cor-
nejo.

XXIV.

Maria, nup. *Diego*
Hernandez de Quin-
nones, Dn. de Vil-
Latoro.

Henricus Enriquez, Dn. de Orze, Galera, Sierra, Filabres & Cor-
tes. \ddagger **Francisca** Manrique, *Johannis Chacon*, Dn. de los Velez
fil.

XXV.

Ferdinandus,
Ferdinand. Manrique,
V. Com. de Ojorua.

Johannes.
Petrus Enriq. Com. de
Fuentes \ddagger 1610.
imp. Ux. Johanna
de Arzvedo, Dna. de
Fuenten.

Antonia.
Hieronyma, nup. Pe-
tro Alzarez de Vega,
Dn. de Grajaz.

Henricus Enriquez,
Dn. de Cortes \ddagger
Johanna, Petri ka-
xardo, March. de
los Velez f.

Francisca,
Magdalena.
Agnes.
Maria.
Antonius.
Petrus, Eq. S. jc.
Johannes.

XXVI.

Henricus Enriquez,
Eq. Calatr. VII
Comes de Alva de
Aliste, \ddagger 1617.
Ihabella, Diego Mc-
xix Velasques, I
Com. Uceda f.

Anto-
nus,
Eq. S.

Blanca, ux.
Garcia Al-
varez de
Joh.

Leonora, nup.
Emanuel de
Camara, II
Joh. Toledo,
Du. de
Higares.

Henricus Enriquez,
Dn. de Cortes, nup.
 \ddagger *Cortes, I*
Alcalz de la
Lameda.

Francisca, Domina
Petro Portocar-
ero, I Marchio-
ni Alcalz de la
Lameda.

Catharina, ux. *Johanna,*
Ludovicio Por-,
tocatiero de
la Vega, Dn.
de la Mon-
davia.

XXVII.

Fridericus Enriquez de Guzman
VIII Comes de Alva de Aliste.

Blanca, nup. *Alphonso*
Perez de Vivero III
Com. de Fuenfaldan-
na.

XXVIII.

Maria Enriquez de Guzman, nupta *Carolo*
de Borgia & Aragonia, Duc. de Villaber-
mota.

HENRIGIDÆ DE ALMANSA

XXIII.

JOHANNES HENRIQUEZ Henrici Henriquez primi Comitis
Albae ad Alistem filius, †

XXIV.

Franciscus Henriquez de Almansa, Marchio de Alcannizes primus. †
Isabella de Ulloa, Roderici Dn. de Granadilla & Mota fil.

XXV.

Johannes Henr. de Almansa,
II March. de Alcannizes.
Elvira de Rojas, fo-
banus I March. de Posafil.Petrus
Henr.
f. lib.Maria , nup.
Diego Lopez
de Zuniga,
Com. de Nie-
va.Francisca
ux. Santil
de Rojas.Martinus Henriquez, Pro-
rex & Capit. General re-
norum Peruvian.
Maria Manrique, Job. Fer-
nandez, M. de Aquilar f.

XXVI.

Johannes Henr. de Almansa,
III March. de Alcannizes.
Johanna Francisa de Borgia & A-
ragonia, IV. Dnc. Gaudie
fil.Ludovicus Henriquez
Comes de Villafior.
primus Eq. Alcant.
Ignatia Carema, Baronis
de Albito fil.Franciscus Henriquez, Equ.
Alcant. Marchio de Valder-
rabano cr. 1614. sine pr.
Mariana de Velasco Zuniga C. de
Nieve.

XXVII.

Elvira Henriquez de Almansa,
IV. March. de Alcannizes,
nup. Alvaro de Borgia & A-
ragonia, Avunculo suo.Ludovicus Henriquez II Com. de Villa-
fior. IX. de Alva de Aliste, Prorex In-
diz. Hippolita, f. Victoria, Alvari de
Cardona & Aragonia f.

XXVIII.

Antonius Henriquez de Almansa
V March. d'Alcannizes.
Leonora, Petri Alvarez de Vega
fil.Johannes Henriquez de
Borgia Mar. Oropesa
in India per matrimon.
cum ejus dynastia
hzrede.Thomasa, uxor Joha-
nis de Vega I Com. de
Grajar.

XXIX.

Alvarus Henriquez de Almansa
VI March. de Alcanniz. Eq. S.
Jacobi Agnes de Guzman,
Henrici II Com. de Olivares f.

Petrus Henriquez.

XXX.

Johannes Henriquez de Almansa Borgia, VII M. de Alcanizes & Oropesa,
Comes de Almansa, Dn. domus de Loyola, Magnas Castellæ, Com-
mendator de Alcanniz in Ord. Calatrav. † 17 Mart. 1675.
Ux. 1 Anna Henrig. de la Cueva, Francisci & Melchioris VIII & IX Dnc. de
Albuquerque soror.
2. Johanna de Velasco & Tovar, Bernardini VII Comeft. Cast. fil. Alfonsi Melchio-
ris Tellez Giron M. de Mayrena vid.2. Theresia March. VIII. de Alcannizes,
nup. Ludovicus Henriquez de Cabrera, X
Admir, Castelle filio 2do genito.

XXXI.

1. Anna Henrig. de Almansa,
ux. prima Jacobi Francisci Vi-
ctoris Sarmiento de Silva, V
Dnc. de Hijar 1654.

XXII.

MARCHIONES DE ALCANNIZES.

Ux. Constantia, Didaci de Almansa, Dom. de Alcannizes
filia. ♀

XXIII.

Johannes Henriquez, Dn. de Brezanos, Eq. S. Jac. ♀
Johanna de Cobarravias.

XXIV.

Diegus	Aldoncia,	Antonia,	Ludovicus Henriquez,	Francisca, nup. Francisco
Henriq.	monialis.	monialis.	Dn. de Brezanos, Eq.	de Prado, Da. de Valde-
Episcop.			S. Jac. ♀	tuxar.
Coriz.			Antonia Henriquez.	

XXV.

Hericus,	Johannes	Filiz	Johannes Henriquez, Dom. de Bre-
Henri-	Henri-	duz	zanos. ♀
quez,	quez,	monia-	Francisca, Santii de Tobar & Isabella
Olmiz, post	Banma-	les,	de Padilla fil.
Placentiz.	twgns.		

XXVI.

Ludovicus Henriquez,	Sanctius Henriquez,
Dn. de Brezanos.	Jesuita.

XXVII.

Ff

TAB.

TAB. XXIII.

Stirpem HENRICORUM Linea DOMINORUM

XXIII. HENRICUS HENRIQUEZ de GUZMAN, Henriciprimi Comitis
Albae ad Alistem filius quartus, Dn. de Bolannos.
Ux. Maria de Figueiroa Ponce de Leon, Domini de Villagarcia,
Fil.

X X I V.
Alfonsus Henr. de Guzman, Petrus, Eq.
Dn. de Bolaños. St. Joh.
Anna de Fonseca. Henricus, Praefectus Laurentius.
triremium Neapol.

XXV.
Henricus Henriquez de Guzman, Dn. de Bolannos.
Anna Maria de Gnzman, Martini Dn. de Montealegre & Meneses fil.

XXVI.	Franciscus Henriquez de Guzmán. Do. de Bolanos, Aloisia, Ludopici Henriquez de Cabrera, VI Admir. Cäst. fil. natural.	Josepha nup. Petro Osorio.	Antonia, ux. Antonii Alvarez de Toledo & Luna, Dn. de Cedillo.
--------------	-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------	----------------------------------------------------------------------

XXVII.
Henricus Henriquez de Guzman, Dom. de Bolannos,
vixit an. 1618.

BOLANNOS & PRINCIPUM de SQUINZANO finiens.

Gabriel Henriquez.
Jummara de Avile & Cornero.

Johannes Henriquez.
*Maria Paladini, ex nobilitate Leccensis civit.
in regno Neapolit. Marchionissa de Campi.*

Nicolaus
Henriquez,

Ludovicus
Henriquez,

Gabriel Augustinus Henriquez Marchio
de Campi PRINCEPS de SQUIN-
ZANO, cr. 1637.
Antonia Paladini.

Franciscus Hen-
riquez,

Ludovicus Henriquez,
Comes de Montenovo,
Laurentia de Cardenes,

Johannes Henriquez, Princeps de Sqin-
zano.
Cecilia Capece Muntalo.

Gabriel Augustinus Henriquez,
M. de Campi, natus sub fi-
nem anni 1700.



EXEGESIS HISTORICA.



Número liberorum, quos Alfonsus XI Rex Castellæ & Legionis ex Leonora Guzmannia, pellice sua, suscepit, Tabula X enuntiatorū, FRIDERICUS quoque occurrit, à matre uno eodemque partu cum Henrico, qui regnum occupavit, in lucem editus. Eum genitor an. 1342 Alfonso Guzmano, avunculo, in honore Magistri milite D. Jacobi surrogavit, rebus gerendis estate nondum materna. (a) Patre defuncto, & matre jussi Petri Regis luce privata, diffidere huic, & averso ab eo animo esse cœpit, proculque aula in tutum secessit. Redintegrata verò cum Rege gratia celebratissimis nuptiarum ejus cum Blanca Borbonia ipse, æquè ac fratres ejus, interfuit. Turbatis postea rebus cum Fridericus procerum studia sequeretur, abrogatum ei est à Rege Magisterium, & Johanni Padillæ collatum; hoc verò tumultuaria ad Urceiam pugna occiso, vacuum relictum, eò quod Rex per idem munus redditum Friderico ad gratiam pararet, quam es etiam accepta in columbitatis fide amplexus est, & in integrum restitutus Regi in bello Aragonico strenuum navavit operam, Jumillia, quam Ferdinandus Aragonius intercepserat, armis recuperata. Mala verò bene merito relata est gratia, ipseque non ita multo post Hispali à satellitibus Regis, ejusque in oculis, obtruncatus est. (b) Ex concubinis gnatam unam & filios duos suscepit; ex his uteq; natu major fuerit, haud extra controversiae aleam positum esse Docto^r Salazar (c) memorat. Petro à plerisque Scriptoribus prima tribuuntur, genito ex foemina Cordubensi, gentis de Angulo, de cuius prænomine dubitant, vel Leonoriam, vel Isabellam, vel Agnetem eam appellantes. Alfonsi mater quæ fuerit non æquè ad liquidum perductum est: non nulli enim ex Blanca Borbonia, cui à Friderico, cum eam Petro Regi desponsam è Gallia in Hispaniam deduceret, vitium oblatum fuerit, susceptum, atque à foemina Judaica, cui Columbae nomen tribuitur, Hispali educatum, eamque causam alienati repente^t Petri Regis à Blanca animi suisse perhibuerunt; (d) sed, Salazaro judice, absque fundamento, quoniam Fridericus Blanca comes isto in itinere neutiquam fuerit. Alii graviore errore ex stupro novercæ, Mariæ reginæ; alii ex vulgari foemina Guadalcanalensi, cui Columbae nomen, ortum putarunt, quemadmodum idem autor refert, illi opinioni accedens, quæ istum cum nobili muliere, praefecto domui sue nupta, furtim genitum, & Guadalcanalæ à foemina, Columba nominata, nutritum suisse statuit.

PETRUS, Friderici filius, à Rege Henrico II Comitis Trastamare honore auctus est, ob fidem fortissime in bello adversus Petrum R. navatam operam, cumque deinde etiam Johanni Regi virtutem suam probasset, Magistri Equitum, sive Comestabilis, Castelle dignitatem ambiit, & denique Henrico III regnante obtinuit. Filium ejus natu maximum, FRIDERICUM, virum magnanimum ac fortē, magnisque rebus gestis inclutum, Rex Johannes II Ducis Aragonæ axiōmē decoravit. Signifer idem fuit S. Jacobi, sive Defensor aëdis huic Apostolo, ab Hispanis præcipuo honore culto, sacræ, terræque adjacentis, quod maximæ dignationis officium habetur. Orto bello Aragonico, quod civilis instar fuit, in suspicione Regi venit, quasi fratum Aragoniorum partibus clam studeret, eaque propter cum ad

(a) Mariana de reb. Hisp. Lib. XVI, cap. 10. (b) ib. Cap. 20 & 21. & Lib. XVII cap. 2.
(c) Origen. de las dign. segl. p. 88. (d) Mariana L. XVI, cap. 18.

adillū, Belamafani in Durii ripa castra metatum, bona fide accessisset, conscientia fretus, in vincula duci, atque in Penafielis arce custodiri iussus est; ubi anno proximo decessit, melior exitu dignus Mariana visus. Sepulcrum ejus in monasterio, cui Beate vivere nomen est, prope Carriōnem in Vacceis, cum inscriptione cernitur, à Petro Ruizio Sarmiento, primo Salinarum Comite, ex ejus amita orto, positum. (c)

ALPHONSUS, alter Friderici Castellenis, Magistri D. Jacobi, filius, cognomen Henricianum (*Enriques*) in honorem Regis patrui, cui in amore & pretio erat, adscivit, atque ad posteros transmisit. Ab illius nepote, Regi Henrico III, oppido *Palenzuela*, nec non munere Archithalaffi sive *Admirali Castelle*, quod R. Ferdinandus III occasione expeditionis Hispanensis an. 1246 instituerat, auctus est, idq; inde ab eo tēpore ad praeſens usq; familiæ ipsiā perpetuum fuit. Ex hæreditate amita suæ Johannæ, Philippi Castrii uxoris, Methymnanz Riviſſici (*Medina de Rioſeco*) accepit. Regnante Johanne II in bellis quæ adverſus Aragonios fratres & Mauros Bellamarinos ac granatenas gesta fuit, præcipuis eventis & pugnis terra marique immixtus, ita se gefſit, ut laborum ac fidei præmium oppidum Arcos de la Frontera tulerit. Anno MCDV. Majoratum in domo sua inſtituit, ſub quo complexus est Medinam de Rioſeco, Comitatum Rueda & Melgar, nec non dominia Mansilla, Palencuela, & Torre de Lapaton, aliaque. Supremum diem in coenobio Guadalupensi obiit septuagenario major, & duodecim liberorum pater, videlicet novem filiarum, quas omnes ſummi regni viri in matrimonium collocauit, & trium natorum, quorum mediua vita præmaturè caruit, à reliquis verò duobus, ſplendidissima progenies, ho dieque florens, pullulavit. (f)

FRIDERICUS Henriquez, Archithalaffus Castellæ è ſua gente R. Johannis II beneficio ſecundus, & primus Comes de Melgar ac Rueda, bello strenuis, militarisque disciplinae admodum peritus fuiffe prædicatur. Ingenium eidem varium, flexibile multiplex Mariana (g) tribuit. Turbarum bellorumque ciuilium, quibus, Johanne II & Henrico IV regnabitibus Castella jaſtabatur, maxima pars, & ſæpè fax ac tuba fuit; odio inprimitis Alvari Lunæ, aliorumque, qui primum gratia & autoritatis locum apud dictos Reges tenebant, quem ipſe ſibi deberi putabat, & variis artibus captabat; nec alia res ſplendidum, quo filia ejus è priore toro unica Johanna, aucta eit, matrimonium atque affinitatem cum Regia Aragonia domo ei conciliauit, quād quod coniurati putarent, eò confirmatus & valentius pforum fore faedus, ſi hujuscemodi vinculis mutuo obſtringerentur.

ALPHONSUS Henriquez in patria Friderici honores titulosque ſucceffit, & post R. Henrici IV excessum Isabellæ, ejus forori, fidem operamque exhibuit, præcipue in bello Lusitanico & prælio, quod ad Taurum urbem an. MCDLXXVI commiſſum eft. (h) Itaq; ab eadem, cum an. 1481 ad Ferdinandum Aragonium, maritum ſuum, Calatajuba convenitum ordinum agentem, proficiceretur, rerum in Castella curam & administrationem ſuſcipere iussus eft. (i) Eo natus FRIDERICUS, quartus Castellæ Archithalaffus, in Granatensi bello fortitudinem ſuam Regibus Ferdinandino ac Isabellæ probavit, deinde quo cum inter illos & Imp. Maximilianum affinitas eſſet contracta, geminatis ſponsalibus, quibus Johanna, priorum gnata, Philippo Austriae Archiduci, & viſiſſim Margarita Austriae Johanni Hispaniam Infantis condicione fuit, delectus eft, ut Johannam ex Hispania in Belgium, & inde Margaritam in Hispaniam iudeſum navibus deduceret; in nuptiarum etiam ſolemnitate Johannis cum Margarita idem nec non mater ejus, Maria Velafca, aufſpices ſunt adhibiti. (k) Ducta eft Friderico felici matrimonio Anna Cabrera, genere Sicula, ad quam in ea iuſta defuncto in minore ætate Johanne Cabrera paternus avitusque Modicæ Comitatus hæreditate devolutus erat; multis uno eam tempore ambientibus ille in nuptiis potitus nobilis principatum in ſuam familiariam invexit. (l) Defuncti ſine prole hæreditatem adiit frater, FERDINANDUS, cui Rex Carolus etiam Praefecti mariſ dignitatē conceſſit, prætereaque Ducale axioma ſuper oppido Methymnae de rivo ſiccō contulit.

AD TAB. XIX.

In LUDOVICO ſecundo Medinæ de Rioſeco Duce dignitas Archithalaffi Castellæ in familia Henricidarum continuata fuit, Caroli Imperatoris ac Regis Hisp. beneficio. Contracta ab eodem eft ſecunda cum Caprarenſi gente affinitas, qua ſecunda quoque vice Mo-

Gg

dicæ

(c) Mariana Lib. XXI, cap. 1. (f) Lop. de Haro Nobil. Lib. V, p. 396. (g) Lib. XXI, c. 15.
(b) Marian. L. XXIV, cap. 10. (i) Ib. cap. 21. (k) Ib. cap. 16. (l) cap. 15.

dicæ Comitatus in Archithalassorum domum venit, & Caprarense nomen ac *dignitas capellam nigram in aureo solo exhibens*, titulus & scuto illorum insertum est. Patrem uxoris Ludovici fratrems fuisse prioris Annæ Cabreræ, Friderico Archithalassio nuptæ, *Lupus de Haro* tradit, an satis rectè dubium suboritur è quod *Mariana & Ferdinandus* fratrem Annæ Friderici conjugis, Johannem Cabreram parvulum decepsisse, & sorori paternum Comitatum reliquisse affirmant. Maximæ ceterum dignationis erat Caprariensis familia, oriunda è Catalonia, ubi antequam in Sicilia feuda acquisivit, Comitatu Urgellitano & Aufonense pollens ac potens erat, posteaque in Castella Moyana cum Marchionis honore à Rege Henrico IV accepit.

JO. ALPHONSO *Henriques*, nono è gente sua Castellæ Archithalassio, aetate nondum matura condita fuit *Francisco Sandovala*, Ucedæ Duci filia natu major, ea verò ante consummatum matrimonium fatorum iniquitate rapta, sororem ejus deinde nuptiis sibi adjunxit. Eudem militibus defunctum muneribus Rex Philippus IV Proregem Siciliæ & Neapolitanæ regni successivè constituit. Hoc imperium ita gesit, ut moderatio ejus & abstinentia maximis quidem à Neapolitanis laudibus gratibusque celebraretur, aula verò Hispanicæ minime satisficeret. Refert enim *Hier. Brusoni in Historia Italiæ*, (m) sub regimine antecessorum ejus in provincia Neapolitana, qui fuere Comes Montisregii (*Monterey*) & Dux Medinæ turritæ (*Medina de las Torres*) è usque excrevisse vestigalia, aliasque exactiones, ut centum myriades scutatorum & amplius ab incolis expressæ fuerint, attamen vix quinta tantæ pecuniae pars regio æstario illata sit. Hoc pacto ad incitas penè redacto populo Neapolitano, cum querelis ejus nullæ aures, nec Regis nec ministrorum, paterent, tantum pecuniae studium in aula erat, Jo. Alphonsus Archithalassius Castellæ in locum Duci Medinensis Prorex sufficitus est. Is provinciam cum cepisset, & deplorandum regni statum cognovisset, non tantum religioni sibi duxit accipere donum, quod novis Proregibus offerrisolet, sed etiam telonarios & publicanos in exactione vestigialium ac tributorum modum facere jussit, neque induci potuit, ut nova imperaret. Ita cum nihil aut parum in fascum Regium & sanguisugorum crumenas jam redundaret, conqueri coeperunt aulici & cum Prorege expostulare, quod ex divite argentofidina, unde prædecessores ejus ingentes effoderint thesauros, ipse vix obulum eruere valeret. Ea de querimonia & iniqua ad eum erga se indignatione literis nunciisque acceptis, illicè imperium abdicavit, fixum sibi esse inquiens integræ Regi suo fide servire, nec eum prodere; qua verba aliaque liberè & corde dicta ubi ad aulam emanarunt, magno ministrorum risu excepta sunt, cavillantium, digniorem esse Archithalassium monasterii præfecturam, quam regni Neapolitani, quod miti imperio habitum ferociens equi instar frenum mordebat. Illo itaque magistratu postquam abiit legatione Hispanica Romæ apud Papam Innocentium X fungi jussus est an. MDCXLVI. ejus initio parum absuit, quin ignominiam malumque sibi attraheret, Cardinali Atefino, Galliæ Profectori, domi & publicè in occurru confuetos exhibere honores, vel ex odio vel fastu, detrectans; sed minime sibi constans, in trepidationem exeunte confiditia, cum discriminis tempus adveniret, quemadmodum citatus paulò ante autor literis prodidit. (n) In Hispaniam deinde revertitus in aula R. Philippi IV unus Præfetti regiorum equitum (*Cavallerizo mayor*) suscepit, inque eo filium JOH. CASPAR F.M. successorem habuit.

Hujus vultum animumque autor libelli Gallici de aula Hispanica (*Mémoires de la Cour d'Espagne* (o)) hunc in modum delineavit: "Archithalassius Castellæ formæ dignitate facile omnibus in aula prestabat: erat in eo decora proceritas, egregia facies, sumnum ingenium ac judicium, morum elegantia & suavitatis leporis plena, senium suum sibi maximum putare malum, posse versus facere lepidos ac venustos, huicque occupationi magis quam negotiis domesticis vacare, natura gaudere licentia & libertate vivendi, sibi nempe & suo arbitratu, nec posse sibi imperare, ut Regem supremumque ejus ministrum cum affiditate atque ad normam coleret & observaret, utpote persuasum habens, quicquid necessarium coactumque est ne maxima quidem fortuna compensari. Paucis se dabat, vel quod palati exquisitoris esset, quam ut omnium conversatione delectaretur, vel quod amaret solitudinem, ad quam ædium hortorumque suorum pulchritudine & amoenitate invitabatur. Amicas semper aliquot aluit, pulchre ad perniciem rei familiaris sue instructas." Titulus hisce usus est X. *Admirante de Castilla, Duque de Medina de Rioseco, Conde de Modica y Osona Comendador de Piedra Buena en la Orden de Alcántara, Cavallerizo Mayor del Rey, Gentilbombe de su Camara con exercicio y del Consejo de Estado.* Filios complures habuit, legitimos & naturales; inter illos familiam ducit JOH. THO-

(m) Lib. XV.

(n) Lib. XIV.

(o) Parte I, pag. 107.

THOMAS, qui vivente genitore sub nomine *Comitis de Melgar* inclinavit, atque initio praefeturam legionis Lombardicae (*Maestro de Campo del Terzo de Lombardia*) & civitatis Novarensis gessit, anno autem 1680 *Prodncis Mediolanensi* spartam accepit atque ornavit. Jam vero paternis titulis aluit, atque in Hispania inter primates agit. Ejus frater natu proximus LUDOVICUS via matrimonii Marchionatum *d'Alcanniz*, cuius possessores in numero Magnatum Hispaniae sunt, in Henricianam familiam reduxit, è qua in Borgianam transierat, quemadmodum Tabula XXI videre est.

AD TAB. XX.

A PETRO *Henriques*, Tarifa Domino, Alphonsi, Archithalassii *Castellas* tertii fratres, Friderici filio natu minore, secundus Henriciana stirpis ramus satus est, cognomine *Ribera* distinctus. Proprium id est nobilissimæ familie, hodieque vigentis, quæ Ramiro, Orioveti & Legionis Rege, derivari amat, & clarorum fago actoga virorum ferax nunquam non fuit. In eorum numero eminebat *Perifanus de Ribera*, qui longa exercitus militia, Ferdinandi, *Castellæ Infanti* & *Duci Pennafielis*, in bello, quod cum Mauris gestum est, virtutem suam ita probavit, ut is, ad capeſſendum Aragoniæ regnum evocatus, illi supream Bæticæ, quæ jam Andalucia vocatur, præfecturam, *Andelatæ* (*Andalantado*) titulo, traderet. Hæc dignitas jure quasi hereditario ad posteros ejus transiit, ita ut postquam in ipsius nepote cognomini, tertio suæ gentis Praefide Andalusiae, eodemque *Comitis de los Molaris* titulo à Regibus Ferdinandi & Isabellæ an. 1476 aucto, virilis stirps defecisset, istique sequioris solùm tenuis proles relicta esset, hæc quoque ad successionem in avitum milium honorem admissa fuerit. Nimirum *Beatrix*, filia l'arafani Riberae posterioris natu maxima & heres præcipua, eaque Petro *Henriques* Tarifa Domino, nupta, ad filium, quem ex isto fuscepit, unicum FRANCISCUM, Praefecturam Andalusiae, eaque ac Comitatum de los Molaris, unâ cum nomine & symbolo suo gentilicio, transmisit; hic vero improlis fato functus eandem hereditatem materteræ suæ *Catharina Ribera*, quæ etiam noverca ipsi erat, reddidit, à qua ad eum filium FRIDERICUM *Henrígus de Ribera*, Francisci fratrem consanguinem devoluta est. Hic à Regibus Ferdinandi & Isabellæ insuper titulo *Marchionis Tarifa* amplificatus est, & postquam ordini D. Jacobi nomen dedit, *Commendam Guadalcancenensem* obtinuit; privato cæterum vitae generi, pietatisque & charitatis operibus deditus, usque ad superlitionem, qua percitus peregrinationem Hierosolymitanam suscepit, eique annos duos, & plurimum nummorum, initar eleemosynæ erogatorum, impendisse memoratur. In legitimo vivere conjugio religioni fortassis sibi duxit, non perinde amicam uxoris loco habere, è qua filiam sustulit, in tabula notatam. Successorem ac heredem in amplissimis honoribus ac possessionibus habuit nepotem ex fratre FERDINANDO, sibi præmortuo, PERIFANUM; hunc Rex Philippus II titulo *Ducis Alcalæ Gazulorum* (*de Alcala de los Gazulos*) cumulavit, & Proregerem Cataloniæ initio, dein Neapolitani regni constituit, quod imperium ab an. 1558 usque ad an. 1571 gessit, & saeva in Calabros, Genavensem fidei doctrinam accersitis ex illa urbe Theologis amplexos, animadversione, ferro, resti & igne facta, nobilitavit. Liberos idem legitimos nullos, sed naturales post se reliquit, in tabula enumeratos; Johannis mater incompta esse videtur, *Catharina ex Alois de Moysera* nata fuisse dicitur. (P)

FERDINANDUS *Henriques*, fratri Perifano successit; in ejus virtutibus commemo-
ratur magnificentia, qua usus est cum an. MDLXXIV à Rege Philippo II delectus esset, qui ossa corporum Regiorum Granatæ in facello regali conditorum, inde exenta ad Fanum Laurentii transveneret. Habuit idem in conjugio gnatum clarissimi virti *Ferdinandi Cortesio*, qui Columbum Ligurem æmulatus enavigato XX annorum spatio Oceano, inventisque novis terris & populis in Occidentalib[us] orbis regione, Mexicanis præcipue regni ejusdemque sub Hispanorum potestate redactis, egregiam famam & locum inter Magnates regni est consecutus, Valli Guaxacensis oppido, in Mexicanis partibus sito, ab Imp. Carolo V an. 1529 donatus, & *Marchionis axiomate* insignitus. Erat ille natus Medellini in Estremadura, patre Martino Cortesio de Monroy, ordinum in pedestri militia ductore, matre Catharina Pizarra, supremū diem explevit Caltilejae in Bætica die XII Dec. an. 1547 genitor ex Johanna de Zuniga & Arellano Caroli II, Com. de Aguilar filia, quatuor liberoru[m]; sequioris sexu tres erant, videlicet Maria, Ludovicus de Quinnones, V[ir] Com. Lunæ uxor,

Gg 2

Catha-

(p) *Al. Lop. de Haro Nobil. Lib. VI. cap. 7.*

Catharina, immatura ætate extinta, & Johanna Alcalæ Dicissa, gnatus unicus Martinus, secundus Vallii Marchio, bis maritus, primo Annæ de Arellano, matruelis suæ, dein Magdalena Guzmannæ, Lupi Dom. de Villaverde gnatæ; è priore genuit primò Ferdinandus, tertium Marchionem Vallii, patrem ex Mencia Cabrera Comitis de Chinchon filia, gnatæ unici Casparis, intra pueritiae annos mortui, dein Petrum, fratri primogeniti successorem, & quartum Marchionem Vallii, qui ducta Anna Girona, è Comitibus Pueblaæ orta, in Mexicanum regnum trajecit, ibidemque vitam & familiam finivit, porrò Angelum, Ludovici de Benavides, secundi March. Fromistæ uxorem, &, quæ hanc nascendit sorte antecessit, Annam; ea Petro Carrillo de Mendoza, oclavo Comiti de Priego nupta Stephaniam peperit, quæ Avunculi sui, Petri Cortefisi, hæres facta Marchionatum Vallensem in familiam Tagliaviesem Ducum Terrænovæ in Sicilia, transiit, à qua deinde pari via connubii in Pinacatellam transtulit. (q)

FERDINANDUS *Henriquez de Ribera*, Alcalæ Dux tertius, hæreditatem avi fui crevit, cui pater præmortuus fuerat; is studiis sapientiae & disciplinis doctrinariæ, quas impensè amatae & sedulò coluisse prædicatur, multoque rerum uero eam sibi prudentias existimationem conciliavit, ut amplissimis muneribus, gravissimisque negotiis dignus atque idoneus haberetur; itaque successivè Cataloniæ, Navarræ & Siciliæ regnis vicaria potestate impofitus, deinde Legatus ad Pont. Rom. Urbanum VIII missus, prætereaque Mediolanensis Ducatus præfectoria, in locum Cardinalis Albortoniæ, an. MDCXXXV. destinatus est. Ingruente autem tunc temporis bello, quod à Gallis apud Infubres excitatum fuit, cum ille ad pacis artes ac tempora ob ingenii manuetudinem, & aetatem inter Philosophos & aeternam magis natus, quam ad bella haberetur, imperium provinciæ Marchioni Leganevio datum, ipse verò in Germaniam ire jussus est, futurus ibi pro Catholica parte arbiter facienda pacis inter Reges, cuius negotiis causa Coloniam Agrippinam partium ipsarum consensu conventus indictus erat; verum eo in itinere morbo insperato oppresus fatis concessit. (r) Liberi eius, quos utriusque sexus reliquit, quoniam improles decederunt, hæreditatem amplissimarum facultatum ejus adiit neptis è fratre PETRO, ANNA MARIA, easq; Duaci Medinæcelinæ, cui nupta erat, attulit.

A stirpe Marchionum Tarifa ramus Marchionum Villænovæ de Rivo (*Villanueva del Rio*) enatus est, quo honore Rex Philippus II FRIDERICUM *Henricum de Ribera*, Parafani & Ferdinandi, Tarifaæ Marchionum, fratrem natu minorem affectit. Fuitidem Præfectorius regiæ domui, & Præfes Consilii ordinum, in quo negotia omnia tractantur, quæ ad ordines militares S. Jacobi, Alcantarae & Calatravae pertinent. Post extintam virilem Fridericis stirpem titulus Marchionis Villænovæ cum vitulo in Toletanam familiam transiit, in quam illius neptis, familiaeque hæres, ANTONIA, elocata fuit.

Tertiam Henricianæ familie lineam condidit HENRICUS *Henriquez, Alphonsi*, qui primus ex ea gente Archithalassius Castellæ fuit, filius natu minor: is regnanti Johanne II, Henrico IV, Ferdinandio & Isabellæ claruit, & Comitatu *Alba ad Alistem* à dicto Rege Henrico IV auctus est. Impavidi nec ad pericula fegni animi multa in expeditionibus bellicis documenta edidit, præcipue in bello, quod Rex Lusitanæ Alfonsus excitavit, prælioque, quod ad Taurum urbem an. 1476 commissum fuit; in eo dum pulsum & fugientem hostem magno ardore persequitur, & ingruente nocte ad pontem Tauri usque provehitur, captus est. Dimisius verò à Rege Lusitanæ in Castellam, ut paci conciliandæ operam daret, interposita de reditu suo fide, stetit pacto & rediit, brevi tamen in plenam libertatem restitutus est. Successorem in Comitatu dignitate habuit filium secundogenitum ALPHONSUM, qui Regibus Ferdinandio & Isabellæ in Granateni adversus Mauros bello, aliisque occasionibus strenuam navavit operam; at filium primogenitum, HENRICUM, paternæ fortitudinis æmulum, & militiæ adversus Gallos ducem Perpiniani constitutum, turbato mortalitatis ordine sibi præreptum luxit. Hic Theresiam agnatam, Henrici, ex Archithalassorum linea prognati, Dynastæ Cortefisi aliorumque locorum, filiam primogenitæ & hæredem, uxorem accepit, atque ex eagnatos duos suscepit; quorum major natu DIDACUS L. DIEGUS in avi paterni honores, minor HENRICUS in facultates materni successit.

(q) *Lop. de Haro Mobil. Lib. X. cap. 27.*(r) *Ripamont. Hist. Mediol. Lib. VII. pag. 201. & 204.*

cessit; sed posterioris propago mascula citò defecit, nec ad tertiam generationem pertigit. Diegus ex iterato matrimonio numerosam genuit sobolem, è qua primogenitus HENRICUS, quartus Albæ ad Alistem Comes, apud Reginam Isabellam Valeiam, Philippi II conjugem, supremi aulae præfetti munere functus est; hujus filius ac successor proximus DIEGUS Siciliae regnum vicaria potestate rexit, deindeque Reginæ Margaritæ Austriacæ domui præfuit; liberis verò destitutus avitum Comitatum ad fratrem ANTONIUM transmisit, qui partes præfetti rei venatoria in aula obiit, & celibem vitam coluit, succedente ei in Comitatu Albæ patrui HENRICO, FRIDERICI Henriquez, qui è secundo Diegi toro provenit, & Principe Caroli indeque ipsius Regis Philippi II domus supremam præfeturam gessit, nec non Commendator major Alcantarensis militiae erat, filio secundogenito, ed quod fortassis primogenitus Diegus jam vivis excessisset, ejusque filius, Fridericus, gradu remotior, quām patruus, exclusus esset. Mota verò Henrico de successione illa fuit, controversia, aceriterque agitata, à Marchione Tabaræ, ex sorore Antonii Henriquez, Comitis Albæ nato, sed ille per sententiam, an. MDCXII, latam superior discessit. (s)

A PETRO Henriquez, Alphonsi Comitis secundi Albæ ad Alistem filio natu minore, palmes ortus est Dynastarum Quintana, de quo, utrum hodieque vigeat, aut emarcuerit pro certo dicere non est integrum, neque visa est mihi continua propaginis ejus series; haud tamen dubitaverim, quin ab illo sanguinem duxerit Petrus Henriquez de Guzman ^{et} Soto-Mayor, Dom. de Quintana, S. Thomas ^{et} Porto Novo, cui Ludovicus Salazarius (t) uxorem fuisse refert Magdalena de Silva, atque ex eis filios duos Henricum & Didacum, sine prole mortuos, & posteriore quidem sponsum Marianæ de Guzman & Roxas sororem Martini de Guzman & Ledesma, primi Marchionis de Palacios. Ex Alfonso de Haro (u) porro constat, prodidisse ex hac stirpe Chishophorum de Porres Henriquez ^{et} Guzman: hic an. 1624 Comes de Castro Novo creatus est, & pater fuit Josephi Henriquez de Porras, Marchionis Quintana honore aucti, ita ut eodem utensili facultas esset omniibus ac singulis Comitis Castræ Novi filiis primogenitis. (w) Superioribus annis Marchionis Quintanae titulum gessit Martians Nunez de Guzman, cui an. 1676 Vienæ in matrimonium duxa est Theresia Spinola, Pauli Marchionis de los Balbases, Legati munere in aula Imperiali tunc functi, gnata. Ille quoniam filius primogenitus Marchionis de Montealegre nec non Comitis Villa Umbrosa dictus est, neque Henriciano cognomine utitur, ex alia ac priores, quorum fortassis mascula propago defecit, & è Guzmannorum familia ortus esse videtur.

Inter filios, quos Diegus sive Jacobus, Tertius Comes de Albadelite, è secundo toro suscepit, PETRUS Comes de Fuentes clarum sibi peperit nomen, usque virtutibus promeruit, ut gubernaculū Belgij an. 1595 admovearetur, donec Archidux Albertus eidem cum sumo imperio præfectus adventaret, id quod proximo statim ab illo anno accidit, quo ille munere solutus in Hispaniam rediit. Quæ brevi isto tempore intervallo ab eo præclarè gesta sunt, ita Eryc Pneannus expresit: Auficiis Iulii Philippi II Regis Catholicæ & ductu industriaque Petri Henriquez Gusmani Comitis Fontani, Belgicæ Gubernatoris & militiae summæ Præfetti, res magnæ suscepit patratæque sunt paucorum mensum spatio. Huwenis opidum & arx recepta, & socio Principi redditæ. Castelletum pariter vetus & opportuna munitione, capta. Itemque arx & opidum Dorlentium, situ commodum & opere munitum propagnaculum, quod nulla vis antè ceperat, paucis horis oppugnando in potestatem redactum: idque cum tuerentur ∞ . ∞ . 15. præsidarii qui omnes impetu cæsi, capti, paucis è regio exercitu amissi. Sed & ante lectissimum gallorum exercitus, equites peditesque, cum suppeditas obseßsis venirent, fusi fugatique sunt: Multi Nobilium Picardie & Normandie cæsi, inter quos Provincie hujus, & Maris ipse Præfetus. Denique Cameracum, urbs & arx, Diu nobilis, præsidium, aut terror partium, obsessa, clausa, oppugnata est, contra magnas hostium vires, apparatu modico sed virtute, prudentiâ constantiâ summâ, servata rigidè disciplinâ militie, Ducum & militum alacritate, & consensu, quibus fræti hostes, primò urbe, mox arce cesserunt. anno Christiano ∞ . 1xcv. menfe Octobri. Ob hæc miranda & ad quæ livor stupeat, tibi Deus: Rex: Comes gloria, laus, memoria.

AD TAB. XXII.

A primi Albæ ad Alistem Comitis filio tertio JOHANNE Henriquez, quartus prodidit
Hh
Henri-

(s) Lop. de Haro Nobil. Lib. V. cap. 2. (t) Hisp. de la casa de Silva Lib. VII. cap. 5.
(u) Lib. X. cap. 17. (w) Salazar, in Append. Orig. dign. secul. cast.

Henricianæ stirpis ramus, è quo prognati cognomentum *de Almansa* cum gentilitio conjunxerunt, in memoriam Constantiae de Almansa, cum qua Johannes in conjugio vixit, & hunc ramum prosevit. Erat illa filia Didaci de Almansa, strenuissimi Equitis, qui multo per Hispaniam nomine & celebri fama fuit, ita ut in communi proverbio diceretur: *Lana por lanza, la de Diego de Almansa.* Possidebat idem dynastiam *Alcannizes* in Castella sitam, quæ, per Constantiæ cum Johanne nuptias in Henricidarū familiam translata, deinde in Marchionatum ercta est, primusque titulum *Marchionis de Alcannizes* gesit FRANCISCUS *Henriquez de Almansa*, Johannis filius; Hujus nepos cum gnata unicam haberet ELVIRAM, in Borgiae familiam elocatam, transiit eō dictus *Marchionatus*, unā cum cognomento *Henriquez de Almansa*, ibidemque ad hanc usque ætatem permanxit, donec ante annos non ita multos ad Henricidas quidem redit, sed ad aliam à pristina lineam, nempe Cabrerensem; Archithalassī quippe Castellæ hodierū fratri natu minori, *Ludovico Henriquez de Cabrera*, gnata & hæres unica Johannis, Septimi March. de Alcannizes, ducta est, cui anno 1675 mortuo ille hunc in honorem titulumque successit.

LUDOVICUS *Henriquez*, tertii Marchionis de Alcannizes frater, creatus est à Philippo III, Hispaniarum Rege, *comes Villaforis* in regno Portugalliae, huncque comitatum filio suo cognomini transmisit; is autem, cum Lusitania à Philippo IV. Rege defecivisset, maluit comitatus, quām famæ ac fidei, jacturam facere, pænititit; in obsequio veteris domini; & fartum eī dampnum illud avito *Albe ad Alifim* comitatu, in quem Friderico, octavo ejus comite, agnato suo, sine virili sobole mortuo successit; auctus præterea est à Philippo Rege pingui munere Proregis Indiae Occidentalis anno 1649, & post triennium Peruviano regno eadem dignatione præfici meruit, ubi usque adan. 1660 commoratus est.

AD TAB. XXIII.

Ex Henricidarum Bolanii Dominorum stirpe palmitem in regnum Neapolitanum translatum esse, quo propago enata est, illustrissimis æquiparata, cum Alfonsus Lopez de Haro incompertum habuerit, autoritas genealogiae nostræ concilianda, nec laude defraudandis est sua vir optimus, cui in acceptis illam ferimus. Est Neapol. in monasterio Carmelitanorum, quos Discalceatos appellant, Vir, sicut in primis eruditus, ita plurima humanitate antiquaque virtute & fide præditus, videlicet Perquam Reverendus Pater *Heronymus Maria de Santa Anna*; is cùm alicunde de consilio nostro p̄cepisset, operā suam literis amantissimè scriptis ultrò detulit, simulque de singulare & perbenigno Principe in dicta urbe virorum ad se & studio conatus juvandi nostros, maximis deinde documentis comprobato, indicium fecit, atque inde ab eo tempore suum in nos officium & re & literis cumulatim declaravit; hinc postquam ex sciographia operis præsentis sibi transmissa perspexisset, Henricidarum etiam genealogiam partem ejus facturam, percunatus est statim, sciremne istis etiam in locis Henricidas agere, Principe dignatione maestos, abdantoque responso, nescire me id juxta cū ignarissimis, flagrare verò cupiditate singularia de illis cognoscendi, nulla interposita mora genealogiam dictorum Principe ad me misit, notis illustratas suis, & apographis stipatas privilegiorum duorum insignium, quibus illi ab Hispaniæ Regibus honestati fuerint. GABRIELLEM, fatorē propaginis, de qua sermo est, *Alfonso Lopez de Haro* in numero filiorum Henrici Henriquez Domini primi *de Bolanos* recensuit, sed uxorem sobolemque ei fuisse ignoravit; fuisse ille prædicatur literatus, ac studiis doctrinisq; deditus, ita ut calamus pro Philippo II Hispania Rege stringeret, cum de successionis iure in regnum Lusitaniæ disceptatio orta esset; munere etiam *Confiliarii Patrimonii regii* in Castella functus est.

JOHANNES, Gabrielis filius natu maximus, excellenti quoq; doctrina præditus fuit, multorumque annorum spatio officium *Prefidiū sibi regi* in regno Neapolitano obiit; Redor deinde *Cancellarie regie* & *Supremi Senatus Italici in Hispania* constitui meruit; jure præterea uxorio *Marchio de Campi* salutatus est. Filium ejus GABRIELEM AUGUSTINUM Philippus IV Hisp. Rex Principe creavit vigore Privilegii, Madriti die primo Octobris an. 1637 dato, in quo postquam Rex dictum *Impetrante Confingninem sibi fidem & dilectionem* appellasset, ita porrò fatur: "nos perpendentes profaci ipsius egregiam antiquam nobilitatem, ac insuper suam in nos singulariem fidem & obseruantiam, & majorum fuorum prædara merita ac obsequia, præsertim D. Gabrielis Enriquez avi sui *Confiliarii Regii Patrimonii Regnorum* Cattellæ, viri doctrina & integritate insignis, nec non D. Johannis Enriquez, Marchionis de Campi, patris sui, qui magna ac singulari fide, probitate & integritate in Citerioris

ris nostro Siciliæ Regno per spatium XXV annorum inservivit, primum in munere unius ex Præsidentibus nostræ Reg. Cameræ ac deinde Regensac Collegialis Consiliarius in eodem Regno egit, fuitque complures annos Præfectus Annonæ illius civitatis, ijsq; in muneribus magna cum laude & nostra satisfactiōne versatus est: denique ad nos evocatus in hoc nostro supremo Italiae Confilio idem obsequium præstaret Regens occubuit. Meritò quo omnibus constet, quantum egregio horum virorum proposito oblectemur, ipsum Marchionem D. Gabrielem Enriquez ad Principatus gradum & honorem provehendum, Terramque de Squinzano, quam in Provincia Hydrunti citerioris nostri Sicilia regniā nobis, nostraque regia Curia iustis titulis in feudum tenet & possidet, diēto principatus deco-re illustrandam atque insigniendam decernimus. Tenore igitur praesentium, ex certa sci-entia Regiaque auctoritate nostra deliberatè & consultò, ac ex gratia speciali matura-que sacri nostri supremi Consilii accedente delibera-tione præfatum Illustrēm Consanguineum nostrum Marchionem D. Gabrielem Enriquez ejusque hæredes ordine successivo Prin-cipes Squinzani facimt, constitui-mus, creamus ac perpetuò reputamus: "

Alterum privilegium, cuius apographum Rev. Patri Hieronymo Mariæ de S. Anna debemus, Rex Hispaniarum nuper defunctus Carolus II, JOHANNI, Gabrieli Augustini filio, doctrina, prudentia, humanitate moribusque suavissimis prædicto, an. 1697 imper-tivit, ex quo priore non pigrabor huc transcribere partem: " Carolus D.G. Rex Castel-læ &c. Fideli nobis dilecto D. Joanni Enriquez gratiam nostram regiam & bonam volun-tatem. Cum Turma seu Comitiva Equitum Stradiotorum Græcorum Albanensium quam in citerioris nostri Siciliæ regno Ill. D. Gabriel Augustinus Enriquez Esquinzani Princeps miles Ordinis S. Jacobi Consanguineus noster fideliς dilectus, tuus Pater inserviebat, obitu ejus ad præfens vacua in Provincia Hydruntina dicti nostri Regni existat. Hoc consideran-tes generis & fatis cognitæ in his nostris Hispaniarum Regnis nobilitatis tuæ claritatem ac præclara merita & obsequia tâm per te & tuum Parentem D. Joannem, Patruumque D. Franciscum Enriquez totis viribus tempore l'opularium seditionum præfati nostri citerio-ri Siciliæ Regni nobis præfita sic nostrorum Rebellium temeritatem cum cohorte eque-stris militiæ propriis suis sumptibus & expensis infectavit ac oppresit, quam per Ill. Avum, tuum Regentem D. Joannem Enriquez Marchionem Campi prius nostrum in dicto Re-gno à latere consiliarium ac demum apud nos in supremo Italiae Senatu assistentem pluri-bus abhinc annis intimo corde exhibita; ut Ill. Dux Medinaæzeli Prorex Locumte-nens & Capitanus Generalis dicti Regni Nobis exposuit, illam in-te libenter conferre decrevimus. »



STEMMATIC DESIDERIA NI STIRPS VII. EMANUELENSIS.

COMITUM DE CARRION ET SINTRA, DO-
MINORUMQUE DE VILLENA, MONTEALEGRE ET BEL-
MONTE IN CASTELLA, NEC NON DYNASTARUM DE
CHELES ET COMITUM DE VILLA,
FLOR IN LUSITANIA.



N scuto hic repræsentato, familie Emanuelidarum proprio, brachium alatum enim vagina vacuum tenens ascitum esse refert *Alfonso Lopez de Haro* in Nobiliar. Lib. II. Cap. V. *tropheis inflar*, in memoriam Emanuelis Imperatoris Constantinopolitanus, quem stirpis fator inter progenitores suos numeraverit; sed cum Emanuel Imperator Constantinopolitanus nullus in horum serie appearat, in animo fuisse dicto auctori crediderim *Isaacum Angelum Imp. Constantinop.* qui Beatrixis de Suevia, genitricis Emanuelis Infantis Castellæ, avus maternus fuit; *Leo secundum & tertium laterculum implens paternam familiæ originem à Legionis & Castellæ Regibus manantem denotat.*

TAB.

FAMILIA EMANUELEN

XVI.

EMANUEL, Infans Castellæ, DOMINUS ESCALONÆ, Ferdinandi Sancti Regis Castil. & Leg. F.
[Vid. *supra Tab. VIII.*]

XVII.

1. Violanta, uxor Albonfi de Portugalia,
Dn. de Portalegre.

2. Johannes Emanuelis (Manuel) Dn. Villen-
lenz & Escalonæ, + circa an. 1348.

XVIII.

1. Constantia, nup.
Petro I Reg. Por-
ugal, 1340. +
1345.

2. Ferdinandus Manuel,
Dn. Villenæ, + 1350.
Jobanna de Aragonia, Rei-
mundi Berengarii, Com. de
Prados fil. 1346. □

2. Johanna, ux. Sanctius Manuel,
Henrici II R. Cafil. notbus, Dn. In-
& Leg. + 27 Maj. fantaci.
al. 25 Martii 1381. Maria de Cofa-
neda.

XIX.

Blanca, Dn.
Villenæ, +
iunupta.

Johannes
Sanchez
Manuel,
Comes de
Carrion.

Ferdinandus
Sanchez Ma-
nuel, notbus à
quo Enannelli
Ubedenses.

Ludo-
vicus,
notbus,

Sanctius,
notbus,

Petrus,
Decanus
Hispal.
Eccles.

Constantia,
ux. Miceri
Gomez, de
Albornoz.

Beatrix,
nup.
Petro
Lando.

XX.

Sanctius Manuel, Ginevra
de Acunna Giron, Marti-
ni Vazquez de Acunna f.

Leonora Manuel,
Domina de Car-
rion.

Agnes nup. Gar-
cie Fernandez de
Villodre.

Maria Manuel, Domina de
Montalegre & Menea,
Ux. Laurentii Suarez de Fu-
guere, I C. Ferrie,

XXI.

Maria Manuel, nup. 1. Johanni
Alvarez Oforio. 2. Garcie
Sarmiento, Dn. de Salvatierra.

Ginevra de
Acunna Gi-
ton.

Johannes Manuel, de Belmonte de Campos
& Zebico de la Torre, Eques Aurei Velle-
ris cr. 1506. +
Catharina de Castilla, Diegi de Roxas & Cathar-
de Castilla fil.

XXII.

Diegus Manuel,
+ cceles.

Patrus Manuel,
Epif. Legion.
& Zamor. Ar-
chiep. S. Jacob.

Johannes
Manuel,
Monachus
Francisc.

Philippus
Manuel,
+ impro-
lis.

Laurentius Manuel, Dn. de
Belmonte de Cambos & Ze-
bico, & Commendator ma-
jor Alcantar. +
Johanna de la Cerda, Roderici de
Mendoza, II Com. de Caffro f.

XXIII.

Rodericus Manuel, Dn. de Belmonte & Zebico
+ sine prole. Beatrix de Velasco, Diegi Lo-
pes de Zuniga & Velasco, & III Com. de Nieva fil.

Petrus Manuel, Cubicularius
R. Philippi II, Commen-
dator Alcantar.

XXIII.

SIS EJUSQUE PARS PRIOR.

Ux. 1. Constantia, Jacobi IR. Aragon. f.

2. Beatrix, Amadei IV Com. Sabaud. fil. Petri de Chalon, Dn. de Chateaubellin vid. Concubina, Nuna.

Ux. 1. Constantia, Jacobi II Reg. Aragon. fil.
2. Blanca de Lara & Cerdá, Ferdinandi de Cerdá f. Concub. Agnes de Castañeda.

Alfonsus Emanuel, *notbus*,
à quo familia *Mamel* in
Sicilia.

Johanna, *notba*,
uxor Job. Con-
salez de Moxica.
Henricus Manuel de Villena, *notbus*,
Comes de Sintra, Montealegre &
Menefes. Beatrix f. Agnes de Son-
ja, Petri Alphonsi de Sonja, fil.

Petrus Manuel, Guiomara, *notba*,
notbus, Commen- uxor, *Johannis*
dator major *Martines de Ley-*
Alcantar. *va*, *Dn. de Ley-*
va.

Petrus Manuel, Dn. Agnes, ux. Blanca, nup. 1 Margarita, ux. Leónora de Ferdinandus Manuel Agnes, ux.
de Montealegre & Valcons Roderico Vaz- 1. Diegi Garcie Villeña no- Indici
Menefes. Ux. 1. Martínez quez Coutiño, de Toledo, Dn. Dn. de Zebico de Lopez de
Johanni Alphonfi de Soufa, 2. Fernan- Dn. de Meiorada. la Torre, ob. circa Mendo-
R. Lust. f. 2. Joh- ra, 2 Ferdinand. 2. Alvari de Antonio Folch de zas.
hanna Manrique de do Vazquez de Luna Come- Cardona Rodriguez, Petri
Rojas, Gomeci f. Cunna, stab. Castel, de Fonseca fil.

XIX.
Ferdinandus Manuel Agnes, ux.
de Villena, *notbus*, Indici
Dn. de Zebico de Lopez de
la Torre, ob. circa Mendo-
an. 1419. Marias zas.
Rodriguez, Petri
de Fonseca fil.

Sanchia nup. **Jobanni** Catharina, Johannes Manuel,
Sarmiento, fratri pri- ux. *Jobannis* Aldoncia Gomeci
mi Com. de Salinas. de Tovar, Suarez de Figuer-
Dn. de Ze- roa f.

XX.
FERNANDUS Johanna Manuel,
Manuel, Dn. de amica Edwardi
CHELFS. Vid. Regis Portugal,
Tab. seq. unde famili Ma-
muelens in Por-
tugall.

Elvira nup. Petro Johanna, ux. *Jobannis* Marina, nup. Baldino Aldoncia,
Maurice Dn. de Zuniga Sotomajor. de Burgundia, Dn. de Fallais.

XXI.

Maria, nup. Elvira, Aja liberorum Mencia, Aldoncia, nup. *Jobanni*
Andrea de Regum Catholic. \ddagger innu- Henriquez de Acuña &
Ribera, demonialis Valli- pta. Portugal, IV Com. Va-
foleti.

XXII.
Aldoncia, nup. *Jobanni*
Henriquez de Acuña &
Portugal, IV Com. Va-
lentuz.

Johannes Manuel, Laurentius Manuel,
Decanus Hispal. \ddagger in juvena,
dein Episc. Siguentiz.

XXIII.

TAB.

FAMILIÆ EMANUELENSIS.

XX.

FERDINANDUS Manuel, Ferdinandus
Manuel de Villena F. Dynasta de Cheles.
†

XXI.

Didacus Manuel Dynasta II de Cheles † . . .

XXII.

Johannes Manuel, III Dynasta de Cheles †
Isabella de Mendoza, Didaci f.

XXIII.

Franciscus Manuel IV. Dynasta de
Cheles † *Helena de Mendo-
za, Petri f.*

Major uxor *Didaci
de Mendoza de Lima.*

Maria, hup. *Christophorus
Ojorio Portocarrero,
Dom. I de Montijo.*

XXIV.

Petrus Manuel, V Dynasta de Cheles †
Isabella Portocarrero.

XXV.

Franciscus Manuel, VI Dynasta de Cheles, †
*Terezia de Lima, Diegi de Mendoza de Lima &
Majoris, amite ipsius magne fil.*

XXVI.

Johannes Manuel, VII Dyn. de Cheles †
Ux. 1. *Catharina de Silva, Francisci V Dom. de
San Fagando f.* 2. *Maria de Montoya, Christop-
horoi fil.*

1. Maria, mo-
nialis in
Elva.

Franciscus Man-
Comendat. de
Mazans, † co-
lebs in pugna
contra Batavos
ap. Malacam.

Balthasar Ma-
nuel, † in
pugna ap.
Cadir 1616.
*Antonia Enri-
quez, Antonia
de Miranda
fil.*

XXVII.

1. Franciscus
† puer.

Teresia, uxor *Vasconis
de Silva, Dom. de los
Leales.*

2. Franciscus Ma-
nuel, VIII Dyn.
de Cheles †
colebs,

*Christophorus
Manuel, IX.
Dynasta de
Cheles.*

Johanna, †
puella.

TAB.

XXIV.

PARS POSTERIOR.

Uxor

XX.

Ux. Major de Silva, Vasconis Fernandez
Dom. de Higuera f.

XXI.

Leonara nupta Franciso de Faro, Alphonsi Comitis de Faro
filio secundo.

XXII.

Christophorus Manuel, Commendator de Moreyra
in Ordine Christi. † Francisa de Castro.

Sanctius Manuel
† improlis.

XXIII.

Franciscus Manuel, Comendator de Moreyra in Ord.
Christi. † Beatrix de Menes, Emanuelis de Abren
de Sonja. f.

XXIV.

Christophorus Manuel Dn. de Alcara pinna
Commendator de Mazans in Ord. Christi. †
Ux. 1. Melicia de Sonja, Georgii Pezenna f.
2. Johanna de Faria, Calfari Gil. Severin fil.

Philippa. Francisca. Isabella.
moniales.

XXV.

Sanctius Manuel, Comes de
Villaflor, Prorex Brasil. †
4 Febr. 1677.
Ux. 1. Anna de Menes & No-
verna, Calfaris de Faria Se-
verin f. 2. Johanna Antonia
de Villena, Antonii Alvarez
de Acunha Dom. de Taboa &
Maria fororis epis. fil.

Emanuel perit
unà cum fra-
fratre Baltha-
fare.

Maria, nupta
Antonio Alva-
rez de Acunha
Dom. de Taboa,

Juliana &
Elena †
puellz.

Beatrix,
monialis.

XXVI.

1. Christophorus Manuel II Comes
de Villaflor.

2. Emanuel de
Villena.

Rodericus
Manuel.

EXEGE-

Kk



EXEGESIS HISTORICA.



Regibus Castellæ, ex Burgundica domo ortis, *Emmanuelidarum quoque stirps*, MANUEL vulgari vocabulo appellata, defluxit, utpote ab EMANUELI, E Infante Castellæ, Regis Ferdinandi III Sancti, filio naturæ minore, condita, sicuti superius Tabula VIII videre est. Emanueli patrimonii loco obvenere, *Agreda, Escalona, Roa, S. Olaya, Cuellaris, Peñafielis*, aliaque, nec non *Villena*, quam à Mauris interceptam Rex Aragonie Jacobus I an. MCLXV. armis recuperavit, & Emanueli genero suo restituit; secundis eidem nuptiis ducta fuit Beatrix Sabauda, qua natus est JOHANNES *Emmanuel*; in hujus gratiam Rex Aragonum Alphonsus IV, cuius sororem in matrimonio habebat, Villenam & alia oppida ei contributa, quæ Valentini regni finibus continebantur, ad dignationem Principatus an. MCCCXXXV extulit. Idem sub Regibus Castellæ Ferdinandō IV, & Alphonso XI regis procurator, prætereaque in Murciae tractu limiti præfectus erat; haec munera Marianæ (a) blandimenta appellantur à Regibus illis *data*, ad conciliandum hominem præpotentem, & auctro ingenio prærogative, ac accepti fide: nihil tamen minus frequenter tumultus citement, & dnoz Reges Castellæ Aragonieque faderis & amicitie simulatione distinxerint, nescilicet uno alienato apud alterum receptus esset. (b) Vicissim verò Regi Castellæ Alphonso ludibriū debuit, cum ei filiam suam, è primo toro unicam, *Constantiam*, adhuc puellam, nec maturam viro, condixisset & tradidisset, quam Rex in eum solūm finem uxorem petierat, ut patrem puellæ à societate cum factiosis inita divelleret, hinc postquam hoc a fecutus esset, illam repudiavit, & genitori reddidit. (c) Ea tamen, quasi prædestinata ad regias nuptias, à Lusitaniae Rege deinde duxta fuit; quæ felicitas sororit quoque ejus consanguineæ, *Johanna*, obtigit, Henrico II, Castellæ Regi, nuptæ. Filius Johannis Emanuellis, FERDINANDUS, blegitimo & quidem posteriore conjugio ortus, & defuncto parente Villenæ regulus, Regi Alphonso in bello adversus Mauros Granatenenses militavit, & obsidione Heracleæ, Regi fatali interfuit. Petro deinde, Alphonsi filio & successore eodem & primo regni sui anno cum gravissimo conflictante morbo, & vulgo proceribusque, uti in Regum orbitate fieri afolet, variis illi successores destinantibus, Ferdinandus *Emmanuel* in præcipiorum numero fuit. Verum, Rege cum valetudine in gratiam redeunte, ille morbo oppressus & sublatus est, *Blanca* filia superstite relista. Defecit in eodem genuina Emanuellum stirps, cuius tamen appellatio à fratribus ejus notis, *Santio* & *Henrico*, propagata est.

SANCTIUS quatuor oppidorum *Infantadi* Dominus audit, & genitor fuit JOHANNIS & FERDINANDI aliorumque. A Ferdinando longa provenit posteritas, quæ in civitate *Ubeda* domicilium fixit, ibidemque in mediocri fortuna ad præfens usque seculum duravit, & fortassis hodieque supereft. *Johannes* Murciae supremam præfecturam gessit, & *Comes Carrionis* à R. Henrico II creari meruit. Monumentum sibi condidit in civitate *Alarez*, cuius ædem majorem facello magnificè exstruxit, & largiter dotato, amplificavit. Ex mulieribus, quarum nomina incomperta sunt, liberos tres, in Tabula notatos, genuit, quos inter ad LEONORAM Carrionis oppidum hæreditate pervenisse videtur: id enim illa Catharinæ Reginæ, Henrici III conjugi, vendidit. SANCTIUS, Johannis filius, sequioris tantum sexusprole reliqua decepsit, lineamque suam finivit. (d)

HEN.

(a) *Lib. XV, cap. 9.* (b) *Id. Lib. XVI, cap. 5.* (c) *Id. Lib. XV, c. 18. § 21.*

HENRICUS *Emmanuel de Villena*, alter Joh. Emanuelis, Dynastæ Villenæ & Escalonæ filius naturalis, primam ætatis suæ partem in Lusitania exegit, quo à sorore sua consanguinea, Constantia, cùm ea Petro I Regi nupsisset, puer traductus fuit. Fecit ibidem militiae tyrocinium, & strenui impavidique animi documenta dedit, uxorem quoque ibidem duxit, & Comitatum *Sintra*, quod oppidum ad Tagrum montem situm est, dominiumque *Caesares* acquisivit. Post excessum Ferdinandi R. Lusit. qui Petri filius, idemque pater gnatae unicæ fuit, videlicet Beatrixis, Johanni I Regi Castellæ nuptæ, cùm circa successionem factiones & contentiones ortæ essent, quæ in bellum exarserunt, Beatrixis partibus studuit, & perfecit, ut Olyssippo, regni metropolis, sacramentum ejus acciperet, id quod in exitum anni MCCCXXCIII incidit. (e) Verum postquam contraria factio quæ Johanni Petri Regis filio notho, favebat, invaluisset, isque Rex proclamatus victoria Aljubarotana regnum sibi asseruisse, discessit Henricus Emanuel in Castellam; ubi pro possessionibus in Lusitania, reliquis oppidi *Montealegre* & *Meneses* cum *Comitis* axiomatice à Rege, compensationis loco, accepit, atque exinde Regibus Castellæ, Johanni I, Henrico III & Johanni II constantem & fidelam operam exhibuit, postremque juventam moderatus est. Porro Ferdinandus Infante, ejusdem Regis tutore & regni administratore, ad capefendum sceptrum Aragonicum profecto, in absentia vices substitutus, & denique regni Castellensis gubernatoribus adscriptus est. Ex legitima uxore filium suscepit PETRUM, qui ad hæreditatem oppidorū *Montealegre* & *Meneses* admisus quidem fuit, sed simplici *Dynastæ* titulo, nec *Comitis*, quo patens usus erat. Uxorem eidem fuisse Johannam, Alphonsi R. Lusit. gnatam, ex epitaphio sepulchri ejus, Pennafieli extantis, constare, & suffragio *Comitis Lucanoris*, in genealogia familie *Emanelenis* ab eo scripta, confirmari, *Alphonsi Lupus de Haro* (f) testatur; Johannam Mantricam vero, quam Petrus Hieron. de Monte in *Lucifero suo Nobilitatis* conjugem illi tribuit, posteriorem fuisse non impugnat. E neutra autem virilis soboles prodit; itaque filia natu maxima MARIA successionem oppidorum dictorum adiit, eamque in familiam mariti sui fortis amplissimæ stirpis Comitum & Ducum Feriae transtulit.

A FERDINANDO Emanuele, Henrici Comitis de Montealegre filio naturali, haud ingloria propago orta est, quam maximè illustravit ejus nepos JOHANNES *Emmanuel*, vir calliditatis acerrimæ, maximaq; in ea solertia & plurimi usus, qui cum Ferdinando Rege Catholicó, quem eadem in arte primum & quasi quandam fuisse Roscium scriptores contentiunt, in arenam descendere ausus est. In exiguo corpore ardentí prorsus ingenio, multoque in dicendo sale fuit; (g) polluit præterea tum facultate polite & expeditissime scribendi, tum mira agendi dexteritate. Itaque Ferdinandus & Isabella Regibus primò ab epistolis erat, (si fas est credere *Varilago*, (h) in eo certè hallucinato, quod nullius eum propria fuisse scriptis) deinde diu legatus apud Maximilianum Cæsarem; (i) idem porro munus in Belgio obiens, in notitia Archiducis Philippi, deinde ad gratiam ejus pervenit, cui etiā postquam is ducta in uxorem Regū Catholicorū filia in Hispaniam iter fecisset, aliud cultum obsequiumque exhibuit, atque ita se dedidit, & partes illius suscepit, ut eum suspicaret Rex Ferdinandus, atque a genero abstrahere conaretur. Ac primum in Germaniam redire jussit injunctas apud Cæsarem Oratoris partes implere mandans. Philippus feceri arte perspecta, ut habent *Marianæ* [k] verbis, discedere non permittit amica vi parata, nisi obtineretur; ac vero majori deinde in gratia fuit omnium arcannorum participes, ac penè arbiter factus. Quia id non sufficerat, magis pollicitus ejus uxori, Catharinam Castellam, non minoris animi feminam, tentare vixit, et, si benignitate prefactis viri animis expugnaretur: multa & magna ipsi & filii promissa. Parva tamen est ea nova diligentia profectum: vir enim apprime sagax maiorem in principe & juvene, & munifico spem reponebat, quam infuse & calido & parco. Itaque Philippo in Belgium reverto ejus commodis in Hispaniam jugiter inferiuit, utque studia procerum erga illum accenderet, aleretque unicè operam dedit; simul ac verò Isabellam Reginam mortem obiisse intellexit, ad illum in Belgium convolavit; ubi omni adinximus est studio, ut nihil cum fecero Philippos pacisceretur, sed ut ille quam primum Castellæ regnis decessere, & ad hæreditati migrare adigeretur; per literas interea ægris Castellensis procerum, res novas cupientium, animis faces subdens, importunus & tardus, acutus iuxta & saga v, eosque Philippi, quem brevi venturum scribebat, expectatione suspensos tenens. (j) Decreta deinde a Philippo navigatione in Hispaniam, cùm is sub exitum anni MDV Middelburgi in Selandia, secundos operiens ventos, aurei velleris comitia celebraret, quibus in Equitum defunctorum locum alios suffecit, Johannes Ema-

Kk 2

neul

- (d) *Alph. Lop. de Haro Nobil. Lib. I. cap. o.* (e) *Mariana Lib. XVIII. cap. 7.*
 (f) *Lib. II. cap. 2.* (g) *Mariana Lib. XVIII. cap. 12.* (h) *La prat. de l'educ. des Princes Lib. II.*
& in Pref. Avertissement. (i) *Gomez de Icb. gesl. Fr. Ximenii L. III. p. 61.* (k) *Loc. cit.*
 (l) *Ideod Lib. cap. 16.*

nucleo honore cum aliis, è sua verò natione primus, honestatus est. (m) Hac dignatione, ferocior, postquam in Hispaniam unā cum Principe redi, colloquio, cuius cupiditate Ferdinandus flagrabat, quantum potuit remoram inject; sed prævaluit tandem Francisci Ximenii, Archiepiscopi Toletani, solertia, qua effectum, ut sacer generque congressi coram, inter se conferrent, neque huic colloquio arbiter Johannes Emanuel interesset. (n) Nihil lo is ea propter mitior, cùm à Ferdinandō Rege secundum cum genero colloquium experte per Ferdinandum Vegam, sibi intimè carum, denuo præmis & promissis prenferatur, respondisse perhibetur; "nolle se beneficium ullum ab Aragonio Rege accipere; quare ne quid amplius obtundat, hanc esse summam, se quamdiu aliquid apud Regem, Philippum gratia ac autoritate valeret, nunquam passurum, ut Ferdinandus cum Philippo in Castella maneat, & simul sceptra moderentur. (o) Prudentia verò Ximenii iterum cedere coactus, parū absuit, quin ejusdem artibus de gradu quoque dejiceretur, Philippo illius consilium de Emanuele Romanū sub specie honoris ablegando auribus admittente. Hoc cum Emanueli pro sagacitate sua subosceret, fortunam reverentius habere & civilitatē modestiamque in consilium adhibere coepit, mente fortassis praefagam mutationis, quæ pauid post repentina Philippi morte incubuit. (p) Tunc rebus suis & Regi Ferdinando graviter à se offenso diffusus, quamvis is multa uteretur dissimulatione, simultaque opportunitas oblatā est, in Belgium se proripiuit, indeque in Germaniam ad Maximilianum Imp. se contulit, à quo pristina gratia & autoritate neutriquam habitus, speque sua delusus & suscepit frustre itineris pertusus in Hispaniam pedem referre cupiebat. Eo consilio datis ad Ferdinandum Regem literis petiti, ut vel eius venia reduci bona pristina reponeret, atque eo loco haberet, quem generis nobilitas & priora merita postularent, vel cum uxore & liberis in Lusitaniam ire concederet; additis minis, facturum se alioquin, quod solent homines desperati. Nullo responso accepto, exul, miseria cooperitus ac profugus, minore quamvis Principis favore, ingenii tamen acumine, dexteritateque agendi, disfidorum inter eos Principes sementem facere, impedit concordiam nunquam destitut; (q) quare cùm in Belgium se receperisset, à Margarita ei præfecta, enixissimis R. Ferdinandi postulationibus vista, in custodiā datus est; quamquam ille ē medio prorsus sublatum maluit. Refert *Varillafus*, (r) Guilielmi Croji, Cevrii Dynalitae, consilio factum esse, ut custodiæ, eique honestæ, includeretur, eo potissimum fine, ne vita periculum vi vel astu ei strucretur, vel ipse suis sibi technis accerferet; hacten cautione offensum malam servatori gratiam post recuperatam ejusdem opera libertatem retulisse, & perpetuam cum eo similitudinem exercuisse. Quidquid hujus sit, id certum est, simul ac de Ferdinandi Regis morte fama in Belgio percrebuit, à Carolo Archiduce, ejus nepote, Johannem Emanuelem ē custodial liberatum, magnō honore habitum, (s) & postea Romam ad Papam Leonem X Oratorem missum fuisse; cum quo nomine Caroli, iam Imperatoris Hispaniarumque Regis, fœdus icit, adversus Gallos, Italia exturbando. (t) Mortuo non ita multo post Leone X, ejusque in locum suffetto Hadriano VI, quo magistri Carolus Imp. in pueritia usus erat, Roma abiit; (u) inde verò ad Venetos eum fuisse, illosque ad fœdus, quod ea tempestate, anno nempè MDXXXIII, cum Cæsare fecerunt, sua potissimum oratione perduxisse, *Varillafus* narrat, nullo fortassis auctore, certè apud præstantissimos illius avi rerum Venetiarum scriptores, Andr. Maurocenū & Paulum Parutam, nulla Emanuelis isto in negotio fit mentio, sed in eo omni Hieron. Adorni primo, eoque defuncto Marini Caraccioli, Oratorum Cæsareorū, operam enituisse illi referunt. Cumque Maurocenus (v) foederis à Rom. Pontifice cum Cæsare initi arbitrum Jo. Emanuelem fuisse commemoraverit; cur diligentissimo & rerum patriarcharum peritissimo scriptori in negotio doméstico silendus erat, causam aliam non video, quam hanc, quod nempè nullæ ejus ibi fuerint partes. Adversatur deniq; *Varillafus Gnicciardinus* qui jamanno 1522 Jo. Emanuelem qui summa cum autoritate Cæsaris Romæ orator fuerat, ex Italia discessisse, diserte refert. (x) Quousque vixerit, numque facello; quod Pennafiel ab ipso conditum, atque anno 1535 exæditicatum esse ex inscriptione ejus apud *Lupin de Haro* (y) constat, ultimam superstes impoferit manum, non satis exploratum habemus. In numero sororum ejus *Athonia* recensetur, quam aucto modò citatus *Dynastæ de Molembais* in Flandria nuptam fuisse tradit: erat Dynastia ita tunc penes familiæ Lan-

(m) *Gerb. d. Roo Hist. Antqr. Lib. XII.* (n) *Gomec. Lib. III. Marian. L. XXVIII. cap. 21.*(o) *Gomec. loco cit. p. 73.* (p) *Ibid. p. 76.* (q) *Mariana Lib. XXIX. cap. 12.*(r) *Loc. supradictum.* (s) *Gomec. de reb. Ximen. Lib. VI. p. 170.* (t) *Gnicciard. Hist. Ital. Lib. XIV. Iovini vit. Leon. X. Lib. III.* (u) *Gnicciard. Lib. XV.* (v) *Hist. Venet. Lib. I.*(x) *Hist. Ital. sub init. Lib. XV.* (y) *Loco cit. p. 97.*

Lanoianam, è qua nullum reperio, qui uxorem ex Emanuelensi familia habuerit; neptem vero Jo. Emanuelis è forore Maria, Margaritam Burgundam, Philippi de Lannoy, Domine Molembais matrimonium tenuisse certum est. Liberos ille utriusque sexus bene multi habuit; è maribus natu minimus LAREN IUS in dominia & latifundia à parentibus acquisita successit. Fuit idem Commendatot major Ordinis Alcantarenis, atque Imperator Carolo in bello Turcico meruit, pater RÖDERICI Emanuelis, Commendatoris Almoguerensis in militia S. Jacobi, nec non militum prætorianorum ap. R. Philippum II præfecti, cum quo sine prole mortuo familia defecit, opesque ejus ac possessiones ad Comites Valentiae & Dukes Nageræ, ab amita Roderici Adoncia ortos, devolutæ sunt: erat quippe Adoncia Emanuelis, uxori Comitis Valentiae è stirpe Acunensi, gnata unica, Adonia, quæ Johanni Marico, tertio Nager Duci, nuptiū locuta fuit.

AD TAB. XXIV.

A FERDINANDO, Ferdinandi Emanuelis de Villena filio natu minore, Emanueli-
dānum in Lusitania familiā, opibus atque honorib⁹ hodieque insignis, condita est, ejus li-
neas duas Dynastiarum nempe Chelesiensis civitatis & Comitū Villæfloris Tabula XXIV
recensumus, ex Historia Silvana Lud. Salazari excerptas. JOHANNES tertius Chelesiæ
Dynasta oppidum hoc ē loco, quo antehac positus fuerat, in eum quo nunc conspicitur,
translocasse, arcem in eo extruxisse, & ædem sacram dotalisse anno 1522 eodem in opere
memoratur. (z) Illo temporis articulo, quo laudatus autor scriptio citati operis se oc-
cupabat, CHRISTOPHORUS, nonus Chelesiæ Dynasta spem familij sustentabat, dux
legionis, quam Alcantarensem vocant. Alterius linearis conditor CHRISTOPHORUS,
Johannis supradicti, filius natu minor, cum Ordini sive militiæ, cui à Christo nomen est,
nobilissimæ in regno Lusitanico, à Rege Dionysio an. 1318 institutæ, se aggregasset, Mo-
reiræ præfectura, Commendatoris titulo ornatus est, præfuitque præterea cattro Portel, quali
munere fungente Hispani Alcayde Major appellavit, FRANCISCUS ejus filius, ea-
dem, qua patens dignatione in Ordine Christi fuit, hocque statu CHRIS TOPHO-
RUS Alcarapinæ Dominus, Commendatoris de Mazans honore in dicta militiæ usus est. Ex
ejus filiis natu maximus FRANCISCUS paternam præfecturam & majoratum
tenuit, multorumque annorum spatio in India stipendia fecit & classis in Ma-
lacarector adversus Batavos fortiter dimicans mortem oppetit. BALTHASAREM
& EMANUELEM in improspero apud Gades præflio maritimo undæ hauserunt. SAN-
CTIUS adhuc adolescens militiæ Johanniticæ sive Melitensi nomen dedit, qua deinde re-
licta in Flandria Magister equitum meruit, atque etiam in Germania egregia stipendia fecit.
An. 1638 in Brasiliam traxit, & munere supremi excubiarum præfecti (Serg. nro. Major) ibi
functus est. Facta postea rerum in Lusitania conversione novo Regi Johanni Bragantino
præflio adfuit, ejus copias in provinciis Beyra & Arente rexit, atque ab eo inter Confiliarios
Status & Belladictus, gubernator Cancellariæ Portuensis & Comes Villæfloris creatus est. (a)
Sub Alfonso Rege, Johannis F. Elvum à Castellensibus obsecsum strenue defendit, navata-
que ibi feliciter opera ad imperium armorum in Transtagana regione gradum sibi struxit;
Ebora deinde neglecta & clade aliqua ab Hispanis accepta contractam labem insigni opera,
in confliictu ad Odigebense flumen nec non in decretoria Canaliensi pugna, qua plena Lu-
sitanis victoria de exercitu Hispanico, cui Johannes Austriacus præerat, an. 1663 parta est,
præstata, prætereaque Ebora recuperatione, expunxit. (b) Pace inter Hispaniæ Lufita-
niaque Reges sancta Brasilia imperium, Proregis titulo, delatum Sanægio fuit à Petro Prin-
cipe tunc regente, sed quo minus id suscepit, morte preventus est, supremum enim diem
Lisbonæ obiit. In Ordine Christi Commendatas quatuor tenuit, præfuitque turris Belen
& civitati Alegrete; atque in hac præfectura filium Emanuelem successorem habuit, in Comi-
tatu autem Christophorum natu maximum.

In Siciliam etiam ex Emanuelidarum stirpe traducem translatum fuisse, ejusque propa-
gine etiam nunc ibi superest Filadelphus Mugnos in Theatro Genealogico familiarum Sicu-
larum ex Jo. Sanchez Historia vita Petri Regis Aragoniæ & Siciliæ, refert: Nimirus E-
manueli, Castellæ Infanti, qui universæ Emanuelidarum gentis autor fuit, filium quoque
tribuunt Alphonsum Emanuelem susceptum ex Nuna nobili foemina Toletana, & dona-
tum à genitore oppido Elche. Is in matrimonio habuissè dicitur gnatam Johannis Gon-
zalez de Ucero, atque ex ea genuisse Fridericum Emanuelem nec non Coralium Rudol-
phum Emanuelem; quorum posterior Petro Regi Aragoniæ in occupatione Siciliæ ope-
LI ram

(z) Lib. V, cap. 7. (a) Op. cit. Lib. VI, cap. 7. (b) Anton. Passarellus de bello Lusitan. Lib. VIII,

ram strenuam commodaverit, ibique castrum Trapanæ & uxorem Marianam de Siger, accepit, genitor Bartholomæi, Coraldi & Johannis Emanuelium. Postremi propago exmarcuit æque ac primi, cuius posteri opulentii ac potentes fuisse prædicantur, & in Antonino Emanuele, Honofri filio, defecerunt; gnata ejus unica ac hæres Euphemia, primus Francisco Ventimiliæ, dein Nino Taliaviae Baroni Castræ Vetrani nupta fuit. A Coraldo Emanueles in civitate Marsala viventes sanguinem ducunt, ob divini humanijs juris scientiam aliasque artes togatas, quas frequenter excoluerunt, in laude & honore versati.



STEM-

STEMMATIC DESIDERIANI

STIRPS VIII, sed insititia, nempè CERDANA,
COMITUM ET DUCUM DE MEDINA CELI, MAR-
CHIONUM D'E COGOLLUDO &c. MAGNATUM
HISPANIAE.



Cutum hic delineatum à Comite primo Medinæ celineæ ascitum & à posteris retentum fuit in honorem maternæ originis, quam trahunt a Ferdinandō Infante Castellæ, qui primus Cerd cognominatus est; eratis filius Alphonſi X Regis Castellæ & Legionis natus ex Blanca Ludovici Sancti Regis Galliæ filia, undeque insignium regnorum Castellæ & Legionis cum tesserā regni Galliæ conjunctio repe-
tenda.

FAMILIÆ CER

I.

MOSES BERNARDUS DE BEARNIA ET
FUXIA [Foix] Gastonis III cogn. Phœbi, Comitis Fu-
xiæ, Vicecomitis Bearniaæ filius naturalis, COMES
MEDINÆ CELI, cr. 1371.

II.

Gasto de Cerda, II, Comes Medinæceli, Dn. Portus St. Mariz
& oppidi Huelvæ.

III.

Ludovicus de Cerda, III, Comes de Medinaceli, Dn. Portus
S. Mariz.

IV.

Gasto de Cerda II, Comes IV de Medinaceli, Dn. Portus S. Ma-
riz, & oppidi Cogolludo.
Leonoræ de Vega & Mendoza, Inici Lopez de Mendoza, primi March. de
Santillana f.

V.

Ludovicus de Cerda II, Comes V, & Primus DUX de Medinaceli,
cr. 1491. † 25 Nov. 1501.
Ux. 1 Catharina Lafo de Mendoza, Petrif. 2. Anna de Navarra,
Caroli Principis Viana fil. natur. 3. Catharia Bique de Orcion.

VI.

2. Leonora de Cerda &
Navarra ux. prima
Rodericu de Mendoza,
primi March. de Cenete.

3. Johannes de Cerda, II Dux de Medi-
naceli, Com. Portus St. Mariz, Dom.
Cogolludi. † 1544 d. 20 Jan.
Ux. 1. Mencia Manuel Alphonji de Por-
tugal, Com. de Faro & Mira, fil.
2. Maria de Silva, Jobannis de Silva III
Com. de Cifuentes f. 1512. † 1544. 16
August.

Johanna, Isabella, no-
nōtha, uxor. tha, nup.
Alphonji de Petro Zap-
Mendoza, Eq. ta de Ayala.
S. Jacob.

VII.

1. Ludovicus de Cerda,
Inus Marchio de Co-
golludo, † improlis.
Anna de Mendoza,
Diegi Hurtado de
Mendi, III Duc, In-
fantad. f.

1. Gasto de Cerda,
III Dux de Med.
Celi, M. de Co-
golludo, C. de
Puerto de S. Ma-
ria † ca-
lchs.

2. JOHANNES
de Cerda, IV.
Dux de Med.
Celi, Vid.
Tab. seq.

2. Ferdinandus de Cerda
Eq. Alcazar. Comi-
tendator Espanago-
se. Anna de Ber-
nemicourt, Caroli
Dom. de la Thieu-
loye fil.

2. Catharina de
Cerda, nup.
Laurentio
Suarez de
Mendoza, IV
Com. de
Corunna,

2. Luisa de
Cerda, nup.
Arie
Pardo
Dom. de
Mala-
gon.

VIII.

Maria de Cerda, ux.
Alphonsi Tellez Giron,
filii primog. Comitis
de la Puebla,

Anna Florentia de Cerda, nup.
1. Henrico de Mendoza & Aragon.
Eq. S. Jac. 2. Garcia Hurtado de
Mendoza M. de Cannete. 3. Anto-
nio de Leyva, March. de Atela.

Catharina de Cerda,
nup. 1. Antonio de Lu-
na, Com. de Fuentiduen-
na. 2. Francisco de Vil-
lalacis, Eq. S. Jac.

Ludovicus
de Cerdá,
nothas.
Jesuita,

XXV.

DANÆ PARS I.

Uxor: Isabella de Cerdæ, Ludovici Cerdæ, Comitis Claromontil
in Gallia & Leonoræ Guzmanniæ filia, Roderici Alvarez de
Asturia vidua, ducta circa an. 1367.

137

Ux. Mencia de Mendoza, Petri Gonsalvi de Mendoza, Dom. Hite & Br-
tragi fil.

II.

Ux. Johanna Sarmiento, Didazi Perez Sarmienti, Supremi Prefecti Gallicie
filia.

III.

Johannes de Cerdæ, Dn.
Turris quadratz, à
quo posteritas.

Maria de Cerdæ, nupta Johanni
Alfonso de Guzman, primo Ducis
Medina Sidonie.

IV.

Johanna de Cerdæ, uxor Alvari
de Mendoza, primi Comitis de Ca-
strogeriz.

Inicus Lopez de Cerdæ & Mendoza
Dn. de Mandajona,
Brianda de Castro, Garcie de Castro, Dn.,
de Castroverde fil.

V.

Alphonsus de Cerdæ
nothus.
Catharina Gomez, Pe-
tri Gomez, Dom. de
Fioz fil.

Petrus de Cer-
da, nothus,
Maria de Zu-
niga, C

Anna de Cerdæ,
ux. Diegi Hurtu-
di de Mendoza,
primi Com. de
Melito.

Ludovicus de Cerdæ, Dn.
de Mandajona,
Francisca de Mendoza Inni-
di Lopez, Ildi Ducis Infanta-
di fil.

VI.

Petrus de Cer-
da, I.
Martina de Cer-
da, notha, mo-
nialis Guada-
laxare.

Ludovicus de Cerdæ,
Francisca de
Torres, Johan-
nis Dom. de
Roitortillo.

Martina de
Cerdæ, nup.
Alphonso de
Granada,

Ludovicus de Cerdæ
fine lib.
Maria Ojorio,
Dom. de Villacis,

Brianda de Cerdæ uxor
Diegi Comes Sarmiento
de Villandrando, III Com.
de Salinas & Ribadeo.

VII.

Ferdinandus
de Cerdæ,
nothus Eques
S. Jacobi.

Ginefa de Cerdæ, uxor
Johannis de Torres, Dom.
de Roitortillo, matrelis
fui.

VIII.

Mm.

T A B.

FAMILIÆ CER

VII.

JOHANNES II. DE CERDA, IV DUX de Medina Celi,
Marchio de Cogolludo, Comes Portus S. Mariæ, Johannis I^{us}
de Cerdæ III, Ducus Med. Celi & Medinæ de Silva F. Prorex Sie-
lie & Navarræ.

VIII.

Johannes III de Cerdæ, V Dux de Med. Celi, &c.
Ux. 1. Isabella de Aragonia, Antonii II Duci de
Montalto fil. 2. Joanna de Lama, Marchionissa de
Landrada, Gabrielis de Cueva, V Dnc. de Albunquerque
vidua.

Sanctius de Cerdæ, Marchio Lagunæ,
Eq. Alcantaræ.
Ux. 1. Agnes de Zuniga, Dom. de Billoria,
Bernardino de Cardenæs, Dom. de Torralva
vid. 2. Maria de Villena.

IX.

1. Johannes Ludovicus de Cerdæ, VI. Dux de Med.
Celi, Eq. Aur. Velleris, † 24 Novembr. 1607. zt. 38.
Ux. 1. Anna de la Cueva, Gabrielis V Dnc. de Albunquer-
que fil. 2. Antonia de Toledo & Davila, Gomezii II
March. de Villada fil.

1. Antonia de Cerdæ & Aragonia
nup. Bernardino Manrique
March. de Aquilar.

X.

1. Joanna de la Cerdæ & Cueva
nup. Antonio de Aragon. &
Morcada, V Duci de Montalto,

2. Antonius Johannes de Cerdæ, VII Dux de Medina Celi,
March. Cogolludi, † 1671.
Anna Maria Henriquez de Ribera Portocarrero, Marchionissa de
Alcala de Alameda, & heres Ducatus Alcala, Marchionissa
Tarifa.

XI.

John Franciscus de Cerdæ & Henriquez de Ribera, VIII
Dux de Med. Celi, VIII Dux de Alcala, Comes Portus
S. Mariæ, March. Tarifa & Cogolludi, &c. Supr. Præ-
fector Andaluzia, &c. Eques Aur. Vell. Supr. Minister
Satus-in Hisp. † 19 Febr. 1691. Catharina de Aragon,
Sandoval Folch de Cardona & Cordova, VII Dux. Segorbia &
Cardone, V Dnc. Lermæ, March. de Comares & Denia, Com.
de S. Gadea, Prades & Empurias, &c. Ludovici Ramon Folch
de Arag. & Card. VI Dux. Segorb. & Mariane de Sandoval III
Dnc. Lermæ fil.

Antonia Maria
de Cerdæ, nup.
Caspar de Haro,
Duci de Carpio
March. de Liche.
† 16. Januar.
1670.

Anna Catharina de
Cerdæ, ux. Job.
Thome Henriquez
de Cabrera XI Ad-
mir. Capl. VII Lnc.
Medina de Riofoco.
† Mart. 1697.

XII.

Anna Maria & Mariana
in prima æ-
tatæ mor-
tuz.
Felicia de Cer-
da & Aragon.
Ux. .
de Cordna VII
March. de Prie-
go.

Ludovicus Franciscus
de la Cerdæ & Arag. IX
Dux Med. Celi & Al-
calz, VII Segorbia &
Cardonæ, VI Lermæ &c.
Prorex Neapol.
Maria de las Nieves Giron
& Sandoval, Casparis Tel-
li Giron V Dnc. Ojuna
fil.

Antonia de
Cerdæ & A-
ragon, nup.
Melchiori de
Ganzian.
Filio March.
de Vallaman-
rique, 1676.
† 15 Aug.
1679. i

Anna Catharina
de C. & Ar. nup.
1. Pedro de Arago-
nia avunculo suo
ux. Fran-
cisco 1630. 2. Jo.
cifci Ver-
silia Henriquez
de Cabrera XI Ad-
miral Capl. VII
Lnc. Cueva,
Duc. de Medina
de Riof. 1697.
Johannæ
de la
Cuer-
na de
Ailn-
queria.

X X V I.

DANÆ PARS II.

Uxor: Joanna Manuel, Sancii de Noronna & Portugal,
Comitis de Faro & Mira fil.

VII.

Gislo Cerdá per- rit puer in pr. nav. ap. Gerbi- nius 1560.	Maria de Cer- da, nup. Auto- mno Aragonio III Duci de Montal- to.	Angela de Cerdá, ux. Petri de Luna et Peralta Duxis de Bibona.	Blanca de Cerdá, ux. Ferdinandi de Silva, VI Com. de Cifuen- tes, 1571.	Catharina de Cerdá, nup. Francisco Co- mez de Sandoval et Roxas, primo Dux Lerme.
----------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------------------

VIII.

2. Gonfalus de la Lama & Cerdá, March.
de Ladrada.
*Catharina de Leyva, Petri de Leyva, Presedi
trirenum Sicul. fil.*

Maria de la Cerdá & Lama
uxor Hurtadi de Mendoza
filii March. de Canete.

IX.

Johannes de la Lama, Cerdá & Leuyva March. de La- drada.	Petrus.	Sancius.	Catharina.
Obüi Otho anno MCXI à Romanis interfactus, cùm proprium equum Imperatori Henrico IV, de vita inter confertos hostes periditanti, traderet, id quod Petrus Diaconus & Baronius literis mandarunt. (i) Uxorem Othonis *Lucretiam Bern. Corius* (k) & Leander Alberti, (l) regia Prætorum stirpe fatam, & matrem fuisse perhibent *Andrea & Widouij*; illo natum esse ajunt *Galoanum*, qui Friderico Barbarossa imperante principatum Mediolani tenuerit, *Comes Anglerie* dicitus, paterque *Viviani*, post excidium patriæ profugi. Veteribus econtra tabulis probant Vicecomites Othonem ex *Lucretia, Ugonis Comitis*, qui dicebatur de *Stampagnata*, liberorum in scheme nōstro enumeratorum patrem factum esse, Widonemque inter eos stirpem propagasse per filium OTHONEM Vicecomitem, cui Conradus Romanorum Rex secundus, Germanorum Tertius, in memoriam avi ejus homonymi pro fidelitate regni à Romanis interfecti, curtem Maximi cum ejus pertinentiis in beneficium dedit, & infuper *forum de Albuciajo & Befate* confirmavit, & corroboravit diplomate, an. MCXLII dato.

Othoni modo dicto quatuor tribuuntur filii, videlicet *Otho, Ubertus, Eriprandus & Joannes*. (j) JOANNULUS. ERIPRANDUM Episcopum Vercellensem fuisse ferunt, eundem nempe, quem Ughellus Aliprandum vocat, atque an. 1208 electum, & ab Imperat. Ottone IV, cum ei in Italiā adventanti honoris ergo obviam profectus esset, *Archicancellarium* factum anno 1213, VI Kal. Oct. factō cessisse refert. (m) JOANNULUS duos habuit filios, *Ubertum & Vicecomitem*, qui anno 1218 die prima Septembbris interfuerunt testes protestationi factæ favore monasterii majoris coram Vicario prætorio; ex eis VICE COMES anno 1216 consil Mediolanī erat, UBERTUS in quadam conventionis tabula anno 1221 scripta *Civis Mediolani & Placentini* dicitur, ed quod nonnulla bona in agro Placentino, quæ patruis ejus cognominis à Beneficialibus templi Sancti Antonini Urbis Placentiae in emphytevism anno 1266 acquisiverat, posseidebat, paterque fuisse fertur cum aliorum filiorum, tum in primis T H E O B A L D I sive T H E D A L D I, in Pontificem Romanum anno 1271 sub nomine *Gregorii X* electum. At verò in dubium istam modo dicti Papæ genesin alii vocant, obseruatumque fuit *Ang. Oldoino*, auctori additionum ad Ciaconii Historiam Pontificum & Cardinalium, (n) signa gentilitia, & obita publicè munera domi forisque dissimilia penes Mediolanenses & Placentinos Vicecomites, discrimen facere inter utramque familiam; prioribus quippe pro tessera boam illam tortuosa esse, his verò murum pinnatum cyanum cum area superne minio tincta. Electus est *Gregorius X*, Thedaldus anteā dicitus, in locum Clementis IV postriū propè annorum interregnum, ex discordia Cardinalium ortum, cuius pertactum Johannem Episcopum Portuensem festivo & lepido in socios verbo dixisse *Pap. Massoni* (o) memoriae prodidit, *domum, in qua elelio heret, testa & lateribus undandam, ut facilior ad eos corrumque mentes aditus Spiritui S. fieret*: & detectum re ipsa palatiū, Viterbiense, ubi congregati erant Cardinales, prætereaque quotidianum vīctum eis diminutum fuisse, nec tamen frangi potuisse diuturnam eorum pertinaciam *Oldoinus* memorat. (p) Ad extremum sex compromissarii constitutis Roma Pontificem, quem diximus, nata est, hucusque Archidiaconum Leodiensem, tunc autem in Syria agentem. Is scandalo, quod ex longa sedis Romanæ vacatione oriri solet, remedium aliquod allatus, in sy nodo Lugdunensi, quam anno 1274 celebravit, sacra Cardinalium Comitia novis ac severioribus legibus circumscripsit. Prohibitam eam post se reliquit famam, ut mortuum successor, Innocentius V, divinis dignum honoribus deputaret. Habuit ex fratre nepotem, *Johannem Vicecomitem Placentinum*, qui *Cardinali & Episcops Sabinenis* creatus, anno 1278 Romæ fatis concessit.

Prig-

(i) *Petr. Diac. Chron. Cassin. Lib. IV. cap. 45.* *Baron. Ann. Ecclesi. Tomo. XII.*(k) *Hist. Med. Parte I.* (l) *Descr. Ital. p. 433.*(m) *Italia Sacra Tomo IV, p. 1101.* (n) *Tomo II. pap. 189.*(o) *De Episc. Rom. p. 248.* (p) *Op. cit. p. 190.*

Principatus, quem Vicecomites in Civitate Mediolanensi, & omni prope Lombardia indeptis sunt, fundamenta jecit OTHO, Uberti filius. Hic per dissidia & bella civilia patriæ ejus Romanam se contulit, ibidemque in familiam Cardinalis Octaviani Ubaldini susceptus probitate & industria tantam sibi famam ac benevolentiam conciliavit, ut Antifite Mediolanensi, Leone Perego, in exilio, quod ob Martini Turriani, patriciis infestissimi, tyrannidem subierat, an. MCCLXI mortuo, & scissa in factiones civitatem, dum quidam Raimundus Turrianus, alii Francicum Septalam Archiepiscopum cuperent, ipse tertius à Papa Urbano IV ad sacram illam dignitatem denominaretur. Verum à Mediolanensibus & Turrianis, (qui tunc potestate apud eos præpollebant, & in partium sanguinaria dissensione, qua Italia univera Ghibellinorum & Guelphorum appellationibus erat incensa, Guelphicæ factio[n]i addicti erant, cum ècontra Ghibellinacm Vicecomites sequerentur,) repudiatus, illamque capessere prohibitus, vim vi armis arma opposuit, & post longa certamina cùm sexies infelicitate pugnasset, & septimo demum prælio decretorio, apud *Decimum* vicum de 21 Jan. MCCLXXVII commisso, vicit discessisset, hostibus ad internacionem, cæsis, & Sacerdotio & imperio potitus est. Postea cum utrumque clementia constantiaq; & bonis pacis artibus sibi firmasset, rempublicam ordinasset, æmulosque ac adversarios vel regisisset, vel procul amovisset, civilem potestatem omnem in MATTHÆUM Vicecomitem, ex fratre ipsius ortum, virum perspectæ virtutis & gloria militari illustrem, transfluit, & vergente senecta in cœnobium Clarevallense secessit, ubi octoginta & octo annorum Nestor naturæ debitum persolvit. *g)*

MATTHÆUS Vicecomes, *Theobaldi*, quem in bello, inter patrum ejus Othonem & Turrianos gelto, captum ac decollatum fuisse *Mernla* refert, (*r*) filius, imperio urbis patriæ, ac propatruo fibritadito, moderatè usus est, cide[m]q; vicinas civitates, videlicet *Alexandriam*, *Dertoniam*, *Novariam* & *Vercellas* adjunxit, Wilhelmum Montisferrati Marchionem, æmulum suum, vicit & ditione exuit, *Commun*, civilibus agitatum discordiis, interceptis, gloriam ingentem potentiamque summam non tam armis quam confilio, & auro magis quam ferro, consecutus est. Septennio verò ab Ottonis morte elapso ab illa ipsa fortuna, qua adipirante cuncta prosperè ha[ec]tenus gesserat, desertus, & post Dertonam, Novariam Vercellasque amissas, à civibus etiam & propinquis subita conspiratione oppressus, atque in primis Alberti Scoti, Placentiae Domini, perfidia circumventus, abdicatione imperii salutem pacisci, exiliumque & proscriptionem pati coactus est. Eam adversitatem mira constantia, integra novenni spatio, toleravit, nec licet fenex, miser atque inops, & à cunctis domesticis amicisque derelictus, animum despondit; imò bona spe plenum & erectum usque habuit. Fertur in ignobilibus vicis inter lacum Benacum & Athesin amnem latitas se, retiæq; texendo & piscando tempus fecellisse; cumque ita in rivis oberraret, die quadam in eum, incurrit se quendam ex familia Vidi Turriani, hostis sui, tuncque postlimiō Mediolani tyrannidem exercentis, ab hoc ipso emissum, ut in opere & profugo illuderet; huic interroganti, quidnam solus hic loci medietetur agatque, respondisse; retiātendo, idē solus, ne quis pescant obstrepat: porrò diaeta, scire cupit Vidi Turrianus, qua via quoque tempore, reddi patriæ & pristinae dignitati spes, regessisse: eadem, qua exivi, & quamprimum inimici mei sclera peccatis meis præponderaverint; in præcepstunc ille forsitan agetur iego verò sublimia repeatam. (*s*) Nec sanè vanus sibi fuit vates, nec tantam fiduciam eventus destituit: verše enim iterum sunt rerum vices, sañtumque est fatali discordia, inter Vidum & Castonum Turrianos, quodrum hic Archiepiscopus, ille Princeps Mediolani erat, orta nec non opportuno Imp. Henrici Lucemburgi in Italiā adventu, ut Matthæus Vicecomes in patriam pristinumque locum restitueretur; Turrianis denuō illa ejusq; in perpetuum, & Bergomum Vallemque Sassinam abactis, ubi amplissima familia, per omnem Europam diffusa, Comitum ac Principum de Turre & Tassis, ab eis condita est, quam Fr. Zazzara & Gabr. Bucelinus scriptis suis celebrarunt, Julius Chifletius peculiari opere excoluit. Ceterum Matthæus patriæ, summaque in ea potestati reditus, prætereaque Vicarii Imperialis titulo auctus, decem iterum annos imperium tenuit, quo spatio multas è vicinis urbibus recuperavit, adversiorum principes cepit, opesque attrivit, & civium fuorum voto major factus, perque omnia fortunam hominis egressus, virtute ac inveterata prudentia Magni cognomentum implevit; invidiam tamen superare nequivit, quæcum extrema aetate novo bello, à fautoribus Guelphicarum partium concitat, involvit, & Jovis Capitolini fulmi-

Tt

ni

(q) *Mernla. Calibus. Jovis in vita Ottonis Vicecom.* (r) *Lib. V.*

(s) *Mernla Lib. VII. Calibus Lib. XIX.*

ni caput ejus objecit. Præsidio & ornamento illi fuere liberi, quos præcipue quinos in utroque sexu habuit; gnatas splendidiis matrimoniiis auctas, filios magnis quoque affinitatis bus pollentes, & paternis veltigiis gnaviter insilentes, qui postquam genitori senecta confecto, & in Crescentiaco cœnobio, quod XXX ferè stadiis Mediolano distat, defuncto, oculos clausiſſent, ac suprema clam magis, quam publica pompa, perſolviffent, suo quisque loco personam suam decenter sustinuere, remque publicam pulchrè ac strenuè gefere, & donec concordes erant adverſariorū certaminibus inconcussi steterunt. Sed piorumque propago in ſecundo tertio gradu emarcuit; folius STEPHANI, qui natu minimus inter fratres fuos erat, posteritas diuturnitatē eſt aſſecuta, è qua *Duxes Mediolanenses*, opibus copiis que affluentes, & potentia plurimū per omnem Lombardiam valentes, provene-

run. GALEACIUS Vicecomes, Matthæi Magni filius primogenitus, novum id nomen[;] deinde verò familiæ ſuæ frequens, à matre per jocū accepit, quum ea, *Jovio* in ejus vita reſerente, fortè in multo gallorum cantu enixa puerum apertis oculis altè vagientem *Gallacij* appellasset, idque arridentes ancillæ ſæpè repeterent, nec abnueret pater, tanquam ab ave Martia militari augurio jucundè accepto, idque præfertim insigni eventu fortuna comprobante, quod ea nocte pueri naſci contigifſet, qua felici prælio 1277 ad *Decium* viū interfecit aut capti Turrianæ familiæ proceribus ab Othono parta eſt ea insignis viſtoria, quæ etiam principatus initium fuit. Nec verò, quod ab eodem autore notatum eit, puer augurii fidem feſſell, quum singulari vigilantia, generoſo ſpiritu, atque indomito vigore, pugnacis animi ſuperbum & ferocem gallum æmularetur, & conspicua quædam alludentis naturæ dona hos mores adornarent: multo quippe rubore ſuffuſa facies, flagrantes oculi, ſub crifta & fulva caſaries, & lato in peſtore erecta cervix maximū futuri ducis ſpeciem redabant. Simulac itaque bellī patiens erat, in caſtris paternis verſatus, plurimisque expeditionibus exercitus eſt, quæ ob vigentia illa tempeſtate odia faſtoſarum civitatum, & Turrianorum ſtudia, quibus Guelphicarum partium duces nitebantur, frequentiſſime ſe dabant. Ad gloriā & supremum militiae gradum graſtantem præclarum apud Mortariam factum extulit: quum enim ex prætura Novariam obtineret, repentina Guelphorum conjuſratione expulſus, ſumma celeritate coaſto exercitu adverſarios proſfigavit, confugiētesque Mortariam, magna vi expugnato oppido, penitus delevit, tanto terrore hoſtibus illato, ut Matthæo patrē dux acrior ac felicior crederetur. Iſto poſteā exultante Galeacius in Galliam transiit, ibidemque adverſus Britannos egregia fama militavit; in Italiam autem reverſus Aetio Atestino eo bello, quo Pelagura Cardinalis Ferrariam oppugnavit, fortem operam exhibuit. Aetii quippe foroem *Beatricem* in coniugio habebat, quæ novem annis ipso major anteà Nino Galluræ, Pifano primati, & in Sardinia Regulo, antiqua stirpe & multis diuitiis claro, nupta fuerat. Tarviiſ deinde præturan obtinuit à Ricardo f. Gerardo Caminate, ejus urbis domino, qui Johannam, ejus privignam uxorem duxerat. Patre in pristinum imperium reſtituto, ab Henrico Imperatore Placentinis præfectus, atq; à Ludovico, ejus ſuccelfore, procuratione perpetua Placentiæ, Cremonæ & Cremæ auctus eſt. Post excessum parentis caput rerum factus, Mediolani ſociarumque urbium imperium adverſus ciuium morus & vim extenorū hoſtium ope Marci Vicecomitis, fratri ſui, strenuè ſibi vindicavit, & atritius conjuſrorum nec non Pontificiorum rebus afferuit. Verum ejusdem Marci invidia, quia is erga fratrem ardere coepit, & obtreſtationibus malevolentissimis, ab Imp. Ludovico pronis auribus acceptis, in diſcrimen omnium fortunarum adducti ſunt Vicecomites: Imperator enim Galeacium filiumque ejus ac fratres omnes, ſolo Marco delatore excepto, ſubito atque improvifo comprehenſos in Modoetensem arcem includi juſſit, & principatu coruim ſublati, Mediolanum ſociasque urbes in Romano-Germanici imperii ius ditionemque redegit, id quod anno MCCCXXVII mense Julio factum eſt. Proprio autem gentis fato parum diuturna iſta fuit calamitas & captivitas: nondum enim elapſo anno interceſſione Caſtrucii Ducis Lucensium & Pitoriensium exoratus Cæſar è custodia educti Vicecomitibus libertatem reddidit, atque ad ſe in Etruriam veniendā potefatatem fecit. Eo in itinere Galeacium moerore abſumtum fuiffe *Josephus Ripamontius*, Calchi continuator, refert, *Jovine* verò in obſidione Pitorii, à Florentinis intercepti, Caſtrucio strenuam gratitudinis ergo operam navantem, perpetuis laboribus & caloribus Auguſtimensis uisque adeo defatigatum fuiffe memorat, ut in febrim malignam inciderit, qua ingraveſcente ad Pifiam oppidum leſtica delatus, ibidemque extinctus, & Luce funeratus ſit, quum ageret alterum & quinqueſimum ætatis annum. (t)

ACTI-

(t) *Jovis in vita Galeacii. Merni Lib. X, Ripamonti, Hisp. Mediol. Dec. III, Lib. I.*

ACTIUS *sive Azzo*, Galeacii filius unicus in exilio natus & educatus, simul ac arma in-
duit haud degeneris animi, impavidique spiritus specimenia multis magnisque occasioni-
bus præbuit; inclaruitque in primis victoria apud *Altopassum*, que duce quidem Castruccio,
sed egregia opera ipsius adjuto, adversus Cardonium, Pontifici exercitus imperatorem,
an. MCCCXXV parta est. Eam omen præcessisse *Jovis* ex Petrarcha refert; nimurum
dum forte Actius in ea expeditione equo descendens requiescit, ingens viperæ nullo comi-
te advertente in galeam juxta positam irrepit, quam quum mox capiti reponeret, sinuoso
quidem & horribili sed prorsus innocuo lapsu per decoras interriti juvenis genas illa de-
scendit; atque inde originem viperini digmatis, quo Vicecomites in scutis utuntur, non
nulli, falso derivarunt; eo etenim jam antea illi usi erant, nec alioqui causa in omen illud
accidentem trahendi prætò fuisse. Post excellum genitoris Actius ruinæ familiæ in primitu-
num habitum reformatæ aggressus est, successu tam felici, ut recuperato dominatu imperii
fines paucis annis latè protulerit. Nimurum postquam recepta cum patre patruisque
libertate, illoque vivis exento apud Ludovicum Imperatorem pecunia, cuius summam ad
quindecimmy riades ascendisse *Jovis* refert, perfecisset, ut Mediolano *Vicarii Imperiali* titu-
lo præficeretur, accepto super eodiplomate, *Papiæ d. XXIII Septembri* an. MCCCXXIX
dato, quo Imperator ei in civitate Mediolancij, ejusque Comitatibus & dijtrictis contulit merum & uitium in-
primi, & omnem jurisdictionem, & exercitum per se & per potestatem exercendum, quem etiam duxerit eligendæ
deditique præterea & concessit illi pro se suaque familia expensas annuatim nomine salaru ipius Vicariatus & cem mil-
lia florinorum anni percepidorum & habendorum de bavere dicti Comitatus omalios, & jugulu boni tribus &
personis civitatis, & Comitatus & dijtrictus; (n) pulchre ac strenue ea occasione ad vindicandum si-
bi paternum principatum usus, & pafius est Cæsarem Lombardicas civitates circumvaden-
tem, & paulm grandem pecuniam imperantem, à Mediolanensisibus urbe excludi. Quod
factum, Pontifici Romano, Johanni XXI, Imperatoris inimico, oppidò gratum & impor-
tunum, anfam præbuit amicitia, que inter illum & Vicecomites farta est, & Johanni Vi-
cecomiti, Aëtio patruo, Cardinalitiam dignitatem & Archiepiscopatum Mediolanensem
peperit. Postea cum Aëtius cum cæteris Lombardia regulis nec non Florentinis in foedus
coivislet aduersus Johannem Regem Bohemiae, Henrui Cæsaris filium & Caroli IV patrè,
qui an. MCCCXXX cum valido exercitu in Italianam descendederat, in aqua turbida, quod a-
junt, pescaturus, & brevi pleraque Infubrum fibi adjunxerat, nata illi eit occasio *Cremona*, *Pla-*
centia, *Como* & *Bergamo* potiundi; quippe quæ urbes post cladem Regi Bohemiae apud Ferrari-
am, quam oppugnabat, d. XIV. Apr. an. MCCCXXXII illatam, in jus & ditionem Medi-
olanensem concederunt. Ab intestina cæterum invidia & propinquorum infidili non
magis tutus fuit Actius, ac pater ejus fuerat; Marcus enim, qui hunc supplantaverat, illum
quoque imperio ibat exutum, eumque in finem foedus cum Pontifice, Roberto Rege Nea-
pol. & Florentinis clam percusil. Re verò detecta, Actius cum Johanne & Luchino Vice-
comitibus, qui à fratribus Icelere abhorabant, consilia contulit, hominemque ambitiosum,
& iterato in familiarum flagitio foedum è medio tolli curavit. Erat ex illius gregalibus
Lodrijs Vicecomes, à Petro, Matthæi Magni patruo oriundus, invidiae ac ambitionis non mi-
nus ac ille plenus; is denique bellum Aëtio intulit, & postquam conductus Rhetorum Hel-
vetiorumque cohortibus & Germanis equitibus exercitum comparasset, prelique aleam
tentaset, in maximum discriumen res ejus adduxit: jam enim non inclinata tantum, sed etiā
pulsa Aëtianorum acies, & Luchinus captus erat, cum Ludovicus Sabaudus, Aëtii sacer,
quasi Deus quispiam repente & ex machina apparens, cum ala cataphractorum Allobrogum
à fortuna fuit adductus, qui reitaurata pugna lætam sed cruentam victoriæ genero pe-
perit. In campo, ubi pugnatum est inter *Parabiacum* & *Nervianum* Luchinus & Johannes tem-
plum Divo Ambrosio ad rei gestæ memoriam considerunt, ubi quotannis insigni pompa,
effuso Mediolanensi populo cum prætore & decurionibus sacra solennia celebrarent alte-
ro & vigesimo Februarii die, in hunc enim annumque MCCCXXXVII victoria illa incidit.
Decantata est fabula, visum illa in pugna fuisse S. *Ambrosium*, Mediolanensium Patronum,
scientia armatum, eaque boates percutientem; qualiter effigies ejus postmodum exprimi consuevit, in
nummis præfertim, quorum aliquin in thecis nummaris curiosorum superfunt. P'acatis ita
domi rebus & confirmato imperio Aëtius arma in Mastinum Scaligerum vertit, ed quod is
conjuratorum partibus studiisset, eidemque *Brixiam* eripuit, neque ita multò post, articu-
lorum doloribus assidue lacesitus & confunditus è vivis excessit, trigesimo & septimo æta-
tis anno nondum expleto. Ex *Catbatina Sabanda*, uxore pudicissima, nullam suscepit sobo-
lem;

Tt 2

lem; *notam* autem post se reliquit, Corio memorante *Luchinam*, Luchulo *de Zotra*, civi Mediolanensi, nuptam. Tumulatus est marmoreo insigni sepulchro ad aram Divi Gotthardi, in quo caelato inauratoque opere ejus jacenti effigies spectatur; pari artificio circumfatus est marmoreis tabulis sepulchri loculus, in quibus scilicet sculpta Ludovici Cæsaris solenni habitu imago conspicitur, cum supplici, ingenuiculatoque Actio Mediolanensis imperii insignia largiretur. (n)

MARCUS Vicecomes à Matthæo Magno patre suo, *Alexandrie & Dertone* *Pretor* anno MCCCXV constitutus, biennioque elapsa fumina bellii adversus Genueses, Guelphicarum partium fautores, præfectus est; in quo varia fortuna usus, & plus simplici vice vici, & vicit, ac denique obsidionem solvere coactus est. Post excessum parentis strenue cum fratribus adversus communes hostes se gessit, & victoriarum, quas de illis reportarunt, haud exigua pars fuit: erat enim & corpore & animo excelso fortisque præditus; sed inerat ei præterea livor & ambitione, quibus vitiis, nec non pravis Lodrisii Vicecomitis consiliis, præceps auctus, principatum affectavit, neque eum quibus modis adsequeretur, quidquam pensi habuit: itaque obtestationibus adversus fratrem Galeacum aures Ludovici Imp. usque adeò opplevit, ut illi quidem fratribusque cæteris calamitatem temporariam arcesseret, sed nullo suo commodo aut incremento. Simili deinde perfidia in Actium, usus est, seque Pontificis, Roberti Regis & Florentinæ reip. clientem futurum juravit, si ad illum pellendum auxiliis atque pecunia juvaretur. Antequam verò conceptum scelus exequendi facultatem adeptus esset, ab Actio nepote, fratribusque ex multis indiciis quidille agitaret ac moliretur, non obscurè divinantisbus, ad epulas invitatus, postque eos in cubiculum colloquendi simulatione deductus, à delectis aliquot prætorianis comprehensus, elisisque linteo faucibus strangulatus est. Cadaver è fenestra in publicum projectum nemo, uti *Jovius* ait, luxit, & tanquam sponte præceps datus sumtuosis honestatus exequiis ad Eustorgium sepulchro majorum illatus fuit. Ferociorem solito factum esse ajunt, postquam adamata nobilem fœminam *Biciam*, è matrimonio Othonini Vicecomitis, patruelis sibi, abruptam, subita percitus iracundia, quod partum sibi subdiuissimæ comperiisset, in profunda Rotati arcis fossa demersit. (x)

LUCHINUS Vicecomes bellica laude non minus ac fratres ejus, de quibus jam dictū est, floruit, & plerisque magnis præliis, sua ætate commissis, ita interfuit, ut hœneata vulnera & egregiam famam reportaret: primū in memorabili illa *ad montem Catinum* pugna, qua Ugutio Faffiolus, Gibellinæ fæctionis princeps, vires Guelphicarum partium attrivit, an. MCCCXV, paterna auxilia ductanti, in eætoque in medios hostes, finistrum crus valida, cuspide trajectum est. Deinde an. 1321 cùm in *Tanari* ponte apud Alexandriam cum Ugo ne Baucio, Roberti Regis Neapol. Equitum magistro, configureret, ita illum invasit & prostravit, ut multo suo atque interfecti hostis cruce fædatus, opimo spolio & præclaræ victoria potiretur. Porrò an. MCCCXXIV. prælio ad *Narniam*, quo Raimundus Cardona, Rom. Pontificis dux militaris, captus est, maximè pugnacis & periti bellatoris laudé tulit, quum pertinaci certamine edito, & restituta sepe acie vulnera adversa facie exceperisset. Postrem an. MCCCXXXVII in pugna decretoria *ad Nervianum* acriter dimicans, ab Helvetiis perfracta securibus galea suffusoque equo prostratus captusque est, & manante per naras multo sanguine ad juglandis arborem tam diu nexus & semianinis jacuit, donec Allobrogum superventu fugatis hostibus è vinculis eriperetur. (y) Sed in bello adversus Mastinum Sca-ligerum, quod illud exceptit, non parvæ ac anteā fortitudine præbuisse, & hosti, copiis inferiori, pugnæ tamen copiam facienti & lacefentí, cœsisse culpatur. (z) Exinde, cum Actio defuncto summae rerum unâcum fratre Johanne admotis, pace ejus civilis imperii gubernacula solus suscepisset, per legatos bella gessit, & ad togatas artes conversus id in primis operam dedit, ut juris judiciorumque æquitate suum quisque teneret, tenuiores à potentioribus non circumvenirentur, neque gravis esset annona. Conjuratum nihilominus in necem ejus fuit, fato familiæ sue haud insolenti, à propinquis & amicis: principes conspirationis erant *Franciscus Pusterla*, ex ordine patritio, idemque *Liberti Vicecomitis*, qui qui Luchini patruus erat, gener, & *Martini atque Pinalla Aliprandi* fratres: ab his in sceleris conficiam & consernum pertracti sunt *Galeacius & Barnabas Vicecomites*, ex fratre Luchini, Stephano, nati, præpropera dominandi cupiditate æstuantes. Prodicta verò & detecta à Ramengo

(w) *Jovius in vita Actii*, *Ripamont. Hist. Mediol. Lib. I. & II.*
Ripamont. Lib. II. Scip. Ammir. Hist. Florent. Lib. I. II.

(z) *Scip. Ammirat. Hist. Flor. Lib. III.*

(x) *Jovius in vita Actii.*
(y) *Jovius in vita Luchini.*

Ramengo Casato conjuratione, autorum supplicio deindeque nepotum exilio periculo & metu omni se exsolvit Luchinus; incidit ea res in annum MCCCXL. Quinto post anno Parma imperio Vicecomitum adjecta est, LX mille ducatis aureis ab Obizzone Estensi emta; qua etiam tempestate Pifani vieti, & in formam penè stipendiariam redacti sunt. Extremo vita tempore melancholiam contraxisse memoratur Luchinus, ortam tum ex continuis articulorum doloribus, tum ex animi molestia, cuius causa erat uxoris, Isabellae Euge, impudicitia, crebris rumoribus exagitata. Mater ita facta est Catharine, quam pater, Corio referente, Francisco Estensi, Equiti aurato, Bertholdi filio an. 1342 nupti dedit, Lucia Novelli, Borjii ac Forelioni gemellarum, & denique postquam XI annorum spatio prolem non peperisset, (quod idem Corio memoriam prodidit) Utriae. Exulante Galeacio, Vicecomite, Stephani f. quo familiarius, ac par erat, utebatur, & marito podagra decumbente cum libido eam incessanter Venetas eundi & solemnia fetti Ascensionis spectandi, nec difficulter ejus facultatem à marito, importunæ feminæ cuncta concedente, impetravisset, rediit cum publico probro prostrata pudicitiae apud Ugolinum Gonzagam, Guidonis Mantuae Domini, filium, & Franc. Dandolum Ducem Venetum. Eo magis magisque perculsus Luchinus cum non obscura parati ad vindictam animi signa ederet, à callida & temeraria feminina præoccupatus & veneno lento subflatus est, anno ætatis secundo & sexagesimo. Isabella, elapso a viri obitu tertio mensis, palam & edito publico instrumento, die xxvii April. an. MCCCXLIX, profiteri haud dubitavit, Luchinum Novellum & Utriam, neutiquam ex Luchino, seu vulgo credebatur, sed ex nepote ejus Galeacio Vicecomite, Stephani filio, incertuso concubitu se conceperit, quemadmodum Corio & Ripamontius in Annalibus suis retulere. Ea matris confessione in terrorem conjectus LUCHINUS NOVELLUS fugam capessivit, abducto secum fratre Borjo; at Forelioni comprehensus & custodiæ mancipatus est. Novellus militiae se dedidit, & Vicecomitum hostibus haud segnem operam prælituit; anno 1371 cum Magdalaeum Strosziam in matrimonium duxisset, Florentiae jure civitatis donatum fuisse Scipio Admiratus refert. (X) Vixit usque ad exitum seculi, Venetiis mortuus, condito testamento, quo maximam facultatum fuarum partem monachis Carthusianis ad Gariganum legavit. Relictus de cætero est Luchino patri filius quoque nothus, è concubina genitus, cui ille Bruttii nomen, & uxore ex familia Comitum de Caffeld' arco, diceceos Tridentinæ, Corio memorante, dedit; Laudique Pompejæ præfecit, ubi quum præferoci ingenio vicariam potestatem in tyrranidem vertisset, conjurante civitate expulsius, obscurò in pago in Euganeis inops & miser interiit, (a) relicto post se filio Lucibno, quem exequiis Jo. Galeacii Ducis primi Mediol. interfuisse Corius refert.

JOHANNES Vicecomes, Matthæi Magni filius quartus, Marci ac Luchini frater, nomen ex ordine, quo Evangelitæ recenseri solent, accepisse, & Deo præ fratribus charus fui'le videtur, quippe quos non tantum vivendo vicit, sed virtute quoque & felicitate multis parasangis superavit. Ecclesiastico vitæ generi à prima juventu mancipatus, facile locum inter Canonicos templi maximi Mediolanensis obtinuit; cum deinde Cardinalitiam dignitatem ambiret, eam primum à Nicolao, quem Imp. Ludovicus Bavarus Papam contra Johannem XXI creaverat, anno MCCCXXVIII impetravit, ab hoc verò posteaquam cum Vicecomitum familia ex iniuriciis in gratiam rediisset, confirmationem accepit, eamque cumulatam Episcopatu Novariensi, quem mox annuente eodem Pontifice exulant Archiepiscopo Mediolanensi, Jo. Aicardo, cum annua pensione tradidit, & vicissim hanc metropolitanam Ecclesiam regendam suscepit, solenni ingressione die XIII Cal. Febr. an. MCCCXXXIV habita. Post Actii nepotis sui mortem jam tum civile imperium cum facro conjugere potuisset, omnium animis in ipsum conversis, nisi pro summa, qua prædictus erat, moderatione fratri Luchino illud cedere maluisset; isto verò vivis exento non amplius destitut vota ciuium, totiusque reipublicæ regimen capessivit & moderatus est bene, sapienter, fortiter & prosperimè, ita ut imperium Mediolanense familialaque suam ad summum potentia fastigium perduceret, incremento vix relinquens locum: namque finitimas ciuitates omnes aut bello domuit, aut conditionibus sui juris fecit. Index illarum, quæ subiectiis sacramentum Johanni Vicecomiti dixerunt, ex Ripamontio in promptu est: Mediolanum, Crema, Hajla, Alexandria, Alba, Vercelle, Novaria, Bobium, Bergomum, Novonum, Brixia, Cremona, Placentia, Parma, Lans Pompeja.

Uu

Accessus

(X) His. Flor. Lib. XIII.

(a) Corius Parte III, Ripamont, Lib. II, § III, fortius in vita Luch.

Accessit his Bononia, à Johanne & Jacobo Pepolis, Thadæi filiis, approbante populo, Johanni Vicecomiti anno MCCCL vendita, & transactione cum Romano Pontifice post biennium inita, censuque annuo duodecim milium flororum aurocorum paço, ipsi confirmata. *Genua* quoque an. MCCCLIII ultrò in Johannis Vicecomitis ditionem concessit, & Prætorem Guilielmum Palavicinum, ab eo accepit, ita ut *totius Ligurie urbes à Corvo Lennenji promontorio ad Herculis Monaci portum imperio illius subderentur. Exinde ostentato Florentinis magnæ molis bello, sed antequam in nervum erumperet, æqua & moderata pace, quam non ilitis tantum, sed etiam supra sexaginta aliis urbibus ac regulis Etruriæ Umbriæ que dedit, sepulto, famam & reverentiam nominis sui insigniter auxit. Ita omnibus & ornamenti & præsidii, quæcunque amplissima inter mortales habentur, redundans, splendidissimis editis operibus, amplificato, quod acceperat, imperio, prolatisque finibus, & bello clarus & pace, anno ætatis clima & terro, naturæ concessit; ea quoque ex parte fortunatus, quod magnæ Principum & civitatum Italæ confederationi adversus se, omnibus ob potentiam formidolosum, initæ, & discrimini ab illa imminenter evthanasia subdustus est. Filios duos *notbos* post se reliquit, *Johannem Olegium*, à pago ad Verbanum lacum cognominatum, & *Leonardum*, hunc Novariæ, illum Bononiae vicario imperio præfectum; sed uteque genitore mortuo in tyrannidem id verterunt, & arma aduersus patruelæ regentes sumierunt. *Olegius* cum multa civium strage, ac patriciorum, qui in carcere coniurationis accusati detinebantur, suppliciis, omnium animos vulneraferet, & à Barnaba Vicecomite bello premeretur, in desperationem conjectus Bononiam an. MCCCLX Legato Pontificis Innocentii VI, Aegydiò Carillæ, Cardinali, tradidit, *Permū cum titulo Marchionis Marca præmiī loco sibi paetus*, cuius in possessione sex annorum spatio permanit. (b)*

In numero filiorum Matthæi Magni præter illos, de quibus jam dictum fuit, recentur etiam *Stephans*, *Moschinius* & *Balatrons*. MOSCHINUM patri fratribus q[uo]d præsto adfuisse cum Imp. Henrico Lucelburgensi sequestro pax inter Vicecomites & Turrianos anno MCCCX conciliaretur, *Merula* memorie prodidit. (c) BALATRONI apud eundem autorem mentio inter illos occurrit, qui conventionem inter Matthæum Vicecomitem & Caffsonum Turrianum, Archiepiscopum Mediolanensem, interfuerunt; eum postea primum extitisse, qui concordia illorum in diffidentiam versa, Caffsono vim intulit, eaque propter in tabulam anathematis ab illo relatus est, *Ripamontins* memoravit. (d) Plura de illis scribendi deficit argumentum.

STEPHANUS fratrum suorum natu minimus, multa generosi spiritus documenta in bellis, & præcipue in defensione Vercellarum aduersus Guelphos, edidisse celebratur. In familiam postea ab Imp. Ludovico Bavarо ascitus, & pincernæ muniis admotus est; gliscente verò invidia erga Vicecomites, falsa suspicione, quasi venenum Imperatori pararet, de compacto oneratus, hujusque prætextu, scyphum à delatoribus toxicò mixtum eibere, jussus, ut suspicionem & malevolorum fusurros dilueret, eo impigrè hausto eodem die extinctus est. (e) Uxorem ejus Valentianam ex Auria gente, non Spinula, prognatam fuisse Tristanus Calchus aduersus Merulam ex integras fidei monumentis asseruit. (f)

Johanni Vicecomiti, Archiepiscopo & Principi Mediolanensi, in facra dignitate sufficitus est *Robertus Vicecomes*, cuius originem incomptam habemus; seculare verò imperium ex illius testamento ad tres Stephani filios, *Matthæum*, *Galeacinni* & *Barnabam*, devolutum est, ea lege, ut Mediolanum & Genua communis essent ditionis, de reliquis autem civitatibus, oppidisque, à gravissimis viris fideliter aestimatis, & in tres portiones aequales digitis, sortitio fieret. Hoc modo MATTHÆO, natu maximo, Bononia præcipue obvenit, quæ quatuor urbes, tanquam sua membra, secum trahebat, *Landom* scilicet *Pompejanum*, *Placentiam*, *Parmanum* & *Bobium*; item *Lucum* (*Lugo*) & *Massam*, Pontemque tremulum (*Pontremoli*) supra Macram amnum, & *Fannum Donini*. GALEAZIUS fortis est *Pavianum*, *Novaram*, *Comum*, *Vercellas*, *Affum*, *Albam*, *Alexandriam*, *Tortoranum*, *Caffsonum novum*, *Bassianum*, *Vigezum*, *Pontem Tejini*, *Fannum Angeli*, *Montemburum* & *Mariannum*. BARNABÆ *Cremona*, *Crema*, *Sonicum*, *Bergamum*, *Brixia*, *Ripalta*, *Caravagium* & pleraque minoræ oppida, quæcunque *Benacus* pertingit, obtigerunt. Sed Matthæus præcipuan imperii sui urbem, Bononiæ, citè amist, à Johanne Olegio co, quo superioris ciuitatis fuit, modo illa exutus, neque diu vixit; secundo enim à morte patrui anno febribus tabida, sive

fus

(b) *Jovius in vita Johannis Vicec. Ripamonti*, Lib. II. *Ciacconij Hist. Pont. & Card. Tom. II.* p. 443.
Ammir. Hist. Flor. Lib. X. & XI. Petr. Bizar. Hist. Gennensis, Lib. VI. *Bartol. Druicinus de via*
rio Bonon. Statis Lib. V. Leandr. Alberti descr. d'Italia p. 380.

(c) *De Antiq. Vicec.* Lib. VII. (d) *Hist. Mediol.* Lib. I. p. 81. & seqq. (e) *Corinus Parte III.* *Ripamonti*, Lib. II. p. 139. & seqq. (f) *Hist. Mediol.* Lib. XXI.

sua intemperantia & turpissimis libidinibus, quibus effictum deditus fuit, sive exveneno lento, à fratribus propinato, contrafacta, consumtus & extinctus est ad Seronum oppidum, medio itinere inter Mediolanū & Comum, sequioris tantum sexus prole post se relicta. (g)

GALEACIUS II Vicecomes egregia forma, animo strenuo impavidoque fuisse prædicatur: è Belgica militia, ad quam ipse & frater Barnabas cùm à patro Luchino ob conjurationem Lodrisii Vicecomitis, cuius haud exfortes erant, exilio multati essent, abierant, magnam fortitudinis famam, viisque ac prostrati nobilis & proceri Belgæ decus retulit, è cupis spoliis monumentum in scuto gentilitio condidit, & viperæ addidit leonem armatum nec non ardentes geminos torres, pendentibus totidem aquariis stitulis, exprimente contrarie potestatis facultati, ut habent verba Jovii. A Carolo IV Imperatore, cùm is anno MCCCLV Mediolanum venisset, Vicarii in Cisalpine Galliae & Liguriæ imperio dignitatem cum fratribus communem accepit. Defuncti postea fratris Matthæi hereditatem cum Barnaba æquale lance dispersitus est, ita ut Mediolanum quoque scinderetur, & fure cuique in ea urbe regiones ac portæ assignarentur. Hoc modo diviso imperio, cum uterque fratrum initio separatum suis quisque commodis & cupiditatibus studenter, maxima pericula & damna incubuerunt; Leonartus, Archiepiscopi Johannis filius, Novarie Prætor, flagitiis ac facinoribus copertus, non contentus supremam in dicta civitate potestatem sibi summisse, universo patruelis dejicere imperio agitavit, & excito eum in finem Johanne Marchione Montiserratiensi hostili animo pares conatus cum prospero etiam eventu adjectit: namque Ticinum, Alba, Asta & quæcumque ferè in Subalpinis per Galeacium tenebantur, uno incurfu intercepta sunt; simul Genuenses, & omnis ille Ligurum tractus, parialacritate ac tradiderant Johanni Archiepiscopo suam remp. ejus nepotibus, à quibus vetera instituta & murtuas conventiones infringi conquerabantur, obsequium renunciarunt, & seditione facta ac prætore legatoque Mediolanensium urbe excedere coacti, in libertatem an. MCCCLVI se vindicarunt. Bononiæ Innocentius VI Pontifex Max. repetit, & Jo. Olegio, tyranne rannide ibi exercenti extorsit. His damnis periculisque & aliis ab intentis undique infice armis imminentibus, moniti, non aliud fatigentis potentia & imperii sui remedium supereile intellexerunt, quam ut conglutinata concordia uno animo regeretur. Ea itaque in consilium adhibita, & contracto magna celeritate exercitu, Germanorum & Bohemorum manus, Lando & Marcoaldo ducibus per agros populabunda discurrens, atque a Florentiniis Pisaniisque adversus Mediolanenses conducta, profigata est, Mantuae princeps in terorem conjectus, & à societate foederis, adversus Vicecomites facti, retentus, Montiserratiensi & Anglis, quos ille in Italianam exciverat, Alba & Ticinum iterum ereptæ sunt, capto & in vincula conjecto Jacobo Busulario monacho, qui cùm nefariis concessionibus Ticinensem populum circumduxisset, & à Marchione Montiserrati urbi præfectus fuisse, crudelis denique tyrannus evaserat. Ita restauratis rebus & pace parta, dum Barnabas pro recuperando Bononiæ Principatu acriter sed incassum dimicat, Galeacius exstruendis magnificis operibus, quæ inter Pons & Arx Ticinenjs eminent, provelhendis literis & liberalium artium studiis, eorumque cultoribus, quorum familiam Franciscus Petrarcha ducebat, magno illi in honore & pretio habitus, colligendæ Bibliothecæ, instituendo Ticini gymnasio, quod an. MCCCLX apertum est, & denique quærendis externis affinitatibus, iisque regiis, se se occupavit; verum istas posteris damnosas & ferè exitiales fuisse Jovius observavit: Isabella Caroli V Regis Galliæ soror, Johanni Galeacio, filio, expedita, Leonellus Clarentiæ Dux, Eduardo III Rege Britanniæ natus, in generum ascitus, eidemque cum dote ducentorum millium aureorum Monsetiam Regaliam atque Alba Pompeja urbes concessæ, & nuptiarum folemnia extra modum sumptu & magnificentia celebrata sunt. Isabella autem, quæ Mediolanum venerat, non minore fecero constituit, licet virtutis oppidi ditio, honestissimæque appellationis titulus novo sposo nomine dotis accessisset. Verum Violanti: eodem quo Leonello nupsit anno vidua facta, postea elocata fuit Ottoni Marchioni Montiserrati, haud felicioribus auspiciis, quoniam ille ab agresti agasone confossus, ignobilis fato periit; tertius ergo nuptiis Ludovicus patrueli in manum convenient. Cæterum Galeacius, flagante maxime bello inter Barnabam ejus fratrem & Pontificem Romanum ob Bononiam, cætera illi concors, in eo tamen consilia separabat sua, quod habere cuin' papa volebat pacem, id quod hunc permovit, ut castella & arcæ superiore bello ademtas, & Romano praefidio hactenus custoditas illi restitui juberet. Mortuus est non ita multò post Galeacius, poib[re] quam

(g) *Jovius in vita Matthæi II, Ripanom, Lib. II. p. 183. &c seq.*

quam diu saevissimis articulorum doloribus jaestatus fuisse, & temporario ligneoque tumulto conditus. (b)

JOHANNES GALEACIUS, Galeacii II filius, à prima statim pueritia id specimen sui dedit, ut protinus, quantus futurus esset, sperari potuerit, genere, forma, oris dignitate, optimis studiis, maximoque ingenio instruētissimus, voluptatum omnium abstinentissimus, eruditorum colloquii & frequentilectione, secretisque item commentationibus, ad justitiam pietatemque, quod Jovis testatur, revocatis, unicè animum pascens ac remittens. Quinto ætatis anno cum corona multorum insignium virorum togatorum, quos parens ad consilium advocarā fortè adeset, & intentis in eorum ora atque habitum oculis perjucum interrogaretur, quis nam sibi ex numero sapientior videretur, suspenso vultu consideratis singularis, ad Franc. Petrarcam, nunquam ante sibi visum, denique accessit, eique cum admiratione & applausu omnium sapientiae palmarum dedit. Adultior deinde & sui juris factus ornandis sapientiae liberaliumque artium studiis, carumque doctoribus munificentia devincentis, nihil antiquius habuit; hinc nullum sua ætate gymnasium illustrius Ticinensi, nuspiam virorum in disciplinis doctrinarum omnium præcellentium major copia. Ex ordine proficentium celebrerrimos tum fuisse, qui monumenta ingenii poteris reliquerunt, Jovius refert, in jure civili Baldum & duos Raphneles, Fulgosum atque Comensem, & Segnorulum Amadenum; In Philosophia Ugonem Senensem & Blasium Pelacanum à Parma, cuius etiam extenſus in Afronomicis disciplinaque optimes subtilissima quæstiones; tres quoque medicos, Marfilium a Sancta Sophia, Sylannum Nigrum, & Antonium Vaccam; intradensis autem Græcæ linguæ præceptis eminuisse Emmanuel Chrysoloram Bizantinum, sed supra doctores omnes fuisse conspicuum Petrum Philargyū Cretensem, sacrarum literarum interpretem, qui postea Pontifex evulsa & Alexander V. est appellatus. Porro in administratione imperii neminem unquam majori cura ac diligentia versatum esse, quam Johannem Galeacium, idem scriptor, prædicat: confabauit, ait, "cum ad admirabilis ordinis: nihil enim in rebus humanis ordine pulchrius & præstantius esset, coque uno militares & civiles actiones omnes, & domesticam disciplinam, veluti certissima compage, regi differere solebat; , iusta sua & sumptus omnes in maximis minimisque rebus, illorumque rationes, & quicquid in belli pacisque negotiis aut ipse ad alios scripsit, aut ab illis accepit, in commentarios referri curavit, ita accurate, ut nihil posset supra. Nec verò togæ artibus ita deditus fuit, ut à sago abhorreter; sed simulas per ætatem belli patiens erat, in castris Barnabæ, patru sibi, militare rudimenta posuit, ibique arma tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnæ usu perdidicit. Postquam vigesimum tertium ætatis annum impletus est, à patre commentatio nomine, ut Jovii verbis utar, emancipatus est, in patrimonii partem Novaria, Vercellis, Asta, Alexandriaque ei traditis, ut inde quasi suo Marte, & dissimulante patre, bellum Montisferrati Marchioni, perpetuo hosti, inferret; sed tum in eo, tum postea adversus Anglos adverfa fortuna usus, & primum Vercellis, prodentibus Guelphis, dein in Brixiano agro à Jo. Auctuho, qui à Vicecomitum partibus ad Pontificem & Florentinos transferit, acis exurus est. Ob infautos hos eventus abesse imposterum à castris præliisque constituit, cum satis superque virtutis & fortunæ suæ periculum fecisse videretur, & defuncto patre bella omnia, eaque maxima & acerrima, cum universis pœnè regulis civitatisque Italæ in exitium Vicecomitum quasi conspiratione facta unicè intentis, per legatos, duces clarissimos, suo tamen consilio præeunte, felicissimè gessit, & paucorum annorum spatio insignes adeptus victorias, ita inimicos attrivit, imperiique sui fines protulit, ut totius Italæ regnum consecuturus esse videatur. Nimurum Scaligeris Veronam atque Vincentiam ademit, Carrariensis Patavium; præterea Tarvium, Feltrium, Bellunum, montanaque oppida cum Tridento suam in ditionem rededit: porro Perusinos, Affines, Senenses & Pisanos suo imperio adjunxit, quum nec Lucenses id abnuerint: Franciscus Gonzaga, Mantuae Demarcho, pacem & certam beneficij confessionem extorxit, atque ad extremum Bononiæ, pro qua inde ab excessu Johannis Vicecomitis L. propè annis fuerat dimicatum, recuperavit. Tantam potentiae amplificationem novo honoristitulo dignam esse arbitratus, à Wenceslao Imperatore pecunia facile impetravit, ut antiquo Vicarii Imperii nomine Dux Mediolanensis crearetur, eaque appellatione & omni jurisdictione in urbem & remuniversam Mediolanensem subiectasque ei civitates per septrum & coronam, interveniente legato Cæsareo, Beneficio, solemni ceremonia & pompa, quam Ripamontius (i) stylo suo prosecutus est, die IV Non. Sept. an. MCCCCXCVI, investire,

(b) Jovis in vita Galeacii II. Corins Parte III. Ripamont. Lib. II. & III. Crescent. Amphit. Rom. p. 320. Bizer. Hist. Gennens. Lib. VI. (i) Hist. Med. Lib. III. p. 258. & seqq.

stiretur. *Agèr vero id tulerunt Electores, & Imperio Romano-Germanico ad eum innotescere reputarunt, ut inter alia hoc quoque iustum crediderint causum Wenceslai abdicandi:* ita enim in tabulis abdicationis Electores: mutilati imperium Mediolano & provinciali Longobardia, qua juris Sacri Romani Imperii fuerant, redeuntibus inde ad Imperium, amplissimis emolumentis, in qua ditione Mediolanensis veluti minister Sacri Imperii partibus fungebatur: cum tu, contra quam tuam sublimitatem & dignitatem decibat, accepta pecunia Mediolani Ducem & Comitem Papensem creasti. (k) Rupertus postea Imperator animum quidem ad vindicandum Imperio pristinum in Longobardiam iussus apulit, & magno cum exercitu anno MCDI in confinia Italie penetravit, sed eo à Facino Cane, qui copiis Mediolanensis Dux praerat, cæso, re infecta in Germaniam se recepit. Sequenti anno, insignis victoria de Pontihac ejusque confoederatis parta est & Bononiæ, ceu dictum recuperata, verfa sunt in Florentinos arma, quibus cum isti propè ad extrema redacti essent, Jo. Galeacius Dux febri pestilenti corruptus est, atque ex ea in arce Meliniani, decimo ab urbe lapide in medio prosperitatis curfu supremum diem obiit, ætatis anno quinquagesimo quinto. Apparata jam ejus iussu fuisse regia insignia atque ornamenta, ut Rex Italiae coronaretur, Corius memoriae prodidit. Testamento filios tres superstites, quos inter Gabriel è concubina natus, sed ætate maximus & legitimatus erat, heredes instituit, & quanto lapide à Ticinensi paterna arce Carthusiense monasterium ac templum extriujiuit, inque eo post aram maximam sepeliri voluit. (l) Exequiae maxima frumenta & pompa celebrata sunt d. XX Octobr. Eis XXXVII viri è sola Vicecomitum stirpe oriundi interfuere, quos omnes Coriis recensuit. Famæ nominis sui labem aspersit nece Barnabæ patrui & socii sui, quem callida simplicissimæ pietatis simulatione in consilium adhibita comprehensum imperio & vita privavit, ob causas inferius dicendas. Eo quoque facinore laudem pietatis & justitiae, quarum virtutum studium in juventa præ se tulerat, obtrivit, quod non ita multò ante obitum suum Ruperti Imp. medicum ad occidendum veneno herum mercede ingenti ivit conductum; ite quippe à scelere non abhorrens, postquam re per internuncium prodita, in vincula Norimbergæ conjectus fuit, Ducem Mediolanensem autoritate criminis oneravit, quemadmodum *Scipio Annibatus* (m) memoriae prodidit; nec tam foedum ausum Annales Norimbergenses silentio praterierunt, nullam tamen Dux facientes mentionem, sed tantum referentes, à medico Mediolanensi, *Petro de Thysia* dicto, promisit XXX mille florens nec non Episcopatu quodam, ad Cæsternum interfectiendum medicum ejus, *Hermanum VIII.* patria Viennensem, fuisse sollicitatum, & usque ad labefactatum, ut internuncio diceret, simulac promissa apparuerint, se facinus executurum; re vero detecta Senatus Norimbergensi d. 3. Maij an. 1401 in custodiā traditum, & postquam crimen animo conceptum fatus est, iussu Imperatoris rotæ supplicio affectum esse. Extant apud Corium literæ, quas rupertus Palatinus, postquam Imperator adversus Wenceslaum electus fuisse, ad Jo. Galeacium Ducem per faciem misit, hujusque responsoriæ; utrasque huc transcriptissime non erit opinor lectori tadio: "Robertus de Bavaria Dei gratia Romanorum Rex & Reni Comes Palatinus, Tibi Johanni Galeaz Militi Mediolanensi præcipiendo mandamus, quatenus omnes civitates, castra terras & loca Romano Imperio, & dicioni nostræ spectantia, quae in Italia occupata indebet detines, nobis, quibus Romani Imperii gubernatio ex electione de nobis Imperatore per Imperii electores canonice facta ad me spectat & pertinet, restituere ac resignare debebas: alioquin & ut sacri Imperii terrarum & jurisdictionum invasorem, & nostrum hostem & rebellem diffidamus. Sequitur responsio: Tibi Roberto de Bavaria Nos Johannes Galeaz Vicecomes, Dei & Serenissimi D. Venceslai Romanorum & Boemie Regis gratia Dux Mediolani &c. Ac Papie & Virtutum Comes. Per presentes respondemus quod quascunque civitates, castra, terras & loca in Italia possidemus & à prefato Serenissimo Domino Venceslao Romanorum Rege & sacri Imperii gubernacula Canonice possidente tenemus & possidemus, ipsasque a te Imperii invasorem & ipsius Imperii atque prefati Domini Venceslai Regis ac nostri hoste manifesto defendere prorius intendimus. Teque ipsorum Imperii & dicti Venceslai Regis atque nostrorum hoitem manifestum si nostrum territorium invadere presumferis diffidamus.

(k) *Vid. Conring. de Fin. Imp. Germ.*(m) *Hift. Flor. Lib. XVI.*(l) *Jovins in vita Jo. Galeac. Ripamonti loco cit.*

De liberis Ducis Joh. Galeacii, è priore ejus matrimonio cum *Isabella Francica ortis*, quoniam variant scriptores, non nihil dicere convenit. *Jovibus* sterile id conjugium fuisse, eaq; propter VALENTINAM, è Catharina, secunda uxore genitam, Ludovico, Ducis Aurelianensi, ad restaurandam cum Rege Galliae propinquitatem, nuptui locatam esse à Duce, cum dote Astensis civitatis, ait, sed falsus est: quod si enim Valentina è Catharina anno demum 1380 Jo. Galeacio Duci nupta, nata fuit, vix erat decennis, cùm an. 1391 primitus mater facta est, quod adynaton. *Corius*, antiquior rerum Mediolanensium scriptor, an. 1366 in lucem editam esse disertè refert, quo non vixit tantum Isabella Francica, sed sex adhuc annos superestes mansit. Ex hac itaque natam fuisse Valentinam evidens est; *Isabelle* verò, que Gentilis Varani Dom. Camerini matrimonium tenuisse à multis autoribus dicitur, non mater solum dubia est, sed hoc quoque, an prorsus in numero liberorum Jo. Galeacii Vicecomitis fuerit; apud Corium nulla ejus se nobis obtulit mentio, nec apud Sanfovinum, qui in commentario suo de *Originibus familiarium illustrium Italiae* Varanam familiam recensuit; Henningius quoque locum, quem in stemmate Vicecomitum Isabellae dedit, in Varana genealogia itidem tribueru non sustinuit; itaque ob Nicol. Rittershusii & Sam. Guichenonii autoritatem magis quam quod certa præstò essent testimonia in tabula nostra illa legitur. At virilem quoque prolem Johannii Galeacii è prima uxore genitam esse Corium testem habemus, expresè dicentem, ACTIUM, illius filium ex *Isabella* uxore natum fuisse, quo loco refert post mortem Galeacii, anno 1378, d. XXI Aug. Vercellenses in nomen tum Joh. Galeacii, tum Actii ejus gnati, sacramentum dixisse, eodemque adhuc anno die V. Sept. Joh. Galeacium filio Actio *Picininan*, Barnabæ Vicecomitis gnatum, nuptiis ad jungere cupientem, Pontifici Romano de laxando consanguinitatis vinculo per Antonium Salucentem, Mediolani Archiepiscopum, aliosque delegatos supplicasse, & tabulas defusa per autoritatem publica confici iussisse, id quod à Ripomontio etiam literis proditum est. Fure vero Actius pariter & Picinina tunc aetate parvi, & videtur ille, antequam ad puberatatem pervenisset, morte fuisse interceptus, neque enim nuptiæ illæ peractæ sunt, neque Actius patre moriente in vivis superfuit; Picinina autem, nubilis facta, aliud virum accepit. Cæterum alterius quoque filii, quem à Joh. Galeacio, vel cum prima uxore vel furtim genuit fuisse oportet, mentio apud Corium occurrit, videlicet Azonis, quod nomen alias unum & idem cum Actiano est: hunc ille ait anno 1374 ipso Paschatis festo in Ticinensi castro supremum diem obiisse, cumque funeris pompa per pontem duceretur, laxatas pondere nimis ejus compages fuisse, ita ut rumpetur, & feretur cum cadavere nec non centum propè homines è prima urbis nobilitate in profundam fossam præcipitarentur: Id ad extremum de Jo. Galeacio memorandum est, quod ei post obitum primæ conjugis, & ante ducentam Catharinam patrualem *Maria Aragonia*, Friderici Regis Siciliae filia unica ac heres, ab Artallo Alagone virginis tutoe desponsa fuerit ea lege, ut fille infra annum Siciliæ ad matrimonium confundmandum non accederet, nuptias irritæ essent; verum præventus ille est à Gul. Raymundo Montecatino, qui Mariam raptam Barcinonem in Hispaniam classe transvectit, ubi à Martino Aragonio, poitevæ Regi, in matrimonium adscita est. (n)

Post Johannis Galeacii Ducis excessum tam fava atque atrox tempestas, tanta calamitates, tot mala publica Mediolano & Lombardiae incubuerunt, ut quicquid tætrum miserū, acerbū & detestabile excogitari potest, velut manu facta catervatim in hoc imperium, in ejus cives, summos medioximos, infimos ingrueret. JOHANNES MARIA *Anglus* (quod cognominis ipse & fratres, fortassis propter opinionem Anglieriensis originis, gesserunt) à patre maximæ partis imperii & novi tituli heres institutus, rectores adolescentiae suæ ex ejusdem supra voluntae duodecim viros, quorum rerumque ac consiliorum omnium caput *Francicus Barbaravia*, natus est. Postquam isti in verba novi Ducis publicè sacramentum exegissent, gliscens bellorum civilium & externorum ignis, diutino fomento factiōnum Gibellinorum & Guelphorum, nec non veteris Pontificum Rom. & Florentinorum erga Vicecomites odii, enutritus, contento principe adolescentiæ, in flammarum surrexit. Conati equidem sunt moderatores principatus Pontificem placare, atque à societate cæterorum hostium abstrahere, misso ad eum legato Archiepiscopo Mediolanensi, Petro Philardo Creteni, qui & ipse deinde l'apa factus est, & cùm hac legatione nihil effectum esset, traditis illi ultrò Bononia, Asisio & Perusia; sed tantum abest, ut eâ jaucturā majora pericula & detrimenta redempta fuerint, ut illa quotidie ingravescerent, & provincialium rebelliones, urbiumque defectiones sece exciperent, ut unda undam. Brixia cæteris omnibus quasi signum

[n] *Fazellus Lib. 2, cap. 7.*

signum aliquod fustulit & exemplo praeiuit; secutum est Bergomum; rebellavere deinde agmine uno Cremona, Papia, Alexandria, Laus Pompeja, Crema, Placentia, Parma, Comum, Vercellæ & Novaria, fuosque singulae tyrranni sunt pastæ. Pisas Florentini Gabrieli Mariæ Vicecomiti, in cuius patrimonio erant, vi pretioque extorserunt, Senæ obruncto Corregio præfecto in libertatem, cruentis turbis implicatam, se vindicarunt, Verona, Vincentia, Patavium in Venetorum denique ditionem concesserunt. Laceratum ita & attenuatum majorem in modum imperium Vicecomitum in ipsa quoque metropoli vacillavit ac ruinam egit: illic enim dissociatis animis civium, cum allii Gibellinis alii Guelphicis faverent partibus, omnia tumultu & seditionibus strepebant, sacra non minus ac profana violabantur, cædes & incendia fiebant, armis, cadaveribus, cruento atque luctu omnia complebantur, virtutisque & gloriae loco ducebatur ad ostendandum infigne factio- nis studium, maximam crudelitatem in cognatos etiæ & affines exercere. Hæc rabies deniq; occasione latronis in furcam agendi, in justam intra urbis moenia exiit pugnam, quæ die X Cal. Jun. an. MCDIV commissa fuit, tanta obstinatione, ut per octo amplius horas haustus civilis sanguis manaret; exceptit illam crudelitas viatorum, acerbis in captivos & turbarum autores eorumque propinquos supplicis saevientium, ita ut, referente Ripamontio, per aliquot inde menses varum absq; injigni aliquo supplicio dies esset, & Casatenum Biennumque nobiles familiæ ferè penitus extinguerentur; atque tanta mala, tantas cædes non permittente tantum, sed lætante, immò instigante Duce Johanne Maria patratas esse, idem autor, aliisque memoriæ prodiderunt. Nempe immeniac foeda crudelitate imbutus, quod nulla in barbaria quisquam tyrannus fecit, pro ludo habere, & noctu, prægrandibus molossis immanitatisq; lute ministro, Squarcia Giramo, stipatus, homines tanquam feras agitare, illisque fontes intonses, senes puerosque lubidinosè laniandos, objicere consueverat. Ferunt Jo. Pusterulæ, viri nobilis, filium, duodecim annos natum, cum patris odio duobus molossis, humani cibi avidissimis, nihil commotus simplici supinas manus ad genua ipsius protendentis pueri depreciation, ut virga coërceret, si quid amississet, nunquam se postea commis- surum esse aliquid, exposuisset, utramque bestiam rostro admoto puerum odoratum confe- disse, eiq; pepercisse; at Duce omni bestia crudeliorè jussisse Squarciam gladio secare pueri ventrem; nec tam effusa humi viscera sanguinemque canes attigisse. Atrox etiam exemplum, quod iuritiae speciem habebat ab illo statutum esse, narrat Ripamontius, in sa- cerdote avaro, homini in extrema paupertate mortuo funus gratis facere recusante; itaq; cum putresceret domi cadaver, defunctique mulier ejulatione ædes viciniamque repleret, Dux fortè præteriens causa cognita imperavit, ut daretur argenti, quantum funeri ducen- do satis esset, ipseque exsequiis interesse voluit, quibus peractis Sacerdotem, copiosa mercede quam acceperat lactum, sepulchro primum injici, deinde superimposito cadavere, congeri humum jussit. Cæterum cunctis tyrannum detestantibus, denique à conjuratis in S. Gotthardi æde duobus vulneribus, discisa usque ad oculos fronte & dextro crure ad suram detruncato, interfectus est; nomina illorum hoc ordine Bernardinus Corius recenti- sunt: Andreas & Paulus Bagii fratres, Jo. Pusterula, Otto Vicecomes, Franciscus, Luchinus & Farina Maini, Ambrosius, Gabriel, Ricardus & Franciscus Trivulzii, Andr. & Bertonus Mantegatii. Trucidati cadaver ab omnibus desertum, & a paucis ex infimo familiae ordine templo maximo illatum, meretrix operuit rosis, obque id meritum à Philippo Maria successore honestè elocata est: Populi deinde concursu Giramus quoque, canum custos & carnificinæ minister, occisus, ab omni- gaudiumque cadaver januæ paternarum ædium affixum est. (o)

PHILIPPO MARLÆ Vicecomiti pater Johannes Galeatius, primus Mediolani Dux, testamento assignavit Ticinum, Papiam, Novaram, Vercellam, Tortonam, Alexandriam, Veronam, Vincentiam, Feltrum, Bellunum, Bassanum omnemque tractum, qui Tridentum versus se exporrigit, unâ cum titulo Comitis Papenfus. Verum ex dictis civitatibus non tantum plerasque iis, de quibus su- perius diëst est, turbis, amisit; sed Papia quoque ad extremum à Facino Cane, penes quem bellicarum civiliumque rerum arbitrium sub Duce Johanne Maria, fratre suo, erat, exutus, & captivo perfidis in Ticinensi arce ab eo occupata, habitus est, exitio, quo fere captivitatem inter principum suspiciones finiri haud absurdè Ripamontius dixit, proximus. At eo metu ejusdem Facini opportuna morte, & mutata in ultimo vitæ sua articulo voluntate, exsolutus, atque ad non dubiam spem obtinendi principatus erekctus est. Enim verò Facinus in Bergomij obsidione, gravi morbo oppressus, Papiamque delatus, animam age- bat,

(o) Jovins in vita Job. Marie, Ripamont. Lib. IV. Leander Descript. Ital.
pag. 436.

bat, cùm nuncium de Johannis Mariæ Ducis cæde acciperet; itaque extrema illa hora amicos veteres, viros militares, per dextram fidemque obtestatus est, Dux necem ne siverent inultam, nec Philippum Mariam ejus fratrem & legitimum successorem destituerent. Taliæ dicenter postquam mors continuò occupasset, eadem adhuc die, qua Dux interfactus est, Philippo Mariæ veteranorum ducum copia, & exercitus omnis, qui sub Cane militaverat, ad expetendas fraternæ cædis poenas & vindicandum imperium præstò adfuit. Hoc à conjuratis & magna parte plebis, quam Bertus Cacia Placentinorum Episcopus concitatæ, *Hætori Vicecomiti*, Bernabovis filio, delatum fuerat: adversus hunc urbemque eductæ copiæ Hætorem ejusque aseclas brevi èd redegerunt, ut ille fuga salutem quæreret, urbeq; relicta in arcem Modoetiam se reciperet; reliquis conjuratis etiam, aut qua quemque calus tulit, evadentibus, aut cunctationis pœnam capite victori dependentibus. Metropoli imperioque ita potitus Philippus Maria cives in verba sua jure jurando adegit ad X Calendas Quintæ. an. MCDXII, & omnium consensu Dux Princepsque appellatus est; Modoetiam deinde oppugnavit, eamque Hætore Vicecomite in obſidione defuncto, & facta a Valentina, ejus foro, ydeditio, in potestate suam redigit. Ampliora verò fuscipere, & civitates, quæ defecerant à Vicecomitum imperio, recuperare gestienti, cum nervus rerum gerendarum deſſet, nuptiæ *Beatricis Tenda*, Canis Facini viduæ, cum dote CCCC milium aureorum, quos iste post fe reliquerat, propositæ, neque a Principe, licet illa tate fortunaque impar ipſi eſſet, repudiatæ fuit. His opibus valido exercitu instruto mira celeritate, paucorum diuerum ſpatio, *Alexandriam, Bergomum, Brixiam, Laudem Pompianam, Flacconium, Cremonam, Novocomum, Tritinum, Vogheriam, Cremam* & aliquot præterea magni momenti arces recepit, captis aut cæſis, qui per vim eas proditionemve occuparant, operaque illis in expeditionibus præcipue uſus *Francisci Buffoni* dieti *Carmagnoles*, a loco nativitatis sue, clarissimi & felicissimi bellatoris, qui ab illo rerum benè gestarum præmium titulum *Comitis Caſtrinovi* tulit, atque insuper in familiam Vicecomitum adſitus & Genuensi præfectura auctus eſt; poitea quāc scilicet Genuenſes armis Philippi Mariæ Duci territi, & maritima clade fracti, neceſſitate in rationem versa, ſe remque publicam ditioni ejus permiferuunt, anno ſupramilleſimum quadringentesimum vigesimo primo: & parebat adhuc Mediolanensi Duci Genua anno MCDXXXV, quo incorobabilem illam de Alphonſo Rege Aragoniæ victoriam Ligustica clasif reportavit, ipſo Rege & duobus ejus fratribus captis: hi Mediolanum iuſſu Philippi Duci diuerti, benignè ab eo excepti & statim à primo inter Regem Ducecumque colloquio in libertatem reſtituti, rauneribusque & pecunia aucti, mox ad repetendam Neapolim dimiſiſi ſunt. Malè id habuit Genuenſes, gloria ac fructu tantæ victoriæ fruſtratos; & jam anteā in fætidum imperii Mediolanensis adductos promovit, ut eodem adhuc anno exuerint obſequium in Ducem, & præfecto ejus, Opicino, trucidato, in priſtinam libertatemſe vindicarent. Interē dum hæc geruntur, magna Principum civitatumq; liberorum adverſus Ducem Philippum, ob potentiam cunctis formidabiliter & ad regnum Italie adſpirare creditum, confederatio facta, bellumque acre & anceps ei, à Venetis maximè, ad quos Carmagnola deficerat, illatum eſt, in quo varia fortuna uſus magnam apud Pompilianum cladem teneritare Caroli Malatestæ, quem copiis suis præfecerat, an. MCDXXIX accepit; majorem verò, virtute *Francisci Sforția*, victoriam navalem an. MCDXXXI reportavit. Iſtum ob egregiam militarem gloriā, qua omnem implevit Italiā, nuper Philippus luculentuſ ſipendio ſibi adjunxerat, atque a maiore beneficio obſtringeret in nome familiamque Vicecomitum adoptaverat, *Blanca Maria*, filia ſua extra matrimonium genita, adhuc puella illi desponsata. Nihil tamen ſeius tantæ deinceps ſufpiciones atque offenditioſes inter illos ortæ ſunt, ut Sforția à Philippo abalienatus Florentinis Venetisque, novum adverſus eum bellum parantibus, operam ſuam locaret, & militiae corundem imperium fusciperet; magno Philippi detrimento, quippe quem non tantum recuperatione, *Betgomi Brixiaeque*, quæ urbes ad Venetos defecerant, prohibuit, ſed alii etiam locis exiuit, & pugna identidem vicit. Gravis in primis illi evenit clades, quæ ejus copiis apud Soncīnum an. MCDXL à Sforția illata fuīt, alia, quam eodem propè tempore Nicolao Piccinnino, Philippi exercitum in Etruscis diuertanti, Michael Attendulus, Sforția patruus, infixit, cumulata. His adversitatibus verò generi desiderio tactus Philippus matrimonio filiæ magnaue dote animū illius ſollicitavit, & denique in anguitias apud Martinengum adductum expugnavit, ita ut Blanca in uxorem & Cremona dotis loco accepta, cum foero in gratiam rediret, eidemque Venetos pariter ac Florentinos pace, cuius ipſe arbiter fuit reconciliaret. Ne ſicutamen concordia inter eos ſteti, ſed recrudere ſufpiciones inimicitiæ-

citiaeque, vehementer in Philippi animo auctæ, cùm Sfortia Zerpellionem, quem ille in locum Nic. Picinnini virâ defuncti subrogare constituerat, perfidia damnatum in furcam egisset. In eum verò denique Philippi res redactæ sunt locum, ut generum amicum & defensorem imperii habere summè cuperet, nec tamen suspectare desineret. Hos inter angores excessit è vita nondum sexagenarius, jaclatus febricula per aliquot dies, exhaustus; ventris profluvio, quem utrumque per se lethalem in affecto corpore morbum aduersus remedia omnia contumacem efficiebat (*Ripamonti verbis utor*) curæ circumstantes, cùm Venetorum arma, semperque suspectus gener, & imperii amittendi metus obturbarent necessariae quietis horas, & concoctionem corrumpentem. (p) Fuisse legitur ingenti corpore, in juventute macer, in senectute pinguisissimus, deformi facie ac terribili, ingenio peracri & callido, in largiendo profusus, in parcendo facilis, in audiendo difficilis; at ubi in colloquio venisset, mitis ac placidus; cultus corporis ac munditiarum omnisque lenocinii negligens, neque in aliis veltimentorum mollitiem luxuriamque facile ferens; vendandi cupidus, equorum studiosus, quietis impatiens atque imperitandi avidus, in pacè bellum, in bello pacem quaerens, simulandia ac dissimulanda egregius artifex, raro in publicum prodiens, delatoribus credulus, in suspiciones pronus, à sermonibus de morte abhorrens, atque ad tonitrua & fulmina mirum in modum expavescens. Cæterum constans cum que se ptes terrestris aut navalium pugna victor, sed sepius vicitus fuisset, pari fastigio stetit, eosdemque spiritus indomita virtutis gessit, ad tuendum nominis decus semper intentus & erexit. (q) Prolem è legitimo toro nullam suscepit. Uxorem primam *Beatricem* luculentæ dotis ergo, ceu dictum fuit, ductam, & adulterii cum Mich. Orumbello Citharedo suspeçam magis quam convictam capitali supplicio affecit, deindeque *Mariam*, Amadei VIII Duci Sabaudiae, quietiam Papa aliquandiu fuit, gnamat, dote centum mille florenorum instructam (prout *Sam. Gnicchonius* adversus Jovium), aliosque, qui indotatam fuisse tradiderunt, aferunt sed eventu sterilem connubio sibi junxit; Vercelasque postea fecero, non tam nuptiis illis promerendis, qfiod idem *Jovius* perhibet, quam firmandas sibi ejus amicitiae ultrò tradidit. Unicam itaque prolem, è concubina genitam, eandemque sequioris sexus cùm haberet, BLANCAM MARIAM, Francisci Sfortiae uxorem, ferunt odio contra Venetos æstuantem, nec dum genero æquum placatumque diu agitasse animo, an huic Alphonsum Regem Aragonie & Neapol. præferret, & principatus haeredem scriberet, ut tanto propugnatores ambitiones & præpotentias Venetæ reipublica audacia frangeretur; sed amore filiæ, quæ jam nepotem ei ad spem imperii pepererat, generum, eundemque solemnis adoptione filium, antehabuisse. Is etiam post socii excessum metropolis provinciæque Mediolanensis imperium sibi vindicavit, quemadmodum in *Historia Sfortiane Januæ* pluribus dicetur, sicutq; Philippus Maria Ducum, è genuina Vicecomitum stirpe, ut omnia regia virtute secundus nemini, ita successionis ordine tertius ac postremus. Qui compararunt inter se Vicecomitum ingenia, ita judicasse refert Ripamontius: (r) "Philippum Mariam videri quidem ab Johanne Galeacio ortum; sed neque cæteram hujus prolem simile quicquam habuisse patris, neque patrem ipsum ad maiores suos ulla similitudinis nota pertinuisse. Aded & habuisse Philippum Mariam è filiis unum virtutes Joh. Galeacii omnes, & huic nulla vorum via adfuisse, præter artes, quæ regna continentur, quæve commyne regnantibus omnibus vitium sunt.

GABRIELI MARIAE Vicecomiti, Johannis Galeacii Ducis filio ex *Agnete Montegacia*, pellice ejus, suscepto, *rena & Pisa*, à genitore assignatae fuerunt, quarum tamen urbium neutram ille retinuit, Crema enim statim à Georgio Benzonio intercepta est. Pisæ postquam unâ cum matre sua se contulisset, neglecta clementia & liberalitatis fama, novum imperium inchoantibus utili, à civibus diutino bello ad incitas redactis munera, quæ florente republika novis dominis dare confueverant, vi extorsit, odiumque apud omnes confessim adeptus est; eo, nec non metu Florentinorum, qui Pisæ inhababant, permotus, se urbenque altero ab ipsius adventu anno, qui feculi duodecimi quartus erat, in clientelam Regis Galliae dedit, sequestre Jo. Bucicaldo, qui Genuæ tunc præsidebat, cui etiam Liburnum tradidit, atque infuper annum tributum, equum nempe & accipitrem peregrinum, promisit.

Facta propterea à Pisaniis seditione ex urbe in castellum se proripuit, ubi cum matrem casu aliquo & prolapsione de ponte mortuam amississet, animo & consi-

(p) *Lib. IV.* (q) *Jovius in vita ejus. Leander op.cit.pag.436. & 437. Bizar, Hisp. Oen. Lib. XI. Paul. Moros. Hisp. Ven. Lib. XXII.* (r) *Lib. cit.*

confilio omni destitutus arcem Pisaniam cum omni suo in urbem jure Florentinis an. 140; vendidit pretio CCVIM florenorum, cuius summae partem, videlicet LXXXM aureos Bucicaldus, Genuensis Praeses, solvere recepit. Confessum hoc negotium fuit ita secreto, ut Pisani non prius id recifcicerent, quam arsin in potestate Florentinorum esset. Pisii ille Mediolanum reddit ad Johannem Mariam Ducem, fratrem suum, a quo toti Insubrum imperio praefectus est; sed post biennium nactus æmulum Carolum Malatestam, ab ipso Duce sibi oppositum, Genuam secessit. Ibi cum à Bucicaldo nomen illud, de quo dictum est, exigeret, à perfido & avaro homine falsis crimibus, quasi cum quibusdam urbis primoribus rebus novis studeret, circumventus, & ad capitale supplicium abruptus fuit. (1)

AD TAB. XXXII.

BARNABAS I. BERNABOS Vicecomes, Stephani filius, Matthæi & Galeacii II fraternali minimus, vir fortis & acris animi ferocisque, publica magnificentia & continuis bellis gaudens, uxorem nactus est sibi häud absimilem, Beatricem Scaligera, feminam superbam, sumtuosam ac temerariam, Reginam ea propter appellatam. Quum ille in divisione ditionis à Matthæo fratre relictæ Bononiam fortitus esset, eamque Olegiano, dominium ibi usurpanti, armis ereptum iret, vicinarum quoque civitatum, videlicet, Florentinorum, Pisiorum, Luceniorum, sibi, si ille Bononia potiretur, metuerunt, nec non Romani Pontificis arma commovit, ita ut hi feedere facto, & contractis undique copiis, accitoque è Germania Carolo IV. grave bellum Vicecomitibus molirentur & inferrent, in quo, varia fortuna utrinque gesto, eniit sapientia fortitudo & constans Barnabæ, adversis eventis adeo non animo fracti, ut res propè perditas impigracura ac mira celeritate subinde restauraret, cumque Bononiæ in potestate suam redigere nequiviter, dolorem irriti conatus Regio Lepidi, à Feltrino Gonzaga anno 1370 emto, lenivit. In sumtus bellicos supra trecentas myriadas signati auræ expensas esse ferunt, quam immenstem pecuniam, præter illam que in splendore & ornamenti aulae, in ædificia & substructiones infanas, in luctulentis & ballicam numeri fessissimæ sobolis dotem, ab illo uxoreque infusa est, ex urbibus subiectis imperari atque corradi; & post Barnabæ captivitatem in ædibus ejus DCC. millia scutatorum, septemque planstra argente elaborato & pretiose supelleabile ornata, inveniri potuisse, (id quod Jovius & Crescenzi tradidunt) permirum videtur. Inter quinque filios, quos è legitimo cum Beatrice conjugio suscepit, ditionem suam viuis divisit, atque an. MCCCLXXIX singulos, nobili famulitio instructos, in possessionem immisit. Marci primogenito medietatem Mediolani, qualem ipse in divisione cum fratre Galeacio facta accepérat, alignavit, Ludovico Laudem Pompejam & Cremonam, Carolò Parmam, vicum S. Donini & Cremam, Rudolpbo Bergamum, Sonzinum & Geradadam, Mastino denique Brixiam cum Rivera & Valle Tellina. Hac verò imperiis divisione pessime sibi suisque consuluisse eventus docuit: filii enim ditionem, quam unusquisque per illam accepit, cum patruelis Joh. Galeacii imperio conserentes, & quahtum hic opibus & potentia ipsi singulis præpöllet considerantes, invide ei & obtristare cœperunt, habentes magistrum ad id improbabam, matrem nempe suam, arrogantem & ambitiosam mulierem, ægrotum filiorum animum ad partem deteriorem applicantem, ita ut nec affinitas, quam Jo. Galeacius cum illis contraxit ducta in matrimonium eorum forore Catharia, malevolentiam & invidiam minueret, aut cupidinem, qua erga imperium patruelis & sororis flagrabant, sedaret. Interē dum clavis confilia struunt illius evertendi, mater, Regina Scaligeræ, è medio excedit, posteaquam non ita multò ante extriniſus Turrianarum ædiū Ecclesiam collegiatam S. Mariae Virginis Scalensis (S. Maria della Scala) fundasset & largiter dotasset. Sepulta est in S. Johannis æde, carmine adscripto, quod apud Jovium aliosque legere est, quoque religionis laude inter cetera magnifice extollitur. Ripamontius anno aetatis suæ quadragesimo mortuam esse ait, in quo tamen lapsus est, siquidem quatuor supratriginta annos in matrimonio Barnabæ illa vixit, anno 1350, Corio testante ab ipso ducta, nuptis magna & insolita eō usque apud Mediolanenses hastiludiorum pompa celebratis; quinquagenatiam itaque fuisse oportet. Sublata matre, filiorum in patruelis concitatrix, Barnabas pater confiliorum, quæ ab illis secretè coquebantur, vel autorem vel socium se pribuit, tum qui a toro filios prætenui atque ob id inarmationis conditione regnatos prævidit, tum quia iniusta ei disperitatis ac fœnitatis vita.

(1) Scip. Attim. Hist. Flor. Lib. XVII, Leon. Attim. Hist. Ital. p. 225. Blear. Hist. Gennæs. Lib. X.

vita senectus avaritia & concupiscentia alieni cumulavit. Et dederat jam multa immanis avaritiae documenta, quibus Deo hominibusque exodus ac detestabilis factus est. Edixerat olim, ut Ripamonti verbis plurimum utamur, ne quis occideret aprum, neve canes & apparatus aliū venandi caula haberet; ejus editi nomine & obtentu consuevit spoliare fortunis, privare vita, (supra centum ex miseria agricolis laqueo suspensos fuisse Jovium tradit) delere ab stirpe familias, incendere domos, & effossis quidam oculis reservabantur in vita ludibriū & poenam. Quicunque enim gustasset aprugnae carnis aliquid, bestiamve ipsam mortuam spectasset, sive attigisset, tenabatur lege, quae de apri erat, & promptissima ea tyranno materies feritatis in omnes, quo scilicet odifer ob alias causas. Alebat vero ipse canum ad quinque millia sumptu omnes alieno, divisos nempe per urbem in hospita, quomodo milites dividuntur. Centuriones & tribuni cohortium earum erant: lustrabantur singulis mensibus: inspectioque ea magnum principi vestigia erat. Nam sive quis molosus arguerat macie sua hospitis illiberalitatem, sive largiore nutritu inutiliter pingue secebat, interrogabatur multa auctori, & severè exigebarat; vigebantque simul aliae acerbissimae exactiones, quibus permoti & populi vices miserati duo Franciscani Minores aucti sunt ipsius auribus ad divini judicii terrorem infusurare non nihil; hos ille ira percitus damnavit, ut igni cremarentur, & cremati sunt facti criminis, tanquam haeretici ipsi essent. Hoc itaque modo abominabili vitam imperiumque cum ageret Barnabas, præterea que confilia de nepte Jo. Galeacio interficiendo & imperio ejus occupando innata & disposita haberet, neq; lagacisimum juvenem ea laterente, cauto is opus est duxit, ne à patruo, metropolim armemque imperii tenente, per insidias opprimeretur, deinde petere eum ejusdem artibus & dolis, quibusab eo petebatur, statut, maluitque, quoniam eò necessitatibus ventum esset, prævenire quam præveniri, maximè odio publico, quo ille laborabat, fretus. Ergo adversus insidias se domi forsique premuniebat, atque ad struendum è longinquuo dolum vehe- mentissimam animi perturbationem simulabat, quasi taetus divino spiritu nihil humanarū rerum amplius curaret, attonitusque mortalitatis fine se se unicè ad supremam compararet, remissis imperii curis colloquebatur de morte tantum cum monachis Franciscanis, quorū quotidiè aliquem ad mensam adhibebat, vietu utebatur parciore & modesto simpliciique cultu; prodibat ad tempora frequentissime supplicatum, & nudis aliquando pedibus, stipatus tamen semper catervis armatorum & auctis circa palatum excubibus ex fidissimorum delectu; qua ipsa diligentia contemptum auxit sui, tanquam inter alterius vita curas & moriendi formidinem insiniantis, patruoque & patruelibus ludibriū debuit. Pervagatus tempora omnia ad Ticinum, & fatigato sermonibus de altera vita quoctunque fastimonia fama illic locorum clara, repente famam dissipavit, aditumque se B. Virginis ædem, quæ supra Varisium in monte vertice est; armat deinde peregrinationis ejus causa equites, eorumque comitatu, in qua non deerat aliquot pīi homines, ipse pedester itineri se committit, & Ticino s. Papia Mediolanum tendit. Barnabas cum filiis Ludophico & Rudolpho obviā exire peregrinabundo illi, magis spe & taculi fruendi quam honoris caula: ad D. Ambrosii Xenodochium obvii facti cum Barnabas de mula, qua vehebatur, descendere veller, dato signo drepente equites & tela & multæ armatae manus circumstetere ipsum & filios, adeò ab omnibus desstitutos, ut nemo ex eorum domestici aut civibus gladium traxerit, nemo inclamaverit ad arma. Ea res maximè memorabilis, ad cuius famam omnis Italia obstatuit, incidit in diec VI Maji an. MCCCXXCV. Captivi ducti sunt in arcem Porte Zobbiæ, & dominus ipsa Bernabovis diripienda data plebi, avide in eam grassanti & pristinū dominum maledictis, tanquam tyrrannum, incessanti, totumque mox Bernabovis imperium inuenta victoria in Jo. Galeaci ditionem concessit. Ea iste non contentus tollere patruum è medio secum constituit; datum ergo illi, in Tritianam arcem quam ipse ædificaverat abducto, est venenum, infusumque phæsolis, quibus delebatatur, ita ut super eadē mensa conversis repente oculorum pupillis & spumante protinus ore vociferari moribundus senex inciperet, ac paulò post animam efflaret, in brachiis Donine Potte, adamatae concubinae, septimo carcere mense, ætatis anno sexagesimo sexto. Calidum adhuc fervensque cadaver feretro impositum & in D. Johannis æde ad Concavam terræ mar- datum, ubi ille integra adhuc ætate sepulchrum sibi extruxerat. Tantam Bernabovis calamitatem antecessisse prodigiorum monitus memoriae proditum est: namque palatum ejus fulmine iustum, & pars muri quassata erat; Rudolphus illus filius fulmine alio penè exanimatus: insignegensis, vipera, quæ juxta D. Georgii ædem in palati fastigio steterat, turbine dejecta. (1)

Yy 2

Lib-

(1) Corins Parte V. Ripamonti Lib. III. Jovium in vita Barnab.

Liberorum, quos Bernabas Vicecomes tum ex legitima conjugie sua tum ex concubinis, genuit, ingens fuit numerus, quemadmodum in tabula videre est: de singulis, que Corius aliisque Scriptores rerum familiariumque Mediolanensium, quantos evolvere licuit, literis prodiderunt, in medium afferam, initio à gnatis legitimis capto: MARCO inter eos primatus tribuitur. Hunc adhuc puerum Imperator Carolus IV, cùm anno MCCCLV Festo Epiphaniæ Mediolani ferreo diademate coronaretur, Equitem auratum unà cum Jo. Galeacio, Galeacii II filio, creavit. Post triennium pace inter Vicecomites & alios Lombardia regulos initia, pæctæ inter alia sunt nuptiae Marci cum gnata Franc. Carrarij, Patavii Domini, matura utriusque ætate consummatae; sed elapsò biennio perfunxit Bernabovi Regina uxor, ut amicitiam affinitatemque Carrario renunciaret, suoque fastu digniorem, nurum deligeret; itaque cum ille an. MCCCLXV Thadæam filiam suam Stephano Bavariae Duci desponderet Marco simul nuptias conciliavit *Elisabetha Bavara*, Friderico, Stephani fratre, natæ, solemni sponsaliorum die XII Augusti celebrato. At gnati hujus primogeniti funus pater turbato mortalitatis ordine extulit: supremum enim diem ille obiit in eunte anno MCCXXCII eumque post XV dies ad plures secuta est, Corio referente, uxor Elisabetha Bavara, atque ambo in æde S. Johannis in Concha sepulti sunt. Hujus Elisabethæ nulla nobis hucusque mentio reperta est in Bavariae stirpis genealogiis, cunctis quotquot eas texerunt, Friderici Ducis filiam, Marco Vicecomiti nuptam, Margaritæ nomine habuisse, & ex posteriori ejus cum Magdalena Vicecomite matrimonio natam fuisse, dicentibus; sed lapsos esse omnes per eortem ex eo liquet, quia defuncta iam Elisabetha filia, Fridericus Magdalenam Vicecomitem, generi sororem, connubio sibi junxit; id quod Corius disertè refert. Perperam itaque prior Friderici Ducis Bavariae conjux, Anna Com. Neuffensis, sterilitatis probro afficitur, cum Elisabetha illius mater necessariò fuerit.

RUDOLPHUS & LUDOVICUS Vicecomites Marcum ordine nativitatis exceperunt, & sicuti communia cum patre adversus Joh. Galeacum patualem agitarunt consilia, ita etiam eandem cum illo fortè subierunt, libertate ac imperio ab isto exuti, & in carcere mortui. An Rudolphus in conjugio vixerit, tanquam incomptum in medio relinquendum est. Ludovici verò nativitatem pariter & conjugium Corius notavit, ita ut in tabulare recenserentur. JOHANNIS, ex illo nati, eodem autore referente, ratio habita est, cum Modœtia Philippo Mariae Duci anno MCDXIII dederetur, pæctumque fuit, ut ei prædiūm concederetur, ex quo CCC floreni quotannis redirent.

De CAROLO Vicecomite, quarto Barnabæ filio haec refert Corius: An. MCCCLXXXIX die VI Junii Carolus Barnabæ gnatus mandatum dedit Luchino Vicecomiti, Luchini quondam Principis Mediol. filio, Johannì de Rupe, Pisano, & Beltrando de Rubeis, Parmensi, ut suo nomine solemnia nuptiarum celebrarent cum Margarita, sorore Regis Cypri, eidemque annulum nuptiale tradarent; atque ita Lixignanæ hoc matrimonium ad effectum perductum est. Postea inter aet. anni MCCXXCII memorat Carolum, Burnaba natum, filiam Comitis *Armagnacensis*, (cujus parentes in numero ducum bellicorum Ludovici Andium Ducis ad regnum Neapolitanum evocati erat) jugali feedere sibi socialisse, mortua haud dubie interea Margarita Cypriaca. Istinomen *Beatrix* & priorem maritum fuisse Gastonem Phœbūm Fuxensem, quem pater cognominis *Bearniae* Vicecomes interfecit, ex *Arn. Oibenarti Notitia Vafconia* conitat. Post genitoris captivitatem Carolus, referente iterum Corio, Cremâ, quæ in urbe nuncium de illa accepit, Cremonam, indeq; Parma se proripiuit; isthic ægri in castrum Portas novæ receptus, cùm cives illos haud bene erga se animatos esse intellexisset, Regium Lepidi abiit, postridiè verò Mantuam, inde Veronam & denique in Germaniam fecessit, ubi apud Duces Austriae Bavariaeque, affines suos, aliquot menses commoratus est; Postea cùm argentum quod secum tulerat, confusisset, pauper & derelictus in Italiam redit, & Luchino Novello Vicecomiti, veteri amico, aliasque Ducis Jo. Galeacii hostibus se adjunxit. Verùm an. 1391 à Ducis Secretario, Venetiis agente, persuasus, ad pæctum descendit, quo dicto Duci omne jus in haereditate, parentum suorum eorumque imperium pro vita & latitio mille florenorum menstruorum, resignavit. Isto mortuo, cum omnes ferè civitates Mediolanensi imperio subiectæ tumultuantur, & Veroneses Wilhelμum Scaligerum, tanquam novum Dominum, in urbem suam receperint, intromissus simil fuit *Carolus Vicecomes*, sed postquam pecuniam Scaligero mutuo datam repetiisset, & dejectioni insignium ducalium restituisse, postridie repertus est vita privatus. Liberos ei *Hennings* tribuit Rudolphum, Carolum & Blancam, Bartholomæi Scaligeri uxorem; sed perperam cùm illi Johanne Vicecomite, qui diversus à Carolo, Berna-

Bernabovis filio fuit, nati fuerint: apud Corium *Marti*, Carolo prognati, occurrit mentio, pro quo in editione Modoetiae an. 1413 facta pactum esse refert, ut ei possessiones, fructus DC florenorum ferentes, assignarentur. *Bonam*, Montalbani uxorem, Carolo Vicecomite ortam esse Crescentium, Gallicosq; scriptores testes habemus, in eo tantum dissentientes, quod hi Beatrice Armanacensi natam huius statuant, ille Margarita Cypriaca.

MASTINO Vicecomiti, filiorum Bernabovis legitimorum natu minimo, quinto ætatis anno, qui seculi decimi quarti quintus supra octogesimum erat, mense Februario sponsa fuit gnata Antonii Scaligeri Verona Domini. Post infortunium, quod paulò post patrem ejus oppressit, à quibusdam ejus stipendiariis Brixiam abductus est; hos puerum urbemq; aliquot menes aduersus Ducem Jo. Galeatum strenuè tutatos esse Corius memoriae prodidit. Profugus deinde ad Rhætos. Curiæ commoratus est, atque anno 1404 ob beneficia ibi accepta Hartmanno Episcopo & Ecclesiæ Curiensi Vallem Tellinam, à patre cum dividere imperium inter filios sibi traditam, tunc verò à Jo. Galeatio occupatam, donavit, quemadmodum Galerus in historia Rhætiae retulit. (n) Vita in robore ætatis, Johanne Maria Ducatum tenente, defunctus esse videtur: namque in transactione quam Philippus Maria ejus successor anno 1413 cum propinquis suis, in Modoetia arce se continentibus, iniit, liberorum tantum Mastini mentio occurrit, illorum nempè, quos tabula indicat.

Ad gnatas Barnabæ legitimas progredimur, dicturi de iis eo ordine, quo à Corio ressentur: Plerisque splendidissima matrimonia parens maxima ambitione quaæfavit, & data luculentia dote conciliavit, perque ea cum Regibus summisque Principibus affinitate, connexus est. Natu maxima, cui VIRIDÆ nomen, Leopoldo Austriae Duci cum dote C mille florenorum, mense Februario an. 1364 defponsa fuit, cumque Rudolphus Austriaeus, Leopoldi frater, confirmandæ affinitatis ergo Mediolanum profectus esset, in morib⁹ ibi implicitus naturæ concessit. Illa verò matrimonio consummato fortunata Inclitissime Austriae stirpis propagatrix facta est. THADÆAM sequenti anno Barnabas Stephani Ducis Bavariae filio homonymo cum dote æquali nuptiū locavit; interjecto decennio AGNETEM Francisco Gonzagæ, Ludovici Mantuae Princeps filio uxorem coadixit, sed anno demum 1380 in matrimonium ejus ire passus est, nulla instruētam dote, & haud auspicato: anno enim conjugii decimo quinto, iussi mariti, in cubiculo securi percussa est; cui cædi maximè imputat Corius cautam fuisse, quod Gonzaga, Vicecomitibus infensus, eorumdem hostibus, quorum societatem ambebat, documentum edere gestiret, quanto adversus Vicecomites odio flagraret; *Pofervimus* (w) econtra impudicitie & turpis cum Vincentio de Scandiano confuetudinis convictam, poenam illam marito dedisse, literis prodidit. De ANGLESIA refert Corius, quod an. 1375 d. XXII Augusti Fridericus Rex Cypræ facultatem dederit *Burggraviu[m] Hürimbergi*, Johanni *Vijemberg*, Joh. *Elerbach* & Johanni *Dieterici Canonicu[m] Emolpacensi* paciscendi nomine filii ejus Friderici Junioris nuptias cum Anglesia, Bernabovis Vicecomitis filia. Peregrina admodum nomina hic nobis narrat Corius: Cyprus enim Regem nullum habuit, cui Friderico nomen fuit, & mandatariorum illorum appellations Germanicam magis arguunt originem quam Cypriacum. Mire vero vacillat in sequentibus dictus autor, nec sibi constat: namque anno 1377 die XXVI Febr. a Bernabove mandatum fuisse ait Eraſmo Spinula & Balzarino Pusterlæ, ut Friderico Regi Cypræ Antoniam gnatum suum cum dote C mille florenorum promitterent; aliquot deinde lincis interjectis refert Petrum Regem Cypræ pactas à delegatis suis nuptias cum *Valentina* Bernabovis Vicecomitis filia ratas habuisse, & denique maritum, quem *Angleſia* nausta est, *Fridericu[m] Hürimberg* appellat. Conabimur collatione aliorum scriptorum eruere verum, lucemque ostendere; ac Cypræ quidem Regem Bernabovis Vicecomitis generum fuisse, cui verò nec nomen Friderico, nec uxor Angleſia, paulò post dicetur. Itam autem, quæ exteris *Alexia* audit, à Friderico V Burggravi Nurembergensi pro filio cognomine, tunc puello, in matrimonium petitam, nullisque Mediolanum legatis de pactis dotalibus conventum, eaque die XXX Augusti anno 1376 ratihabita fuisse, *Rentschius* in commentario Germanico de familia Brandenburgica testatur. (x) Illorum in legatorum numero Johannem *Veſtenbergum*, quo dictus Burggravius plurimum usus est, fuisse, cundemque sub Joh. *Vijemberg* nomine latere, iuficior; circa Jo. *Elerbach* nil dubii occurrit, cum illa tempestate hujus appellacionis familia floruerit; Joh. *Dieterici*, *Canonicum Emolbacensem*, *Dietersheim* dicendum, & *Onolspacensem* *Canonicum* in ade colle-

Zz

[u] *Lib. X. p. 154.*[w] *p. Histor. Gonzag. Lib. V. pag. 440. Et seq.*[x] *Rentsch Brandenburg. Ederhain pag. 366.*

collegiata S. Gumberti fuisse conjecturam facio; voce denique *Hnrimberg* designari *Nrembergam* quis ambigat? Neutiquam igitur legati in loco reputandus est Burggravius Nurembergensis, & quidem, quod absurdum, Cypr Regis, sed potius pro autore legationis; jamq; liquet, quomodo quæ Corius retulit sint emendanda. Id autem notaesse adhuc convenit, matrimonium illud inter Fridericum Burggravium & Anglesiam Vicecomitem non fuisse consummatum, causam ejus nemo scriptorum indicavit; mortem Anglesia in ipso nuptiarum apparatu intervenisse crediderim: anno enim 1393, quo sponsus jam conjugio matruserat, integra adhuc fuerunt paœta, eorumque vigore Anglesia jam ad illum deducenda, hæreditati paternæ renunciavat, cui actui Ubertettum Vicecomitem præsentem adfuisse *Gualdus Prioratus* refert. (y) VALENTINA post Anglesiam in serie filiarum Barnabæ Corio recensetur: Ea Petro II sive Petri Regi Cyprum dote C mille florenorum in manum convenienti an. 1377, atque exente anno 1382 vidua facta vitam usque ad an. 1393 prorogavit, cuius anni die XII Septembbris nuncium de illius obitu ad Duxem Joh. Galeacium è Cypro allatum esse idem scriptor memorat. Valentinam excepit CATHARINA, à Jo. Galeacio Comite Virtutum, patruel suo, secundis nuptiis cum dote CM flor. domu ducta, & secundo post ejus excessum anno dolore & molestia, quam ex intestinis iisdemq; cruentis tumultibus contraxerat, nec sine suspicione veneni in Modötiana arce dotalitio suo accepti, exanimata. ANTONIA hanc sequitur, de qua non secus ac de Anglelia asystata *Corius* narrat; nam post illa, quæ jam supra de illa relata sunt, mense Decembri, ait, an. 1380, Barnabas Vicecomes Antoniam gnata suam in matrimonium collocavit illustrissimo Domino Procavio, *Serenissimi Imperatoris Ladislai filio*; mirificè hic halucinatus est, aut altum dormitavit bonus Corius, quis enim unquam Imperator Ladislai nomen habuit? atque etiam si ex antecedentibus facile colligere liceat Wenceslaum eo sub nomine intelligendum esse, quis Procoviū cognoscet, cum improstem Wenceslaum Imp. fuisse una omnium scriptorum sit sententia. Hoc ipsum tamen denique eo loco, quo omnium Barnabæ liberorum catalogum retexit, prætereundo damnavit, Conrado Comiti Wirtenbergico Antoniam cum dote LXXV mille flor. in manum convenienti dicens: quamcum hoc quoque errore non vacat; *Eberhardo* enim nomen, & cognomen *Miti*, Comiti illi Wirtenbergiae fuit, cui Antonia nupsit, prius desponsa Friderico Aragonio Regi Siciliæ, ante peratas nuptias morte intercepto; quod si ita se habet, sicuti Sicularum rerum scriptores quoque testantur, Antoniam ætate maiorem sororibus suis, jam enumeratis, aut saltem tribus quatuorve postremis, fuisse crediderim, ed quod Fridericus Sicilia Reg. jam an. 1368 mortalitatem expleverit. Octavo loco MAGDALENA se offert, Friderico Duci Bavariae Landshutano à Barnaba post murus suæ, quæ ejusdem Ducus è priore conjugio gnata erat, obitum, cum dote C mille florenorum nuptui data; quam in familiam nona quoque Barnabæ gnata ELISABETHA *Picinnina*, Latinè *Parvula* dixeris, ab ætate fortè aut habitu corporis cognominata, quæ adhuc puella an. 1378 Aetio Vicecomiti Jo. Galeacio filio desponsa fuerat, deindeque an. 1382 in spem matrimonii cum Principe Regii in Gallia sanguinis venerat, elocata denique fuit Ernefto Bavarо, instruenda dote LXXV aureorum à Duce Joh. Galeatio, ut Stephanum Johannemque Bavariae Duces, Ernesti patrum & genitorem, à foedere cum Florentinis & Carratiis ineundo averteret, quemadmodum apud Aventinum legimus. (z) LUCIA inter legitimas Barnabæ filias postremo loco recentetur: eam, Corio referente, Ludovicus Dux Andium, regno Neapolitanò inhians, & nervo rerù gerendarum opus habens, dotis amore pro filio suo homonymo, tunc quinquenni, anno 1382 expetiit, cumque à Bernabovo condita fuisse, anno 1384 octo delegavit Oratores, qui illam unà cum dote promissa ad se perducerent, cuius rei documentum in Andegavensi inventario supereſſe *Pater Anselmus* testatur; verum codex adhuc anno Luciam à *Comite Confia*, qui Ludovico Andino duo milia militum Anglicorum auxilio adduxerat, & Episcopo quodam, nomine *Edmundi Comitis Confie*, filii *Henrici Regis Anglie*, du&tam, eique dotem LXXV flor. renorum promissam fuisse, Corio nugatur erroribus cumulatis: nam qui tunc in Anglia regnabat, Richardi nomen gerebat, non Henrici, & prole carebat, neque in familia regia illo tempore erat Comitatus Cantii, hunc enim Confia nomine indigitari haud est dubium, sed jam anno 1350 ad Holandiam domum transferat, prounbum denique & sponsum, Regis filium, codem Comitis Confia titulo usos esse mori in Anglia nungquam non recepto adversatur. Exolvemus horum errorum nodum *Wib. Dugdale* duce; is in *Baronagio Anglicano ex domesticis authenticisq; documentis* refert *Edmundum Holandum Cantii Comite, Thomam*, qui Regis Richardi

(y) *In vita Casparini Vicecomitis.*(z) *Annal. Bojor. Lib. VII.*

Richardi frater nterinus erat, filium cum Lucia Vicecomite matrimonio junctum fuisse, quæ e-
quidem illo, quem Corius notavit, anno in Italia stipendia merenti desponderi potuit, sed
demum anno 1407 ei nupta est, & cito vidua facta in Anglia permanxit, donec an. 1424 na-
turæ debitum per solveret, condito testamento, quo multa ad pias causas & speciatim adae-
dem S. Mariæ Scalensis, à matre sua Mediolani extructæ, legavit, *Galeacum* fratrem verd.,
tunc quadragenarium, hæredem instituisse Dugdallo dicitur, quod nomen quia nullus è
germanis Lucia fratribus gessit, *Galeottum*, è pellice à Barnaba genitum, innui arbitror.

Inter liberos nothos, quos ex variis concubinis Barnabas sustulit, in tabula una cum
matribus eorundem nominatos, de *Ambroſio Heftoſe & Sacromoro* narrandi suppetit argumen-
tum. AMBROSIUS bellicis artibus præmunitus, adversa tamen fortuna in plerisque,
quibus interfuit, actionibus usus est; an. 1363 à Nicolao Ferraria Marchione post impro-
speram pugnam captus & Anconam in custodiā missus est. Ex eis liberatus atque à geni-
tore Anglicis copiis, quas ille magna argenti vi conduxit, præfectus, cùm anno 1367 in re-
gnū Neapolitanum penetraset, ibique prædas ageret, ab exercitu, quem Regina Johanna
subito contraxit, oppresus & debellatus iterumque captus in arcem Neapolitanam, quæ
ab Ovo nomen habet, coniectus est. Post longam captivitatem in libertatem restitutus,
parti in variis expeditionibus strenuam navavit operam, & Ferrariensisbus nec non Bononiensibus
gravia damna intulit; at denique anno 1273, cùm in Bergomatum montibus
rebello, Guelphicis partibus faventes, avidius persequeretur, præcepis datus in infidias, à
rusticis cum magna nobilium virorum manu trucidatus est, tanto patris dolore, ut monta-
nigravem & cruentam vicissim poenam illi penderent.

HESTOR, *Kipamontio Hētor*, Jovio *Hafſor* dictus, Vir fortis & acris animi magniç;
genitore, fratribus imperio exutis, solum vertit, & apud hostes Mediolanensem stip-
pendia fecit. Post excessum Ducus Joh. Galeatii ex ætate filii ejus ac successoris Johannis
Mariae rebus agendis imparis, & turbis sub novo regimine exortis spem animumque re-
sumsit, atque iis, qui urbe pulsi erant, vel præsentis status tædio sponte exulabant, duces
se præbuit, & Modötiam intercepit, receptaculum omnibus res novas exoptantibus fu-
turam. Interfecto Johanne Maria Duce, cùm urbs sine reſtore, & Philippi Mariæ fratrī
ejus, res in dubio effent, Mediolanum advolavit, Principatum si posset, occupatus; &
juvit audenter fortuna: namque opera gregalium suorum & maximè concionibus Berti
Caciæ, Placentinorum Episcopi, mansuetudinem Hestoris, futuramque per eum felici-
tatem novi imperii multa & gravi loquentia populo persuadere satagentis, effectum est, ut
magnis acclamationibus Dux appellaretur, clavesque urbis & vexillum reip. cum sceptro
& diademate illi deferrentur. At enim verò documentum fuit, quām falsa & volucris sit
fortuna: mox etenim Philippo Maria Vicecomite, ultore fraternæ cædis & paterni impe-
rii vindice, cum exercitu apparente, urbemque foris oppugnante, quam intra muros quo-
que suæ factioñis cives & arcis præsidarii, qui in ejus fide permanferant, vexabant, à dupli-
ci hoste externo pariter & interno, prætereaque ab ipso Hestore immodicis & quotidie
cum sævitia iteratis exactionibus afflita civitas, hujus fastidio & legitimi Principis deside-
rio tangi cœpit. ita ut res Hestoris post irritos aliquot in ultima desperatione conatus ed
brévi redierint, ut fuga salutem quæreret, à viris fœminisque telis & faxis è fenestris impe-
titus quibus Joh. Carolus Vicecomes, illius Achates, pæne oppressus est. Postquam Mo-
dötiam evasisset, intra arcem inclusus in tuto fuit, usque dum Principi, rerum urbanarum
statu composito & imperio firmato, vacavit ed curas vertere. Tunc obfessa à ducibus Phi-
lli Modötia, oppidumque expugnatum fuit; arx verd dum oppugnabatur, Hestor ad
puteum sedens tormenti in incertum emissi lapide coxam ictus interit. Filium reliquit
Franciscum, uxoremque incompti nominis & generis uterum ferentem, quibus *Valentina VI-*
cecomes, Hestoris soror, cùm arcem Philippo dederet, in columitatē & alimenta ipsis digna
paſta est. Uxor deinde Hestoris posthumo partu *Heftoſem II* edidit, quem nec non *Franci-*
scum, ejus fratrem natu maiorem, à Duce Philippo Mariabenignè habitum, & *Melenianen-*
prædio in levitatem fuisse *Crescentius* retulit; Sed de Francisco quid porrò factum sit ignoratur;
ab *Heftoſe II* autem illa, quæ in Tabula exhibita est, posteritas descendit.

SAGROMURUM Vicecomitem quem Barnabas ex *Montanaria de Lazaris* sustulit,
strenuus bellatoris encomio Crescentius ornat, patremque fuisse ait LEONARDI, qui exercitu
Ducus Philippo Marie ductavit, & Modötiam in deditionem accepit, cum *Valentina* ejus
amita, se propinquosque omnes in fidem & potestatem dii Duci an. MCDXIII commi-
terent. A duobus illius gnatis, *Sagromoro II & Petro Francifco*, stirpes Comitum *Sezei* & *Saliceti*
defluxerunt.

AD TAB. XXXIII.

SAGROMORUS Vicecomes secundus illius nominis, *vir nobilis & magni ingenii* encomio à Corio celebratus, Francisco Sfortiae novo Mediolanensem Ducis fidus atque utilis & gratus fuit, eamque virtutis suae opinionem Blancae Mariæ, quæ Francisci uxor fuit, ejusque Filii Galeacii Mariæ animo impressit, ut non dubitarent Genuæ regimen ei demandare, appellantes eum in diplomate, quod die 22 Jul. 1466 datum fuit, *Magnificum ac strenuum armorum duorum militem & affinem dilectissimum, virum sane gravitate consilii, rerum experientia, magnanimitate, integritate, fide ac rectitudine nemini fecundum.* Ampliore deinde elogio à Duce Galeacio Maria ornatus fuit, cum is an. 1468 in secretiore consilio locum ei daret, his quippe verbis in literis d. 13. Apr. scriptis usus est: “crebra nobiscum cogitatione revolentes, ac iusto ex animo pensantes fidem & devotionem inconcussam, reverentiam & observantiam infuperabilem, mentem & animum flagrantissimum erga nos, & statum nostrum, cum rei quis animi & corporis dotibus Magnifici & Præstantis militis D. Sagromori Vicecomitis, Affinis nostri dilectissimi, & potissimum quantum ingenii acumine, consilii gravitate, maximarum rerum experientia, militaris discipline peritia, nec minus pacis artibus excellat; quibus in omnibus præclarade se præbuit documenta, & nos ipsi locupletissimi testes sumus; merito talem virum è medio reliquorum deligendum, dignissimum judicavimus, cuius opera & auctoritate in rebus Status nostri gravissimis utamur, quique præstant & virtutibus suis Consilium nostrum Secretum illustrare possit.” Idem alius postea tabulis Kal. Martii an. 1471 datis pensionem annum centum scutatorum, quam patri ipsius Francisco Duci, in acceptis ferebat, illi confirmavit, & ad filios ejus hæredesque extendit, ita fatus, *Specabilis & Generoso Equiti aurato D. Sagromoro Vicecomiti Armorum Duotori, Consiliario & affini nostro dilectissimo; sicut ergo nos & statum nostrum in omni offici, obsequiorumque genere præclara merita depescunt, &c.*

FRANCISCI BERNARDINI Vicecomitis non minor dignatio fuit, ac Sagromori patris; itaque anno M C D X X C I V. inter Consiliarios intimioris admissionis, & indefiniti patrui Petri Francisci locum cooptatus fuit; ex literis quibus à Duce ista ei dignitas collata est, sequitur Crescentius recentius. “Cogitantes laudis & gloriae dignitatem, qua Franciscus Bernardinus Vicecomes Vir Spectabilis, vel ob maxima gentis majorumque suorum decora vel ob proprias virtutes excellit, jure invitamus, ut ipsum in amplissimo Senatorii Ordinis gradu cooptemus. Nam cum ex eadem familia, qua & Nos, natus sit, ejusque Pater Avi & Proavi domi militiaeque floruerint, atque rerum gestarum laudem in gentem consecuti sint; tum ipse Majorum probitatis atque virtutis aemulus magis quam eorum gloria contentus ab ineunte adolescentia militiae se dicavit: ex qua præter alia virtutis documenta in eo bello, quo proximis annis tota exarsit Italia, cum Ordinem duceret, sive consilio sive manu res gereretur, in eo ingenii probitatis atque animi decus admirabile visum est. Itaque cum nuper mortem obierit Spectabilis & Strenuus Petrus Franciscus Vicecomes Senatorii Ordinis, Francisci Bernardini patrus, dignus is visus est; quicum ob familiæ majorumque suorum dignitatem argue proprias animi & corporis dotes, tum ob necessitudinem, qua Petro Francisco strictissime jungebatur, eisurrogaretur, &c.” Papiae deinde vicaria potestate impositus Franciscus Bernardinus MCDXXCVI. Ita hanc quoque spartam ornavit, ut à Ludovico Moro, cum is Gallorum armis in desperationem conjectus fugam in Germaniam an. MCDXCIX. adornaret, inter Quatuor viros deligeretur, qui urbis & imperii Mediolanensis statum in media illa desperatione regerent ac tuerentur, & quo magis veteris domini memor atque amans esset Vigevano prædio, cuius uberrimi erant redditus, sera licet liberalitate donaretur. Trivultius quoque, quem Rex Gallia Producem Mediolanum constituerat, hominem perspectæ virtutis demeritus, Esoe cum libera jurisdictione nec non Castelluccio Alexandriæ eundem investivit. Testamento, quod anno MDIV condidit, bene multa ad pias causas legavit, fideique commissum inter quinque filios suos instituit.

SAGROMORUS III & BARNABAS Vicecomites, qui inter Francisci Bernardini filios primo loco recentur, militari opera, quam strenuam Regibus Galliae Ludovico XII & Francisco I commodarunt, benevolentiam eorum. honoresque & opes sibi parvunt, titulo *bene dilectorum & fidelium consanguineorum* ab illis honestati. Non pigrabor recente, quæ apud Crescentium ex literis tabulisque Regiis excerpta leguntur: Ludovicus Rex

Rex in diplomate, apud nemus Vicennarum die VIII Jun.an.MDXIV scripto, quo illis donationem feudorum quorundam confirmavit, hisce usus est verbis: " Memores donationem fecisse quondam bene dilecto & fidei consanguineo nostro Franciso Bernardino Vicecomiti ab ejus ergo nos statumque nostrum bene merita de locis Castellatii, Boschi & Gallarate cum suis pertinentiis ac fructibus, redditibus & emolumenis eorum; considerantesque maxima & ingentia servitia, qua bene dilectus & fidelis consanguineus ac Capitanus noster Sacrique Ordinis Eques Sacromorus ejus filios in nos Statumque nostrum contulit, ita ut nec mortem evitaverit. Atque non minus animo revolentes, quos labores sustinuerit, & quae detrimenta passus fuerit, & paratur bene dilectus noster Barnabas ejus. Francisci Bernardini filius &c. " Franciscus Rex cum Barnabovi & Othoni fratribus facultatem daret quatuor eligendi Canonicos, factum id a se esse ait in literis Blesis d. 30 Dec.an.MDXIX desuper datis, *in virtute & probitate dilectorum consanguineorum suorum Capitanei Barnabovis & Othonis Vicecomitum fratrum & filiorum q.bene dilecti Consanguinei sui Francisci Bernardini &c.* Anno ab illo proximo MDXX cùm idem Rex per litteras in castro S. Germani in Laya mense Augusto datas Barnabovi Vicecomiti *Varcijm Burgum* in Mediolanensi Ducatu nobilissimum cum mero & mixto imperio lege beneficiaria conferret, hisce exorsus est verbis: " cum nihil tam Regum ac Principum peculiare fore contet, quam liberalitate ac munificentia in omnibus uti: praesertim in eos, quorum fides singularis & vera integritas & re ipsa & periculis, pace & bello in utraque sibi fortuna comprobata est; numero quorum summe excellit benedictus & fidelis consanguineus ac Capitanus noster, Sacrique Ordinis nostri Eques Barnabos Vicecomes, qui tam ante occupationem factam per Maximilianum, Sforiam de dominio & statu nostro Mediolani, quam post & ea occupatione durante, ac recuperatione hujus nostri dominii, consilio, re, armis ac ejus & amicorum personis non parum nobis profuit: non expensis, non damnis, non patrimonio, non ejus propriæ vitæ parcens, nihil omnino prætermittens, quod à fidelissimi vasallis posset optari &c. " Franciscus II Dux Mediolani cùm Barnabam in feuda ei, quod Gallicam factionem secutus es, ablata & in fisca redacta, restitueret, lunc in literis Cremonæ d.XIII Octob. an. 1516 scriptis eorum catalogum dedit; " Bregnanum, Pegazanum, castrum Rozonum in glarea, " Abdueni, S. Georgi in Lomellina, Castenum, Cajellum & Premezum, Sezatum & Gammalierium in Alexandria dicecesi. " Atque haec de filiis Francisci Bernardini Vicecomitis *Crescentius* retulit, haud verò supervacuo subtexturi videmur quae alii scriptores de uno alteroque ex illis memoriae proddiderunt.

De SACROMORO III Jovius (a) " Sacromorus circumvallandæ arci Novariensi à Duce Maximiliano Sforia præfectus, vir principe ortus familia, sed majorum suorum virtutis & gloriæ penitus oblitus, utpote qui fortuna sua minimè contentus, ad antiquum inclytæ domus decus nequaquam bonis artibus aspiraret. Alebat enim circa se audaces veteranos, ab egestate atque superbia cædibus affuetos & maleficiis infames; & in his aliquot primæ nobilitatis adolescentes disoluta vita perditos & effrænes, qui à parentum imperio gratiaque dil ipsi, licentia militaris libertatem quærebant. His omnibus in turmas cohortesque descriptis Sacromori fratrumque dominus ita patebat, ut quum extra modum prodigo neque patrimonii proventus, neque stipendia sufficerent, vecordia precepit ad retinendum instituti luxus nomen, nonnunquam in pecuniosos sceneratores & opifices nocturni graffaretur; atque inde infame novi Catilinæ nomen apud Insubres referret; nec insulse quidem, quum multo ære alieno oppressus, ne decoqueret, sibi omnino conjurandum arbitraretur. Quibus de causis, quod se multis invisum & principi suspectu nosset, cum Trivultio transegit, ut alac equitum præfectus regia stipendia mereret, quæ erant maximè opulenta, atque perpetua. Interim daret sedulò operam, ut obsecorum in arce Novariensi inediae occurreret, & si fieri posset, Sforia per insidias interficeretur, ut eo insigni munere, quo tota belli controversia finiretur, ad Règem trahiret. Ab hac pæctione nocturnæ stationes ad valli munitionem ita sensim laxata sunt, ut Galli ex composito exuentes, singulis noctibus paratum & gratuitò traditum omnis generis conmealatum in arcem referrent. Sed ea diffimulatio non occultæ plena perfidiae diu tegi non potuit, quin emanaret, prodentibus forte bajulis, qui quaterni multo labore succollantes integrum vini vegetem ad vallum obsecra arcis intempesta nocte comportassent. Hac re deprehensa, Sacromoroque detecto, atque eo vim parante Maximilianus per se pavidus, mox entibus amicis ut sibi caveret, Mediolano excelsit. Meminerat enim se non multum antea, quum è feto matronarum convivio noctu sine funeralibus in Curiam rediret, occurruo incognitæ armatorum catervæ insolenter atque acriter omnis telis petitus fuisse; quo tumultu G-

(a) *Hist.Lib.XI.*

Iacius Sfortia, Pisauensis Principis frater, ipsius lateri comes hærens, glande trajectus interiisset; nonnullis procul dubio eam vim atrocius facti nequaquam fortuita, sed parato dolore illatam, ad Sacromori satellites referentibus. Constatbat enim Sacromori domum, quæ una ex Vicecomitibus Magni Matthæi, posteriorumque ejus Mediolani Principum, quamquam ex notho proavo veram stirpem respiceret, Sfortianis tanquam insitiis novisque principibus imperium semper invidisse. Tum vero Sacromorus quod nullus jam locus, Sfortia profecto, tendendis in siulis relinquetur, nihil sibi moræ attulit, quin impotentis animi perfidiam nudaret. Jam enim Galli duces à Taurino ad oppugnandam Novariam, convolabant, & Livianus, Venetorum duktor, ad occupandam Cremonam iter intenderat. Primum omnium advocata concione commutatae voluntatis causas exponit, novi consilii necessitatem demonstrat, opimiora stipendia & præmia ex liberalitate opulentissimi Regis singulis pollicetur, patefactaque munitione aliquot evocat Gallos, explicatisque regiis vexillis, ingenti armatorum stipatus agmine, per medium urbem in forum percurrit, occupat ex templo curiam, plebique diripiendam præbet; exinde populum tantum rei novitatem & certometu à Gallis & Venetis imminentem perterritum, patricis improviso timore præpeditis, hortatur, ut ad veterem Galliæ Regis fidem redeat, Sfortiani dominatus oblivisci velit: qui multis ab iniqua proscriptione exiliū, fugam egestatem compedes & foedæ necis laqueos attulerit, quando Ludovicus Rex ad non dubiam clementiam semper viator, ab immensisque opibus regum maximus, rapaci savoque tyranno egenti, & jam plane ab omnibus deserto præferendus videatur. Per hunc modum Mediolanenses, ex timore in novam spem proclinati, arma tenenti facile parent: novum Ludovico Regi sacramentum dicunt, restituotque Senatu Sfortiana insignia publicis locis deradunt. Nec multò post Sacromorus pacata urbe accitus in castra, quod Helvetiū numero auti præter, opinionem ferocios animos præferrent, & prælio certaribz videtur, supra DCCC equites galeatos educens, ad Ticinum amnum contendit, at ubi primum ex multo reboatu & continentis fragore tormentorum procul dubia accensa pugna rem geri præsensit, coacto suorum agmine paululum substitit, ut ex eventu pugnae consilium caperet. Sed quum ex multorum fuga Helvetios profugatis Gallis campo victoriaque potiri didicisset, ne interclusus fluminibus, cùm ab hoste cum ab infestis libi undique incolis deleretur, retrudat Abdum est profectus, superatoque amne ad Cremonensem fines Veneti copiis se conjunxit; neque ita multò post cladi, quam Veneti prope Vicentiam à Cæsareanis & Hispanis passi sunt immixtus, cecidit. OTHONEM ejus fratrem, qui eidem prælio pro Venetis pugnans interfuit, Piscarius licet private sibi inimicum generose conservavit.

DE HESTORE sive Heitore, vel Astore Vicecomite Ripamontius: (b) *Hector Vicecomes*, cui Monsignorini "cognomentum, sumta fortasse prius, deinceps omissa, toga, &c. Ecclesiæ honorum rudimenta, tentata primis annis, indiderunt, fuit ex Ducis Bernabovis sanguine, sumpferatque inde ultro spiritus nimias ac feroces. Aderant divitiae & magnæ propinquitates & catervæ afflclarum: hominesque affuetiæ cædibus ipsius sumptu, multi palam, alii occultè in urbe, in domo, foris etiam apud amicos ad nutum intenti herilemalebantur, vastus animus, promptum ingenium & capiendo consilio matura celeritas, sermo blandus, obvia munificentia in omnes, miraque mitura, varius, iracundus, injunctus, inconstans, idem exorabilis, clemens, misericors, excelsus, gloriosus, humilis, ferox, cautus, & omnia pariter ubi res, ubi tempus postularet. Inde principium etiam externorum amicitia, veneratio populi in eum, & publicus favor, neque abnueret ei quisquam justa sive injusta ingredetur. Magna ejus merita fuerant in Sfortiam (*Franciscum Ducem bñjus nominis secundum*) domo principatusque extorrem, ac toto ejus exiliū tempore, tum apud exiles alios autoritate, tum apud principem ipsum consilio, ad eos, qui domi remanserant, literis & nutu, cum principibus Italij gratia & familiaritate Gallorum quoque nulli contemptus aut reiectus, varie fit adjuverat rem, quod maturius exul in urbem principatumque restitueretur. Ut cœsere Galli, pristinaque cum principe suo redi aula, tunc Monsignorinus iste enim vero apud reducem velut suo beneficio Sfortiam, stare ante omnes, regnare sece gratia & autoritate æquum censebat. Volebat in primis regere judicia & magistratus arbitratu suo, facinorosus semper alicuius fautor, semperque aliquem eripiens capitali supplicio, petens etiam præmia sibi & honores, ac volens utique anteire Hieron, Moronum, à quo anteiri se se turpè arbitrabatur. Potiebatur enim aula Moronus, & in novo principatu cuncta nutu illius habent. Cùm nefcio quid absurdum ac violenti die quodam apud eum tentaret, abnuensque Moronus, subneceter etiam causas, quamobrem id fieri non posset, excidit hoc Monsignorino

[b] *Hist. Mediol. Dec. III, Lib. VIII.*

rino verbum : „ fore se aliquando apud ejusmodi herum , cui non semper Magister ab tergo iret, addidique telam, quam ipse tenuisset, esse retexturam eadem manu. Quid postea sermonis, quidve coniutorum super ea res fuerit Sfortiam inter & Moronim, nescitur. Non signorimus certe panio post mandato Moroni occiditu ab Jacobo Mediceo, qui digredientem cum arcto comitatu alicunde em speculatorus, direxit vulnera, & patrata cede evasit.

PALAVICINUS Vicecomes postquam Gallis aliquandiu militasset, mutato vitae genere, Episcopatum Alexandrinum anno MDXVIII die XXIII mensis Julii adeptus est; contra Gallos deinde aliquid molitus, cum id in lucem venisset, Mediolano aufugit an. 1521; at Heltore, ejus fratre, occiso, cum Bonifacius Vicecomes propinquai caudem privatamque offendam ultorū Francisci Sfortiae Dux Mediol. vita infidias parasset, & questionibus omnibus perstrepenter, Episcopus Alexandriæ sentiens in se quoque ire diligentiam & destinata judicium, anteverit ultro seque in questionem obtulit, ne violentius duceretur. Nec idē effugit injurias ac ludibria fori, & postquam profani magistratus Episcopum rite interrogare, lictor etiam injectat manum atque in Cremoni deinceps arce captivus ille erat; tandem ad amicorum preces vinculis exfolitus, libens volensque Episcopatus munere an. 1533 se abdicavit. Haec Ripontins (c) partim , partim Ughellus (d) literis prodiderunt. Capella (e) Palavicinum Episcopum non sponte inquisitoribus se stitisse, sed à Prospero Columna evocatum ac detentum, multos quoque ejus affines & amicos in carcere conjectos, adhibitaque tormenta questione nonnullos falsos esse refert, factam fuisse in domo ipsius Episcopi conjurationem, neminemque ad perpetrandum tantum facinus Bonifacio magis idoneum vitum. Quo iste patre natus, quoque consanguinitatis gradu cum Heltore & Palavicino coniunctus fuerit, exploratum mihi non est; Thomas Porcacca, qui Guicciardinum notis marginalibus auxit, Heltorem fratrem dixit Francisci Bernardini, qui Bonifacii pater fuerit; quoniam vero falsum est prius, posterioris quoque in dubio est veritas. Duo Palavicino tribuuntur filii HESTOR & FRANCISCUS, quorum priorem in numerum insignium bellatorum Paulus Morigius (f) refert, quippe qui jam anno ætatis vigesimo & tertio apud Mirandulam Tribuni gradum adeptus sit, deinde Carolo V Imperatori in Germania adversus Electorem Saxoniæ magna fama militaverit, & deniq; Venetiis in Dalmatico contra Turcas bello egregiam operam navaverit, & Sebenici à Scardonensi vicino molestoque castro liberati decus retulerit. Franciscus prole mascula destitutus Claudiu[m] natu maiorem habuit haeredem in Marazzanam, nobilissimam Placentiæ familiam, cœ locatam, cuius posteri Vicecomitis cognomen cum Marazzaniano conjunxerunt.

AD TAB. XXXIV.

PETRUS FRANCISCUS Vicecomes, Leonardi F. in numero Quatuor virorum, toto gæ ac sagi artibus præstantium, fuisse memoratur, quos Franciscus Sfortia, Dux Medioli, Galeacio Mariæ filio, cum eum anno MCDLXV cum egregia militum manu Regi Galliæ Ludovico XI adversus fafiosos proceros regni auxilio mitteret, tanquam juventat ejus moderatores adjunxit. Idem ob perspectam virtutem & prudentiam dignus habitus est, qui post Galeacii Mariæ Ducis cædem inter præcipuos Senatores recip. Administratos deligeretur, quam spartam tenuit atque ornavit, quoad in vivis fuit. Filium post se reliquit, cui ALPHONSO nomen erat strenuum equitum cataphractorum Ducem; eo natus HANNIBAL Comes & Toparcha Saliceti, vir religionis observantissime Ciacconio dictus, & Lucia Sandia, patricia Genuenti, pater factus est HERCULIS, ALPHONSI & OCTAVII; hunc legatione nomine civitatis Mediolanensis apud Imp. Carolu[m] V functu esse Crescentius tradit; Alphonſus à prima juventa juris utriusque studiis innutritus, & Papiæ laurea donatus, in celebre Jurisconsultorum Mediolanensem collegium cooptatus est. Sed cum forensia patriæ negotia magnitudini ejus animi minimè responderent, Romanum virtutum suarum theatrum elegit, & utrinque Signature Referendaria à Gregorio XIII Papa renunciatus, statim Collector in Lusitaniam, insolita quidem prærogativa, missus & Vicelegati honore decoratus est. Sub Sixto V Auditoris Canere vices tanta cum solertia geslit, undi inde Macarius ad Rudolphum Imp. mitti meruerit à Gregorio XIV, & Episcopus Cervia die VIII Februar. anno MDXCI nominatus, paulò post Nuncio in Hispaniam ordinarius destinatur. Illo defunto à sacro Cardinalium Collegio Leoninæ civitatis & Conclavis cura ei demandata, posteaque à novo Papa Innocentio IX Romandiola province præsidere jussus est. Sub Clemente

Aaa 2

VIII

(c) Loco cit. (d) Ital. Sacre Tomo IV. p. 459. & 460. (e) Commentar. de reb. gest. pro restit. Fr. Sfort. I. lib. III. [f] Della Nobiltà di Milano Lib. IV. Cap. 6.

VIII in purganda ditione Ecclesiastica à perduellium latrociniis opera ejus enituit, magna-
que fama legationem in Transylvania Poloniaque obiit. Recuperata per eundem Pontificem Ferraria, cum in ea matrimonii inter Margaritam Austriacam & Philippum III Hispaniæ Regem sacra celebraturus esset, munus ad Ecclesiasticos fines illi occurrenti, eandemque splendido apparatu excipiendi, ipsi Alphonso, Nuncii titulo decorato, demandatum est, quam etiam Genuum usque deduxit. In urbem reversus *Cardinalium* numero adscriptus, ac titulo S. Johannis ante Portam Latinam XVII Martii anno MDXCIX, pauloque post eo relitto, titulo s. Sixti ornatus est. Cerviæ Episcopatum anno 1601 die XX Sept. cum Spoletano commutavit, & Paulo V ad supremum Ecclesiæ apicē proventio Marchiam Anconitanam regendam accepit; quo munere dum summa prudentia & justitiaq; laude fungitur, prædonibusque extirpandis plurimum operæ impedit, Maceratae morbo fatali op-
pressus atque è vita subflatus est, sexagenario proximus. Funus opera Comitis Honorati, ex fratre nepotis, Lauretum duetur, ubi decentissimo sepulchro cum sequenti epitaphio tu-
mulus est; D.O.M. "Alphonso Vicecomiti, Tit. S. Sixti S.R.E. Card. Episcopo Spo-
„ letano: qui post obita summa cum laude prudentia ad Imp. Reges, aliosque Christianos
„ Principes nuncii Apostolici munera, & ob insignem prudentiam ac pietatem ad summa
„ quæque feliciter adhibitus, Piceni Legatus, Maceratae moritur XIII Kal. Octobr. Anno
„ MDCVIII. Comes Honoratus Vicecomes V.S.R. Patrio suo. (p)

HERCULES Vicecomes Petri Francisci F. Honorati modò dicti nepos è fratre ac ha-
res, prima pubertate militiam auspiciatus, urbane cohorti initio praefuit, cumque ea Car-
dinale Trivultium ad primam Vercellarum obsidionem secutus est. Vicarius deinde an.
MDCXLII Commissarii generalis Valeriani Sfondrati constitutus, eoque munere egregia
fama defunctus, an. 1646 in Germaniam Poloniāque profectus est ubi vigebat memoria
patrui ejus Honorati, non ita multò ante rebus mortalibus exempti; Viennam in redditu
delatus, cohortem, quam *Regimentum* vocant MCCC pedum Germanicorum pro Rege
Hispaniæ conscripsit, Neapolimque deduxit, ubi cuncta Mafanelli seditione turbata, resque
regiae in arce erant; campum itaque fidei virtutique suæ exoptatum naestus, demandata
sibi cuncta impigrè & strenue facit, nec simplici vice capitum periculum adiit. Sedatis turbis
Neapolitanis ad obfidionem Portus Longian. 1650 se conferre jussus, præcipuum ad ex-
pugnationem loci momentum attulit. Inde in Catalonia cum trajecisset, enituit ejus o-
pera in acri & diuturna Barcinonæ oppugnatione, annoque sequenti, qui quinagesimus
& tertius seculifit, liberata Girona decus, atq; à Rege labori præmiū Comensis Urbis,
& in regno Sardinie machinarum bellicarum præfecturam retulit. In Italiam reversus
Comiti Caracene voluntariū anno 1655 apud Infubres militavit, mox verò in Flandriam
ire jussus memorabilis pugnæ, qua Galli ab obfide Valenciarum depulsi sunt, pars fuit,
hujusque victoriae lætum nuncium ipsem in Hispaniam ad R. Philippum pertulit, à quo
mercedis loco Lobonenſi Comenda Ordinis S. Jacobi, cui à pueritia adscriptus fuerat, do-
natus est. Ejusdem postea jussu Comitem Pignorandæ, Legatum ad Francofurtensia co-
mitia, eligendo Imperatori indicta, comitatus, dumque ibi subsistit munere *Commissarii*
Generalis Exercitus & Status Mediolenensis, quod Joh. Borromeus abdicaverat,
decoratus est. Cui suscipiendo Mediolanum an. 1658 rediit,
eique senecta ætate immortuus est.

[g] *Ciacon. Hisp. Pont. & Card. Tomo IV. pag. 318. & 319.*

STIR-

STIRPIS VICECOMITUM
MEDIOLANENSIMUM
IN
STEMMATE DESIDERIANO

Ramus

VICECOMITUM DE SOMA, ROZANO ET MASSINO
MARCHIONUM SANCTI VITI CISLAGI FT S. ALEXANDRI, COMI-
TUM MOTTAE, LONATI POZZOLDI ET GALERATI.



Iccomites de Soma uti confueverunt scuto quadripartito, cuius areola prima & quarta rubae leonem argenteum coronatum cauda bifida exhibent, quem ab illis ex aemulatione Vicecomitum Mediolani Principum, ascitum fuisse, & sicut isti, tanquam Vicarii S. Rom. Imperii aquila, avium Rege, avita insignia auxerint, ita illos quadrupedum rege sua scuta ornare voluisse quidem suspicantur; alii antiquum Angliae Comitum digma interpretantur; secunda & tertia quadra gentilium serpentem puerum deglutientem refert. Qui postea ex ea familia Marchionum S.R. Im. titulo aucti fuere, medium scuti regionem parvula exornarunt, quae bicipitem aquilam imperiale coronam, cui literae F. III, Ferdinandum III Imperatorem, honoris illius largitorem, indicantes, subiectae sunt, redimitam, continent.

VICECOMITES & ex eis Marchionis SANCTI VITI

XVII.

UBERTUS VICECOMES, Theobaldi Vicecomitis & Anastasie Pirovanæ filius, Matthæi Magni frater, Dn. Somæ Gulæfæcæ, Lonati Pozoldi & Cislagi, Prætor Vercellarum & Novi Comi, obiit an. 1315.

XVIII.

Vercellinus Vicecomes Dn. Somæ, Gulæfæcæ &c.
Prætor Novariensis, an. 1320.
Margarita Pfisterla, Gnielmi fil.

JOHANNOLUS Vicecomes, à quo linea
Vicecomitum de Rozano, nunc de Va-
jano & S. Alexandro.
Vid. Tab. XX XVIII.

XIX.

Antonius Vicecomes Dn. Somæ, Cistelagi, Pozzoli, Agnadelli, Mottæ, Ducis Jo-
hannis Maria Ephorus & Consiliarius, Potestas Crimonæ 1398.
Deianira ex Comitibus de Valperga.

XX.

Galeacius Viceco- Otho Viceco- Johannes Baptista Vicecomes, Jacobus Viceco- Azzo Viceco-
mes, miles aurea- mes, Ducalis Dn. Somæ, Cistelagi, Gulæ- mes, Eq. S. Joan. mes Ducalis
tus, Ducalis Ca- Camerarius. fæcæ &c., Regula de Galea- Hierofol. Squadrenius
merarius. tii de Senis, Gniel fil.

XXI.

Franciscus Vicecomes, Condominus Somæ,
Cislagi, &c. Senator Ducalis.
Elisabetha Francisci Carmagnole Vicecomitis fil.
al. Elisabetha Scaligera ex Principibus Verone.

G U I D O Vicecomes
Condominus Somæ.
Vid. Tab. seq.

Antonius Vicecomes,
Consiliarius & Sene-
callus Regis Neapol.

XXII.

Baptista Vicecomes, Condom. Somæ, Eques, Senator
Ducalis, Praefectus Papia 1490, Cremonæ 1494.
Iohanna Pfisterla, Petri fil.

Cypriana nup. Job. Andre Vice-
comiti Dom. Cilavegne ex lin.
Rozanensi.

XXIII.

Franciscus Vicecomes, Condom. Somæ.

Hermes Vicecomes, Condom. Somæ.
Blanca Maria Scapardona, Jacobi Sena-
toris Cafalenij fil.

XXIV.

Baptista Vicomes, cogn. *Heres*, Condom. Somæ, Senator
Mediol.
Ux. 1. Magdalena de Vicecomitibus, Barnabe M. Bregnani f.
2. Hippolita Barbina, Petri Francisci C. de Belgiojoso f.

Paula Francisca, mo-
nialis.

XXV.

1. Hermes Vicecomes Condom. Somæ, Decurio Mediol.
Margarita, Cesaris Com. Taverne f.

1. Margarita, ux. 1. Bar- 2. Julia nup. 2. Victoria Horten-
Alexandri C. An- bara, Ludovico C. ux. Julii An- sis, mo-
gniffole, M. Graz- monia- fffatato, ggniffole, C. de nialis.
zanti, lit. Corano &
Vairasco.

XXVI.

Franciscus Maria Vicecomes, Condom. Somæ, March. S. Viti.
Maria Isabella Beccaria, Caroli f.

Johanna nup. Angustino Ca-
janu M. de Chignolo.

XXVII.

Hermes Vicecomes M.S.
Viti.
Margarita Archintæ, Co-
munitis Caroli f.

Domenicus Vice-
comes; Doctor
Collegiatus, Abbas
ad S. Marc.

Jo. Galeacius

Vicecomes,

Doctor Colle-

giatus,

Josephus

Vicecomes,

Iesuia,

Franciscus Ma-

Vicecom.

Iesuia.

LA XXXV.

DE SOMA.
& Marchiones MOTTÆ.

Uxor, Aldusia Vicecomes, ejus consobrina.

191

XVII.

OTTORINUS Vicecomes,
à quo linea Vicecomitum de
Mafino.

Margarita uxor Francisci
Pusterle.

XVIII.

Franciscus Vicecomes,
Eques auratus.

Johannes Vicecomes, Confiliarius & armorum
duktor sub Luchino Principe.

XIX.

Vercellinus Vicecomes, Eques
& Confiliar. Ducus Jo. Gale-
acii. Johannina, Capparis Vice-
comitis fil.

Bartholomæus Vice-
comes, miles, vixit
adhuc an. 1440.

Franciscus Viceco-
mes.

Antonius Viceco-
mes, strangula-
tus 4 Aug. 1408. mes.

XX.

Johannes Vicecomes,
Archiepisc. Mediolan.
creat. 1409, + 30
Sept. 1453.

Jo. Antonius Vice-
comes, legitimatus
unì cum fratribus
suis an. 1461.

Azzo Vice-
comes.

Christopho-
rus Viceco-
mes.

Otho Vicecomes, ille fuisse
videtur, qui inter parri-
cidas Ducus Jo. Mariz
enumeratur.

XXI.

Margarita, nupta
Ambrojo Vicecomiti
de Rozano.

XXII.

Ambrosius Vicecomes, Condom. Somæ.
Catbarina de Vimercatis.

XXIII.

Vitruvia nupta Jo. Baptista Vicecomiti,
Condom. Somæ, Comiti Lonati.

XXIV.

2. Franciscus Vicecomes
Condom. Somæ, Co-
mes Mottæ Cdella,
Hieronyma Spinula,

Johannes Vice-
comes, Doctor
Legum, Prot.
Apost.

Petrus Fran-
ciscus Viceco-
mes, tribunus
milit.

Ludovicus
Vicecomes,
miles,
circa an.
1579.

Ubertas
Vicecom.

Scaramuc.
Decurio

Livia ux.
Mediol.

Paula, ux.
Clara,
Pomponii mo-
Culani de-
in monia-
lis.

XXV.

Johannes Maria Vicecomes, March. de Motta
Vilconte, Decurio Mediol. + 1638.
Placidia Grimalda, Luce Ducus Gennens.

Baptista Viceco-
mes.

XXVI.

Franciscus Vicecomes, M. de
Motta Vilconte, Decurio. Ludovicus Lucas
Camilla Ghilina, Emilia f.

Obiere inter mona-
chos Theatinos.

Placidus Vice-
com. Prepositus
inter Theatinos.

XXVII.

Johannes Vicecomes, Emilius Ludovicus
Vicecomes.

Bbb 2

TAB

LA XXXVL

DE SOMA.
GALLERATI, MARCHIONES CISTELAGL.

Ux. 1. Leonora de Rotariis, Princivallis fil.
2. Læta, Guidonis Manfredi Dom. Imo-
læ filia, improlis.

XXI

1. Theobaldus Vicecomes Condom.
Somz & Cislagi, Ductor armo-
rum Alphonsi Aragon. R. Neap.
† 1494.
*Catbarina Sanseverina, Bernardini
fil.*

1. Princivallus Vicecomes,
Condom. Somz, Baro &
Eques Aur. Ephorus Ma-
ximil. Sfortiz.
Hippolyta Buglia,

1. Baptista Vicecomes
Dn. Cislagi, Eques,
Ducalis Camerarius,

XXII.

Alfonius Cæsar Vicecomes
Viceco- posthumus, Con-
mes. Vio- dom. Somz,
danta Lam. Blanca Cagnola
pugnana, Ambrosii f. 1557.

Veronica, Baptista Viceco-
nup. An- mes, cogn. il
tonio Ma- Risoluto. Jutti-
rie Secco na, Vicecomes
Borromea,
Com. Vi- mercati.

Violanta, Ludovi- Jo, Fran-
ces, cogn. il ux. Job, cus Vi- ciscus Vi-
cates. Riccioli. Jutti-
na, Vicecomes ecomes Abbas Abbas,
Borromea, Dn. Fon- Sefti.
Com. Vi- mercati.

Galea- Beatrix, ux.
cius Camilli Vi-
cecomes Dn. Calla-
nus, Eq.

XXIII.

Guido Vicecom- Theobal- Petrus Georgi- Fabritius Vi- Carolus Viceco- Juliana, Hippolita
mes, Regius dus Vice- us Vicecomes, Co- cecomes, Co- mes, Condom. nup. ux. Caro-
Quæstor Me- comes, Com. Palat. & mes, Regius mes, Somz. Sfortie Barbiani
diolani, + Dux equi- Equ. in Coll. Refidens ap. Hippolita Rota, de Bri- Com. de
1583. Paula tum. Jud. † 1568. M. Ducem Baptif. f. pio. Belgiojoso.

Londonia Garretta Etruriz.

Juliana, Hippolita
ux. Caro-
Sfortie Barbiani
de Bri- Com. de
Belgiojoso.

XXIV.

Alfonius Vicecomes, Wilhelmus Violanta, Cæsar Vicecomes Marchio Cis- Clementia
Com. Palat. Collegiatus Viceco- ux. Iosephi lagi & S. Rom. Imp. ex Condom. nup. Lu-
Judec, Quæstor re- mes, Eques. Archinto. Helena Arcanata, Jacobi Antonii
gius, + an. 1630. Meridiana Muzzana.

Cæsar Vicecomes Marchio Cis-
lagi & S. Rom. Imp. ex Condom.
Somz. † 1649.
Helena Arcanata, Jacobi Antonii
fil. Ludovici f.

Ludovici f. Lomazzo.

XXV.

Carolus Vice- Theobaldus Vicecomes, Ludovicus Galeacius Joh. Bapt. Jacobus An- Claudio,
comes, J. C. M. S. R. Imp. & Cislagi, Vicecomes Maria Vi- Vice- tonius Vi- nup.
Collegiatus Comes Burgi Gallerati, Eq. Melit. cecomes com. Franci-
ac Regius Se- Senator regius, Eq. Anr. natus an. S. R. I. Jefkita, Dominic, di-
nator, + an. Vell. † 12. Jan. 1674. Claudia ab Este Tasso- circiter Marchio, etus P. Lu-
1672. na. 1611, + Comes dovicius. de Bel-
gijoso.

Gallerati, Decurio.

Helena, nup. Antonio Re-
nato, Comitis
Boromeo.

XXVI.

Cæsar Vicecomes, Marchio S. R. Imp. Hercules Vicecomes Carolus Anto- Helena, nup.
& Cislagi, Eq. Aur. Vell. 1679. Mag- Archip. Damiatz, Nun- nius Viceco- Antonio Re-
gnas Hispan. Scipioni, Com. de Castro cius Apoſtol, Col. mes Equ. Hiero- nato, Comitis
Iberica Terra, Marchionis Jo. Fran- Abbas S. Dionyſ. Me- sol. f. Melit. + Boromeo.

diol. 1673.

XXVII.

Theobaldus Vicomes, S. R. I. Constantia nup. Iosepho
Marchio, Comes Gallerati, Scipioni, Com. de Castro
+ Mart. 1702. Barco, Confiliario Anli-
ce- Imperiali, 1695.

XXVIII.

Ccc

T A B.

TABULA XXXVII.

VICECOMITES DE ROZANO, VAJANO ET S. ALEXANDRO.

XVIII.	JOHANNOLUS VICECOMES, Uberti, Fratris Matthaei Magni filius, Potestas Dertonæ.			
XIX.	Oldo Vicecomes, Capitaneus Dertenensis. Jacobus Vicecomes, Episc. Derton, cr. 6 Nov. 1348.			
XX.	Mapheolus Vicecomes, Potestas Albæ & Alexandriæ, † 15 Jun. 1381. Vercellinus Vicecomes.			
XXI.	Jacobus Vicecomes, potestas Brixia. Georgius Vicecomes, Canonicus ordinarius Eccles. metropolit.			
XXII.	Mapheolus Vicecomes, Dn. Castræ Rozani. Petrus Vcomes, à quo aliqua propago.			
XXIII.	Ambrofius Vicecomes, Dn. Rozani, Patronus & Advocatus hæreditarius Præposituræ metropolit. Medioli. 1. Margarita, Joh. Vicecomitis, Archiepisc. Medioli, fil. 2. Margarita Biglia.			
XXIV.	1. Jo. Antonius Vicecomes, Catharina de Crassis, Christophori fil. 1. Elisabetha ux. Johannis Stampæ. 1. Vercellinus Vicecomes, Dn. Cilavagnæ, Angelina Beccaria. 2. Blanca Catharina ux. N. Florenzæ. Jolanna nup. Angelico Bologno. Mapheolus Vicecomes, Potestas Com. & Bobbiæ. Galeacius Vicecomes, Castellanus Belinzonaæ, Legatus Maximiliani St. Ducus ad Helvet.			
XXV.	Franciscus Vicecomes, Cecilia Dugnana. Ambrosius Vicecomes, Catrina Caimi. Jo. Ambrosius Vicecomes. Jo. Andreas Vicecomes, Cypriana, Francisci Vicecomitis, Condormini Sone f.			
XXVI.	Hercules Vicecomes, Julia Corte. Cæsar Vicecomes Magdalena Latuada. Hieronymus Vicecomes, Condom. Lavagnæ & Vajani. Hippolita Reffozza. Octavianus Vicecomes, Legatus D. Maxim. Sforzia ad Imperatores. Marcus Antonius Vicecomes Præposit. Metropolit. Johanna, nup. Antonio Maria Vicecomes, Dom. Castelletti.			
XXVII.	Joh. Baptista Vicecomes, Senator Regius, Paula Caccia, Petri Panli Dom. S. Alexandri f. Franciscus Vicecomes. Hermes Vicecomes. Clara Lonata. Franciscus Vicecomes Condom. Lavagnæ & Vajani. Lucia Visconti, ex Dom. Brignani. Octavius Vicecomes, Præf. Metropol.			
XXVIII.	Vercellinus Maria Vcomes, Marchio S. Alexandri, cr. 1644 Condom. Lavagnæ & Vajani, Decurio Medioli, † 8 Nov. 1679, zt. 77. Uxor. Alexander Maria Vicecomes, Doctor Collegiatus, Quizzitor Reg. Ubertus Maria Vicecomes, Præpos. & Archy-presbyter metropolitana, Vicegubornator Ferrum ubi à seditionis occisus est an. 1648. Josephus Maria monach. Ord. Dominic. † 22 Mart. 1694. zt. 72.			
XXIX.	Josephus Maria Vicecomes, M. S. Alexandri, Vercellinus Maria Vicecom. Marchio. Johannes Maria Vicecomes, Præposit. Metropol.			
XXX.	Vercellinus Maria Vicecomes, Marchio. Gregorius Maria Vicecomes. Riprandus Maria Vicecomes,			

TABU-

TABULA XXXVIII.

VICECOMITES DE MASSINO.

OTTORINUS VICECOMES, Uberti F. Vercellini XVIII.
& Johannoli frater.
Ux. Bicia, à Marco Vicecomite sedueta & occisa.

Bartholomæus f. Betramolus Vicecomes.

XIX.

Ottolinus II, Vicecomes Dn. Massini.	Albertus Vicecomes Dn. Castelletti. <i>Johanna Ursina, Francisci C. Gravine fil.</i>	XX.
-----------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------	-----

Antonius Vicecomes, Condom. Massini.	Johannes Vicecomes, à quo numerofa posteritas.	Christophorus Vicecomes, Cond. Massini.	Hermes Vicecomes,	Lanzarottus Vicecomes.	XXI.
--------------------------------------	------------------------------------------------	-----------------------------------------	-------------------	------------------------	------

Jacobus Vicecomes Condom. Massini, <i>Mariana ex Vicecomitibus.</i>	Urbanus Vicecomes, Condom. Massini.	Jo. Martinus Vicecomes.	Johannes, Albertus, Petrus Maria à quibus Vicecomites de Castelletto, Aragona & Sefo descendunt.	XXII.
------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------	-------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------	-------

Joh. Maria Vicecomes, Condom. Massini. <i>Angela Ferrari.</i>	Ubertus Vicecomes,	Ludovicus Vicecomes, Senator Mediol.	□	XXIII.
------------------------------------------------------------------	--------------------	--------------------------------------	---	--------

Joh. Jacobus Vicecomes, <i>Clara Verri.</i>	Jo. Franciscus Vicecomes, <i>Laura Borromea, Iulii Caesaris Comitis f.</i>	Æneas. Orlan- Vicecomes.	Herculès.	Hieronymus Vicecomes.	XXIV.
---------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------	--------------------------	-----------	-----------------------	-------

Jo. Antonius Vicecomes. <i>Cecilia Reina.</i>	Urbanus Vicecomes. 1. <i>Francisca ex Vicecomitibus.</i> 2. <i>Barbara Argiona.</i>	Jo. Baptista Vicecomes, <i>Canonicus ad S. Nazari.</i>	Hieronymus Vicecomes, <i>Hieronyma Maggia.</i>	Alphonsus Vicecomes, <i>Capitanus.</i>	Petrus Franciscus Vicecomes, <i>Canonicus Ecclef. Metropol.</i>	XXV.
--------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------	------------------------------------------------	----------------------------------------	-----------------------------------------------------------------	------

Joh. Baptista Vicecomes, Doctor. <i>Clementa Septala.</i>	Carolus Franciscus Vicecomes.	Julius Cæsar Vicecomes,	□	XXVI.
--------------------------------------------------------------	-------------------------------	-------------------------	---	-------



EXEGESIS HISTORICA.



Icecomitibus Mediolani Principibus, & ab illis ortis, proximè subjungimus Vicecomites de Soma, jure meritoque ; neque enim tantum sanguini illorum propinquiore ac cæteri conjunctione adnexi sunt, utpote ab UBERTO, qui Matthæi Magni Principis lineæ conditoris, frater fuit, prognati, sed etiam dignatione nunquam non cæteris præcelluerunt. *Soma* nomen est castri & terræ, in Insfratribus, amplie & magno incolarum numero insignis. Ea unâ cum *Varigato*, *Gulficca*, *Burgo Lonato* *Patbeolo*, *Ferno* aliisque locis Matthæo & Uberto fratribus in divisione inter ipsos & Petrum Vicecomitem , eorum patrum anno 1288 inita, obvenit, & deinde apud Ubertum ejusque posteros solida permanxit. UBERTUS, *Vir bello & armis insignis*, *prælio strenuus*, & *proinde militariibus ornamentis decoratus*, quibus encomiis *Georg Merula* (a) nomen ejus posteritati commendavit , præturm Verceilis anno 1290, & Novocomi anno 1293 obiisse, atque inter dissidentes civitates Mediolanum & Cremanum anno 1299 pacis arbitrus fuisse memoratur. (b) Dicessit è vita an 1315, & in æde Divi Eustorgii honorificè sepultus est, quemadmodum modò laudatus Merula alicubi refert ; (c) sed idem paulò post, quasi sui oblitus, in rebus anno 1322 gestis, mortis Uberti mentionem repetit. (d) *Tristans Chalcus* ita de illius obitu scripsit : (e) Anno decimo quinto supra mille & trecentum Ubertus Vicecomes, Matthæi frater, magnè ejus macrore atque incommodo decepsit. Elatus honorificè fuit nono Kalendas Majas in ædes Eustorgianas. Quatuor autem eum suscepisse filios lego : mares tres, Othorinum, Joannem, & qui ab urbe, in qua vel ortus sit, vel pater Magistratus erat, Vercellini nuncupatus : foeminæ Margaritæ nomen fuit, quæ nupta Franciscolo Pusterolæ, ditissimo Mediolanensi, parum felix matrimonium fortita est. Qualis hæc infelicitas fuerit, *Corius* (f) & *Ripamontius* (g) literis proddiderunt : nimurum Franc. Pusterula cùm anno MCCXL conjurationem adversus Luchinum & Johannem Vicecomites, penes quos sacrum & profanum imperium tunc Mediolani erat, fecisset, & præter fratrem suum Julianum, illorum quoq; fratris Stephani filios aliosque ex nobilitate in criminis societatem traxisset, eo verò deterto fuga sibi confulisset, ex Etruria retractus cum filiis duobus ultimo Mediolani in foro affactus est supplicio ; nec multò post Margarita uxor, quia non consciæ tantum conjuratis, sed ad eam maturè exequendam concitatrix fuit, ad perpetui carceris poenam damnata est.

Uberti Vicecomitis filios tres num Trist. Chalcus eo, quem recensuimus, loco secundum ordinem nativitatis enumeraverit, in medio relinquimus , & Vercellini propagini, fecunditate multisque ornamentis præcellenti, primas damus. Erat VERCELLINUS vir pietate & armorum gloria insignis ; itaque *militis egregii*, *Viri integrissimi*, *pili*, *nec nulla sui parte indecori domini*, *que patrie se se dominam fecisset*, elogius apud Scriptores Historiæ Mediolanensis manus legitur. Laudibus in primis *Corius* *Ripamontius* que vehunt operam , ejus in impestranda cum Papa Benedicto XII pace, & civitate ab interdicti poena, quam Pontifex *Joannes XXI* ob admissas æmuli Nicolai temporibus culpas inflixerat, liberanda. Tres ille ex uxore

(a) *Antiq. Vicecom*, Lib. IX. & X.

(c) pag. 276.

(f) Parte III,

(b) *Corius Hist. Mediol.* Parte II.

(d) pag. 315.

(e) *Hist. Mediol.* Lib. XXL

[g] Lib. II.

uxore incompta post se reliquit filios, *Antoniu[m], Franciscu[m] & Iohannem*; hoc nati sunt *Franciscus, Antonius & Gnidus*, quorum priores turbis quas Ducibus Joh. Galeatio & Johanni Marie concivere, locum sibi in Annalibus peperant; ANTONIUS ille fuisse videtur qui post Ducus Jo. Galeatii mortem aduersus Franc. Barbariam, quem iste caput esse rerum consiliorumque omnium, dum filius Jo. Maria minorenus esset, supremis tabulis constituerat, conspiravit, & denique referente Corio ad annum MCDVIII in castro Callanensi mantili strangulatus est, pater fortè Ottonis Vicecomitis, cuius inter conjuratos, quorum insidiis Dux Jo. Maria vita privatus est, mentio occurrit. Senior ANTONIUS Vercellini F. ob virtutem ac fidem tum Duci Johanni Galeatio, tum Johanni Mariæ ejus filio charus fuit, hujusque initio iuventam moderans, postea verò primi ejus Camerarii & Consiliarii honores adeptus est, Burgique Rosati præfecturam anno 1408 tenuit, id quod Crescentius ex literis d. XII Maij modo dicti anni à Duce scriptis probat, aliarumque Kalendis Octobr. datarum mentionem subjecit, quibus Dux "Antonio de Vicecomitibus dilecto suo con-
cessit, quod ad officium virtualium civitatis Mediolani eligere ac deputare possit officia-
les ordinarios, ac eos renovare & excambiare prout ei videatur. (b) Simili beneficio O-
THONEM Vicecomitem, Antonii filium, ab eodem Duce assecutum esse idem autor refert,
sequentia ex literis, an. 1410 d. X Maij scriptis, verba recentens: "attendentes benè me-
rita, fideliaque obsequia egregia consanguinei nostri, nobis sincerè dilecti, Othonis de
Vicecomitibus, & proinde volentes in eum ob aliqualem dictorum suorum obsequio-
rum & benè meritorum recompensationem, munificentiam nostram extendere: harum
serie ex certa scientia eidem Othoni donamus purè, merè ac irrevocabiliter inter vivos
officium deputandi &c." Occurrit quoque ejus mentio, aliorumque Antonii filiorum,
in instrumento donationis an. 1410, scripto; ita enim ibi legitur: "Speciales & Magni-
fici Domini, Galeaz miles aureatus, & Otho Ducales Camerarii, Frater Jacobus Miles San-
ti Joannis, Joannes Miles Religionis Sancti Georgii, & Azzo Ducalis Squarerius fratres
de Vicecomitibus filii quondam, Egregii & Potentis Militis D. Antonii, faciunt donationem
Illustri & generosæ D. Dianiræ de Valperga eorum matris reliquæ D. Antonii de torque au-
rea &c.

Præter dictos in numero filiorum Antonii etiam fuere *Vercellinus & Bartholomaeus*. Prior pater fuit JOHANNIS Archiepiscopi Mediolanensis de cuius electione dissonantia prodiderunt *Ughellus & Ripamontius*: ille nec sibi satis confitans priore loco refert, (i) à Papa Gregorio XII aduersus Petrum Filiargum, quod ab eo in schismate defertus fuisse, electum, atque anno MCDVII, die XXIII Octobr. consecratum, sed Gregorio deinde de fede deturbato, Johannem etiam Vicecomitem declaratum esse irritò creatum & Franciscum Creppum adlectū, huic Bartholomæum Capram, atque isti Henricum Rampinum suffectos, dum interea Jo. Vicecomes exigeret privatam vitam usque ad an. 1450. Posteriore autem loco ita fatur: (k)
"Johannes Vicecomes, Vercellini F. ducis militiae laude præstantis, quadragesimo supra duos anno, ex quo à Benedicto XIII Pseudo-Pontifice in Mediolanensem sedem fuerat intrusus, in gratiam Francisci Sforiae legitimè fuit à Nicolao V Archiepiscopus declaratus anno 1450, III Non. Aug. ut habent Acta concistorialia. Haud diu superstes fuit: decepsisse enim anno 1453, sepultus in cathedrali, ut olim ex testamento mandarat an. 1440, ultimo die Sept. in eoque instituerat, ut ex bonis suis Præposituram dignitatem de novo instituerent ad præsentatione suæ familie Vicecomitum: duas item Capellanias instituit, unam in eadem cathedrali, aliam in Ecclesia S. Nazarii in Biolio ad faculum S. Mariae della Florana, quod olim exadificari fecerat avunculus ejus Caspar Vicecomes ibidem sepultus cum Francisa Septalea genitrice. Andiamus jam quoque Ripamontium: (l) ad initia, inquit, principatus Philippi Mariæ regebat Mediolanensem Ecclesiam Joannes Vicecomes Vercellini F. quem Carolus Malatesta, sub Joanne Maria exercituum Imperator, contra factum Archiepiscopo Philargo olim amicitia, postquam is ad summa (Pontificatus Romanum scilicet, Alexander VI datus,) pervenerat, commendaverat ei, ut honorem, quem vacuum ipse reliquisset, huic demandaret; neque ille abnuerat. Verum Archiepiscopus iste triennio post in Constantiensis conventu, tanquam vitio creatus (incertum qua de causa) movetur loco, decedere que jubetur honoris gradu, quem nec recte nec ordine obtineret. Postea ille defendendo se & purgando, ut in primitam sedem novi Pontificis decreto restitueretur, obtinuit, fuitque sub Eugenio legitimus Archiepiscopus. Nunc ei Bartolomeus Capra, Medio-
lanensis

(h) *Ambit. Rom. pag. 355.*(k) *pag. 366.*(i) *Ital. Sacre Tomo IV, pag. 263.*(l) *Hist. Mediol. Lib. IV.*

Ianensis sufficitur, qui Constantiensi concilio interfuerat; is ubi Mediolanum Archiepiscopus venit, magnoperè vexabatur à priore Arciepiscopo, qui & favore civium & Principis gratia validior concoquere non poterat hoc ipsum, quod loco dejectus esset. Accidit quadam cùm per Abbatem S. Ambrosii ad aram maximam proferretur diploma recitandum, quo Capram Archiepiscopum Martinus Columna Pontifex maximus renuntiabat, corripitur repente Abbas ab Sacerdote quodam ex ipsis arae ministerio, isque Sacerdos extortas Abbati de manibus Apostolicas literas foedere gladio super Aram instituit. Et elestant armatim illes pro Vicecomite exule jubentes audere presbyterum eum, atque militantes, si quis violare sacrificium juberet. Capra perculsus atrocitate facti, conjectasque inde ad quales ipse animos, & in quam aperta veniret pericula, subduxit feso discrimini, & occultissimè porta Jovis egressus Romam aufugit, rediitque Mediolanum & iterum deinceps exul fuit. Usque in Francisci Sfortiae tempora vexatam Pontificatus diffidio Mediolanensem Ecclesiam tradunt; Sfortia deinde regnante restitutum Vicomitum, cum aliquando sedisset, post breve deinde tempus vacuum eidem amulo Metropolitum reliquisse. Testamento, cuius ex Ughello mentio facta est, Johannes Vicecomes haeredem, instituit Margaritam, filiam suam, antequam sacris initiatius esset, genitam, agnatis tamen haud præteritis: namque ut ipsa testamenti verbo à Crescentio excerpta referam, "Specabilis Domino Bartholomæo Vicecomiti, filio quondam Specabilis Militis D. Antonii avi sui paterni, & Sapienti ac Egregiis DD, Francisco & Guidoni fratribus, filiis qu. Specabilis Viri D. Baptista Vicecomitis, olim filii prædicti q. D. Antonii, possessiones, & bona sua de Agnadello glareæ Abditiæ, & de Besate campanæ Papientis &c. legavit." De BARTHOLOMEO Vicecomite, quem testamentū modò citatum Johannis Archiepiscopi filium Antonii fuisse testatur, literæ extant, à Duce Francisco Sfortia die ultimo Sept. ann. 1461. scriptæ, in quibus Specabilis militis & affinis Ducis charissimi titulis honestatur, filiique ejus Jo. Antonius, Azzo & Christophorus natalibus legitimis donantur.

JOANNES BAPTISTA Vicecomes, familiæ inter gnatos Antonii propagator, in variis tabulis vel cum utroque nomine, vel cum alterutro solo legitur: ita in verbis instrumenti donationis, quæ supra recensuimus, JOANNES tantum appellatur, & miles Religiosi Sancti Georgii dicitur, id quod de ordine Anglicano aureæ periscelidis in honoré S. Georgii instituto perperam interpretantur, cùm forte rectius de illo, qui Genuæ illa tempestate exorsus & eidem militum præsidi sacratus est, intelligatur. Baptista nomine solo idem Vicecomes nuncupatur in rescripto Ducis Philippi Mariae de an. 1420, quo confiratur antiqua immunitas oppidi Somæ his in principio verbis; "Supplicatione receperimus pro parte Baptista de Vicecomitibus, quod terra Sommae Ducatus nostri Mediolani cum ejus omnimoda jurisdictione speccat, & pertinet ipsi supplicant: dictaque terra cum ejus territorio & hominibus ab antiquo semper, seu per tantum tempus, cuius principiæ memoria non existit, fuit & est libera, & exempta à quibuscumque imbotaturis, datis & oneribus, realibus, personalibus atque mixtis, & etiam à jurisdictione, tam in civilibus, quam in criminalibus Capitanei Sepiri & cuiuslibet alterius officialis. Quæ libertas & exemptione semper hinc retro fuit observata, & obseruatatur tempore Illustriss. Genitoris nostri, & secundum judicia alia facta, etiam secundum literas nostras alias emanatas debet inviolabiliter observari &c.," Filii Jo. Baptista FRANCISCUS & GUIDO in literis d. II Febr. an. 1550 scriptis, ornati leguntur titulis *Magnificorum & Potentissimorum Dominorum, Francisci V. I. D. eximii, & strenui Guidonis, Fratrum de Vicecomitibus, Cistelagi, Some, Plebis, Mezae & Arzabiac pertinentiarum Dominorum.* Ab utroque illorum florentissima defluit propago. Franciscus in numero Confiliariorum secretiorum Ducis Francisci Sfortiae, & praefectus Cremonæ fuit, atque ab Imp. Friderico III diploma impetravit, an. 1448 die XVIII Martii datum, quo ipse ejusque posteri, ipsorum bona feuda & subditia ab omni alia jurisdictione exempti esse jubentur. Uxor ejus Eufabetta Crescentio è Scaligerorum, Veronæ quondam Principum, gente orta esse dicitur; Comes vero Galeatus Gualdus Prioratus gnatam fuisse ait *Francisci Carmagnoles*, clarissimi bellatoris, quem Dux Philippus Maria, cùm ei mereret, in familiam Vicecomitum arrogavit, Veneti vero ad sua stipendia transgressum post decem annorum multa magnaque officia perfida accusatum, nec tamen convictum, capite truncarunt.

BAPTISTA Vicecomes *Francisci F. à Duce Joh. Galeacio Sfortia munieribus* "Commissarii, Vicarii & Gubernatoris civitatis Comitatus Papiensis cum auctoritate, baliero ac mixto imperio, & omni gladii potestate, *autem, encomiisque matris est* Praecari, Specatissimi Equitis ex consiliariis nostris, dignitate Senatoria, spectata virtutis & magnæ aucto-

auctoritatis. „ Post quadriennium, nempe anno 1494, à Duce Ludovico Moro Cremonæ præfectus, „ Senator ejus dicitur longissimo præclarorum & bello & pace majorum serie ornatissimus, & qui Equestris dignitate insignis inter primarios inclytæ Mediolanensis urbis ac totius ejus regni proceres, auctoritate minimè potremus habendus sit. „ Ab eodem Duce, cum anno 1499 in Germaniam se proriperet, Villa nova donatus fuisse Corio memoratur. Sequenti verò anno, Ludovico Duce à Gallis capto, & Ascanio Cardinale ejus fratre à Venetis eisdem tradito, Baptista Vicecomes quoque cum aliis nobilibus, qui Mediolano aufugerant, & publica securitas fide à Venetis accepta in Giarradæ oppidis manserant, in Regis Gallia potestatem traditus, diuque ab eo in custodia habitus, nec nisi magno persoluto lytro dimisus est. Filios tres post se reliquit, ex Johanna Piscernula uxore, sua susceptos, fide erga Sfortianam domum Caesaremque illatempestate, qua Ducatum, Mediolanensem Galli Sfortiaeque alterni tenebant, in lignes; FRANCISCI in primis merita à Crescentio extolluntur, condigno à Duce Franciso II, & Carolo V Imp. in pretio habita. Prior in literis die ultimo Maij anno 1525 scriptis ipse testimonium ei perhibuit, “ quod indutis à pueritia laudabilibus moribus, parentis dignitatem, generisque splendorem retinens, maximum sibi civitatis Mediol. amorem comparaverit; eoque maximè rebus ipsius proficerit, cum recuperato statu avito, & novo ingruente contra eum bellò sua auctoritate & dexteritate populum in obsequio ipsius continuerit, hostiumque conatus irritos reddiderit, neque detrectaverit fortunarum amissionem & vita periculum adire. Imperatoris Caroli etiam literas memoriam dignæ sunt, quas benevolentia & gratitudinis plena an. 1527. d XIV Jun. Vallisoleto ad eum dedit, quarum exemplum infra scriptum est: “ Magnifice Fidelis Dilecte: Continuata tua in nos officia adeo nobis grata accidunt, ut si omnem gratissimi principis gratitudinem à Nobis tibi pollicearis jure tuo facturam. Dabimus certè operam, ut tuis meritis gratia & liberalitate nostra correspondisse, videamus: prout hæc aliaque tum publica tum privata Magnificus Fidelis nobis dilectus. Antoh. de Leyva Capitanus noster, qui magna Nobis de tua in Nos fide significavit, tibi nostro nomine referet: cui ut summi fidem habeas, te plurimum hortamur. Prolem Franciscus nullam habuisse videtur, hæreditatem enim ejus luculentam crevit BAPTISTA Vicecomes, ex Hermeto ejus fratre, quem in robore ætatis fata rapuerunt, natus, eaq; propter, tum etiam ad distinctionem duorum aliorum Vicecomitum, qui idem præomen gecebant, eademque ætate vivebant, Hæres cognominatus. Is sub tutela Ducus Francisci II Sfortiae adolevit, à quo duodecum agenti annum sponsa destinata fuit Franciscus Sfortia, Bosii Comitis S. Floræ filia, cuius matrimonii consummationem præmatura Ducus mors abrupuit. Cæsari à prima juventa stipendia fecit egregia fama, neque in armis præstantior, quam in toga legationes obiit, & domi in numerum exaginta Decurionum perpetuorum cooptatus ita se gescit, ut Patria patre panpernique encomio honestaretur. E duplice coniugio numerosam genuit sobolem; inter mares eminere familiamque propagavere Hermes & toro priore & Franciscus è posteriore orti; JOHANNES legum studiis eruditus, Apolotici Protonotarii & Nuncii apud Helvetios spartam ornavit, & Abbas Comendæ fuit. PETRUS FRANCISCUS equitor levioris armaturæ dux sub vexillis Gregorii XIV Papæ meruit; LUDOVICUS in bello Belgico sub auspiciis Hispanie Regis & signis Joannis Austriaci stipendia fecit, atque an. MDLXXIX in obsidione Trajeti ad Mosam multum gloriae vulnerumque retulit, ex quibus æger dum Italianam repetit vi morbi oppressus vitam in iteru amisit. UBERTUS legationibus functus est, atque à Duce Terrænovæ, Mediolanensis Ducus Gubernatore, Decurionibus in locum parentis adlegi meruit. (m)

HERMES Vicecomes, Baptiste cogn. Heredifilii natu maximus, locum inter Decuriones perpetuos Mediolanenses beneficio Ducus Albuquerqui, Regis Hispaniae apud Insulæ Vicarii, accepit; ad bellum Belgicum deinde præfectus fortitudinem suam aptitudinemque ad res gerendas Joanni Austriaco, Belgii Gubernatori, ita probavit, ut ab eo maximè arduis negotiis adhiberetur. Ad penates reverfus aliquos functus est legationibus tum apud Pontifices Romanos, tum alias Italæ Principes. A Gregorio XIV Pontifice Romano evocatus custodiaeque corporis sui vicaria sub Hercule Sondrato potestate præfectus, & denique à Rege Catholico animo suo (ut verba, quibus ille in diplomate usus est, referam) “ repetente, quanto studio & animi ardore in variis bellorum expeditionibus, quæ XXIII annorum spatio sese obtulere, suis obsequijs vacaverit, annua quingentorum

Ddd 2

auro-

(m) Crescent, op. cit. Bapt. Vicecom.

aureorum pensione auctus fuit. (n) Ex uxore sua, quae Cardinalis Ferdinandi Tavernæ soror erat, filium reliquit FRANCISCUM MARIAM, quem Rex Hispan. Marchionatu s. VIII & pensione annua CC aureorum locupletavit, Dux Feria, illius apud Infubres Vicarius Decurionem creavit, ejusque successores Marchiones Veladae & Caracenæ plurimis negotiis adhibueret, solerteremque cognovere; Maria Isabella Beccaria, cuius genitor res Magni Ducis Hetruriæ Mediolani agebat, patrem eum fecit aliquot liberorum, de quibus, eorumque prole, narrandi deficit argumentum.

FRANCISCUS Vicecomes, Baptista cogn. Hæredis filius, è secundo suscepitus matrimonio, compendium glorie familiæ sue Crescentio dicitur: fuit quippe vigore ingenii atque amabilitatis & usu rerum pollens; obiitque domi munitus Judicis Collegiati, titulo *suis Comitis Motte Vicecomitiū*, quod feudum filio ejus JOHANNI MARIAE cum axiometate *Marchionis Rex Hisp. Philippus IV anno MDCCXXVII contulit. Eundem Romanum ob causam Vallis Tellinæ missum Urbanus VIII Pontifex Romanus an. 1628, die XXIII Aprilis Comitem Palatinum Lateranensem*, & biduo post Equitem S. Ecclesie creavit, illumque honorem filius ipsius legitimis & eorum posteris perpetuum esse jussit. In urbe patria Decurionis, Judicis viarum, & Tribunis militiae officiis functus, & toru partitus est cum *Placidia*, ex nobilissima & splendidissima Grimaldorum familia orta, forore Francisci Grimaldi, qui nulla ex Nicoleta Auria conjugi sua, sobole suscepitus mortuus avitorum bonorum hæreditatem Placidia filiis reliquit. Pater amborum *Lucas Grimaldi* sextus è gente sua *Gementium Dux* fuit, anno labentis seculi quinto, maritus Nicoletæ Grimaldæ, è linea Ducum Terræ novæ prognatae. Lucæ parentes fuere *Franciscus Grimaldi*, Senator integerrimus, & *Cecilia Spinola*. Francisci genitor *Raphael Grimaldi* asserti reipublicæ Genuinæ Corsicæ regni decus retulit, cùm illuc Comifarii generalis missus fuissest; natus verò erat *Francisco de Castro*, qui ducta in matrimonium *Baptina Grimalda*, Ingonis, ab Oberto Grimaldi Principe Monoceti, Friderico I Imp. coævi, filio natu minore oriundi, gnata, in familiam Grimaldam arrogatus fuit.

AD TAB. XXXVI.

GUIDONIS Vicecomitis, *Baptiste F. pari* cum fratre Francisco, de quo superius dictum est, floruit auctoritate, quam prudentia, virtute & fide erga domum regnaticem sibi peperit; sub Duce Philippo Maria Vicecomite legationibus functus, postea ab ejusgnata Blanca Maria Ducissa Francisci Sforzias uxore, Cremonensi urbi ac diœcesi, quæ iustus dotalitium erat, praefectus est; hanc provinciam adhuc tenuit an. 1473, quo ad secundas transit nuptias cum *Leta*, ex Manfredis Imole Dominis prognata, Tadæi Manfredi, qui ejus civitatis dominium cœsifit Galeatio Mariæ Sf ortiae Mediolani Duci, forore. Eodem verò anno à Duce modò dicto *Geau et omniumqne civitatum & locorum tam ultraguiam citra Iugum dependentium gubernatio* illi demandata fuit, ususque est Dux in literis Mediolani die XXIX Jun, alni memorati ea propter scriptis verbis sequentibus: "Occurrit Magnificus & insignis auctoratus Eques D. Guido Vicecomes Athinis noster dilectissimus, quem certe ob ejus probitatem, virtutem, prudentiam, rerum experientiam, & in cunctis rebus diligentiam, ac singularem & præcipuam quandam in nos, statumque nostrum fidem, & devotionem id ipsum regimen cum summa fui laude atque commendatione, & nostra pariter totiusque civitatis satisfactione, administraturum nobis ipisis persuaderemus. . . Verum duram difficilemque se cepisse provinciam Guido Vicecomes mox sensit, eguitque animi, cum Genuenæ Galeacium Ducem aliquid monitrialere, ipisisque compedes parare suspiciati, stimulatore Hieronymo Gentili, magni animi, magnorumque opum juvene, seditionem an. MCDLXXVI concivissent. (o) Post Duxis Galeacii cœdem Guido Vicecomes à Bona Ducissi, ejus vidua, in secretiorem Senatum adscitus, Genuæ tamen permanisse, ibidemq; supremum diem obiisse videtur: sepulchrum enim ejus ibi in fano Francisci visitur, cum hac inscriptione: "Guido Vicecomes ex Condominis Somæ, qui Ducalis in patria consiliarius, qui Legatus ad Principes, qui Praefectus ad milites, qui Januæ Gubernator, obiit septuagenarius. (p)

Guidonem uxor prima, quam Crescentius *Margaritam Roveram Astenem*, domesticum vero documentum *Leonoram de Rotarii* fuisse tradit, sex liberorum parentem fecit, quos inter potioris sexus quinq; erant, præstantissimi viri: ab *Antonio & Theobaldo* splendida, hodieq; floret propago; De *BAPTISTÆ*, qui *Ducalis Camerarius, Consiliarius & ductor armorum* in diplomatis bus audit, uxore & prole silent scriptores; *GALEATIO* magna prudentia & belli pacisque artium perita à Crescentio tribuitur; enīverò prudens ita fuit, ut cum illa tempestate viveret, qua impe-

(n) *Gal. Guald. Prior in vita.* (o) *Vid. Liber. Folieti Hisp. Gen. Lib. XI. P. Bizarri Lib. XIV.*(p) *Comes Prioratus in vita Guid. Vicecom.*

imperium Insularum Galli Sfortiaeque alternis quasi vicibus obtinebant, speculator fortunam, hic atque illuc, unde spes major affuisset potentiae, se defleceret. Ita post Ludovicum Mori Sfortiae catastrophen Galliae Regem Ludovicum XII coluit, atque ab eo feuda *Busto, Castelnoveto & la Valle* anno 1506 accepit; cum deinde Maximiliano Sfortiae, Ludovic filio, fortuna arridere inciperet, ad partes ejus protinus se applicuit, eodemque mox ab illa deserto & Gallis viatoribus se permutare coacto, haudequidem neglexit veniam sibi ac incolmitatem pacisci, attamen committere se illis tunc noluit, secessisse in Germaniam ad Maximilianum Imperat. cui ludibrium debuit, cum singulari quo ab illo complexus fuit, favore, tanquam magnae vir auctoritatis inter Gibellinos, idoneusque ad res Mediolani novandas, & benigni; verbis pollicitationibusque, quibus quotidie pascebatur, infatuatus, ad imperium, quod gentiles maiores sui per CC annos in Lombardia tenuissent, aspiraret, idque spe & opinione devoraret, quemadmodum *Jovina* (q) literis mandavit. Postquam verba sibi dari animadvertisset, reliquo Cæfare ad Helvetios abiit, eosque perpulit, ut foedus cum Rege Galliae percurseret, quam ob causam ab illo: quem iratum habebat, in gratiam patriamq; est restitutus, cumq; post Francisci Bernardini Vicecomitis obitu Gibeliane factionis principatum obtinuisse, Michaelis equetri ordine & annua pensione donatus est, ut Rex haberet, quem autoritate prædictum Trivultio, in invidiam ad extreum abduco, opponeret, sicut *Gucciardinus* (r) memorie prodidit. Eduabus uxoribus, è quibus posterioris tantum nomen compertum habemus, liberos sustulit, sed mare munum LUDOVICUM, cui unica tribuitur gnatia, in Arconatensem nobilem apud Mediolanensem domum de nupta.

PRINCIVALLUS moderator juvenæ Maximiliani Sfortiae, qui Ludovic Mori Ducis filius natu major erat, ea virtute, hde, modestia ac diligentia in illo munere versatus est, ut patri pariter ac filio satisfaceret, gratiamque magnam apud utrumque iniret. Maximilianus Sfortia, Ducatus potitus, cum illi proventus uberes ex aqua *Mazzana* conferret, in diplomate die XXX Januar. an. 1540 merita ejus sequentibus extulit verbis: " Specabilis D. Precival Vicecomes, Consiliarius & Commenalis noster dilectissimus, vir ultra integratatem, virtutum agmine stipatus & fidei robore munitus, qui præterquam à teneris unguiculis in aula Sfortiada educatus, ipsius aetatis meliorem partem in servitiis Illustriſ. q. D. Genitoris noſtri fideliter defatigavit: nos etiam adhuc in tenellis viribus constitutos, tam diligentia studio, accurato studio, studiis laboribus custodivit, ut diffiteri non possumus quinei plurimum debeamus; neque unquam nos dereliquit &c. " Liberos idei utriusque sexus aliquam multos genuit, è quibus soli BAPTISTÆ, Strenui (d. Rijſto) cognomine distinctoro, prolem Crescentius adscripsit, eamque sequioris sexus in clarissimam, Barbarianorum Comitum de Belgio iofso familiam elocatam.

ANTONIUS Vicecomes, *Uniois* F. à Duce Jo. Galeacio cuius juvenæ moderator fuisse dicitur, terras *Lonato, Pozzolo & Lorzeno* jure fiduciario an. 1490 obtinuit, à Ludovic Moro deinde in numerum Consiliariorum Secretorum cooptatus, atque anno 1497 Orator Ferrariam missus est. Ex uxore sua *Magdalea Trivulzia*, XXVIII liberorum pater factus: esse fertur, quorum plerosque vita in prima aetate defituit; inter natas ejus Anna fuit, mater Gregorii XIV Pontificis Romani. Inter mares ab HIERONYMO & JO. BAPTISTA stirps propagata fuit, utrum vero prioris posteritas hodieque duret, pariter ac alterius compertum non habemus. CORIOLANUS Vicecomes, Jo. Baptista filius, *comes fuit Burgo Lonati Putheoli, Conditoris Sona & Agnadelli*, è numero LX Decurionum Mediolanensem, Jūdex viarum, ejusdemque civitatis Legatus ad Pontificem Gregorium XIV, amitium suum, ut de supremo dignitatum humanarum fastigio ei gratularetur; vixit adhuc sub præfentis seculi initio, tresq; post se reliquit filios, è quibus Jo. BAPTISTA à teneris anni Ordini Equitri Hierofolymitanis Joannis nomen dedit, adulta vero aetate in urbe patria Decurionis, Judicis viarum & Conservatoris Patrimonii munia obiit: NICOLAUS ejus frater, Ecclesiatico vitae genere delecto, *Abbas dictus est*, & Pauli V Papæ Cubicularius Secretus fuit; ANTONIUS autem *Paulum ab Anria* in coniugio habuit, iisdemque munieribus, quæ fratré ejus Jo. Baptista obiit diximus, functus est; ab eo hodierni Comites Lonati Putheoli sanguinem ducunt, quos inter GALEACIUS lauream Theologicam & Legalem anno 1675 adeptus, septennio post in Collegium Comitum, Equitum ac Judicum civitatis patriciae cooptari petuit, & de nobilitate ac antiquitate generis sui probationem typis exscripta protulit, è qua, à Reverendissimo Dom. *Aadr. Pujer*, nobiscum communicata, pleraque eorum quæ modo dicta sunt, hauiimus.

In numero filiorum Guidonis Vicecomitis THEOBALDUM quoq; fuisse dictu est; is

(q) *Hiflor. Lib. XVI.* (r) *Hifl. L. XIII.*

Ecc

belli-

bellicæ laudis cupidine flagrans à prima juventa Regis Neapolitani stipendiis meruit, , titulumque ac gradum *Regalis armorum ducoris* obtinuit. Supremum quoque diem Neapoli obiit, & Regem testamenti ibidem die XVIII Augutt. anno 1494 conditi *erogatorum* constituit. Filium moriens reliquit unicum ALPHONSUM, duasque filias *Violantam* & *Lauram*, uxore verò uterum ferentē, ex quo mensibus expletis CÆSAR prodit; utriusque progenies superstes est; sed de illa quam Alphonsus profevit narrandi deficit argumentum. Cæsare natus CAROLUS ultra annum 1585 vitam prorogavit, quo à Produce Mediolanensem Alexandriam ad salutandos & more inter illustres confuetu excepierdos Ducem Ducissimque Sabaudiae se conferre iussus est, quemadmodum etiam quadriennio ante simili officii genere Laude Pompeja cum Parmensi Duce, qui Imperatricem in Hispaniam proficiscentem veneratum eō venerat, functus erat. CÆSAR, Caroli filius unicus, *Marchionis Cislagi* titulo a Philippo III Rege Hispan. per diploma die XXVIII Maij anno 1621 auctus est, postea variis iisdemque gravibus muneribus legationibusque adhibitus ostendit, quantæ in eo fuerint præclaræ dotes ac virtutes; cognovit eas & laudavit Rex modò dictus literis die XVII Septembr. anno 1629 datis, quibus Oratoris munere, civitatis patriæ, nomine apud se functum dimisit, & legationis dextrè & decorè obitæ testimonio ornavit. Extrema ætate ab Imperatore quoque benevolentia & magna de virtute sua exitimatiois documentum accepit, diplomate amplissimo die V Maij anno 1649 dato, quo ipse & singuli haeredes posteri ac descendentes ejus legitimi utriusque sexus nati, æternaque serie nascituri *Sacri Rom. Imperii Marchiones* & *Marchionissæ* creati sunt, dataque eis est facultas *bicipitem aquilam imperiale scuto gentilitio inferendi*, ita ut infra diadema *initialis litera augusti nominis Ferdinandi cum ternario numero conspiciatu*. Præterea “ jure naturalitatis in omnibus S.Rom. Imperii nationis Germanice provinciis donati, servato ordine primogeniturae, Sacri Lateranensis Palatii, aulaeque Cæsareæ & Imperialis Consistorii Comites facti, cum ampla auctoritate & facultate Notarios publicos per totum Romanum Imperium & ubilibetterarum, nec non Doctores, Licentiatis, Baccalaureos, Magistros & Poetas creandi, spurios legitimandi, tutores atque curatores confirmandi, dandi & constituendi, impetrans denique uxori liberi & tota ejus posteritas privilegio exemptionis fori aucti, atque in Imperatoris & Sacri Romani Imperii clientelam & Salvaguardiam fuscæpti assumptioe sunt. ” Filios Cæsar Vicecomes ex *Helena Arconata* uxore sua genuit complures, partim Ecclesiasticum partim seculare vita genus fecitatos; in horum numero THEOBALDUS fuere ac LUDOVICUS. Hic tertio statim etatis anno pontifice Romano dispensante Ordini Equitum Melitensium adscriptus simul ac armorum patiens fuit ad bellum Belgicum, ea tempestate disciplinae militaris palcestram, voluntarius profectus est, & sub signis Hispanicis prima militiae rudimenta posuit. Ala deinde equitum cataphractorum suo ære conficta, multis magnisque actionibus inclaruit, & impavidi spiritus nec ad pericula segnis gloriam retulit. Cum verò ad summos militiae gradus eniteretur in flore ætatis morte interceptus est.

THEOBALDUS, ejus frater natu major, togæ ac sagi artibus domi forisque clarissimus fuit; bello Belgico longa militia exercitus cum à parente quod familiae Majoratus ad eum spectaret domum anno 1643 revocatus esset, munere *Confiliarii Secuti Regi* in statu Mediolanensi decoratus, gravissimisque ac splendidissimis belli pacisque negotiis adhibitus est. Anno 1646 a Rege Hispania Legatus Oenipontem missus & nuptiis Ferdinandi Caroli Archiducis cum Anna Medicæa interessè iussus, sponso torquem Ordinis Aurei Velleris dicti Regis nomine obtulit. Anno 1648 à Marchione Caracenæ Regio Gubernatore *Urbane militiae praefectus generalis* creari meruit; anno 1657 Legatus fuit Comitis Fuenaldaneæ pariter Producis Mediolanensis ad Suetiæ Reginam Christianam isthac transcurrentem, atque ad extremum anno 1671 inter Equites *Aurei Velleris* à Rege Carolo II cooptatus est. Ex *Claudia Estensi Tassoni*, nobilissima Ferrarenti stirpe fata, pulcra sobole auctus, non omnis mortuus est, filii sui similibus post se reliquis. Hos inter natu maximus CÆSAR jam anno 1657 parentis loco inter sexaginta perpetuos Decuriones Mediol. ascriptus, & quinquennio elapso in Nofocomio magno ejusdem urbis Regius Locumtenens creatus, novum honorem fide virtute ac industria partum in domum suam intulit, postquam enim à Rege torque *Aurei Velleris* anno 1679 ornatus fuisset, ad *Magnatum Hispanie* quoque cladem provectus est, sed hoc decus cum familiæ ejus

ejus maligna mors invideret, gnatum ipsius unicum, eam auctu ætate, ut Hymenæo litarerat, rapuit.

AD TAB. XXXVII.

Vicecomites, qui initio à castro Rozani cognomen sibi sumserunt, nunc verò *Vajant*, & *Fani* Alexandri Domini ac Demarchi audiunt, JOHANNULUM ramis sui latorem agnoscunt, fratrem *Vercellini*, qui Somenium Vicecomitum lineam condidisse dicitur est. Paterille fuit OLDONIS & JACOBI, quorum hic rei sacrae alter bellicæ curam in civitate Derthonensi gesisse celebratur. Oldone natus MAPHIOLUS vir fortis ac Principibus gentis suæ devotus, partes eorum adversus Lodrisium Vicecomitem, qui invidia & æmulatione transversum actus arma contra illos ceperat, strenue propugnavit, (1) & urbibus præfici meruit, id quod è monumento, quod mortuo Modestio in fano Francisci positus fuit, constat; frequenter enim id habet inscriptionem: *Hic jacet Nobilis Vir Dominus Maphiolus Vicecomes, qui fuit Potestas Vallis Luxiardi Granellorum civitatis, A.D. 1381 15 Junii.* Vivente adhuc illo JACOBUS ejus filius munus Potestatis Brixiae obiit, quod maximè honorificum erat, curamque rei civilis pariter & militaris complebat. AMBROSIUM, Jacobi nepotem, uxor prima, opibus possessionibus locupletavit, & filiorum duorum patrem fecit, quos matre mortua, avus *sobianus Vicecomes, Archiepiscopus Mediolanensis*, educavit. Ex eis natu minor V E RCELLINUS in comitatu Galeacii Mariæ Sforzæ fuit, cùm is copias auxiliares à Francisco Duce genitore suo Regi Galliæ Ludovico XI missas, duxaret, atque ab eodem Lugdum delato arcu, quam *Pierrecise* vocant, quamque securitatis ergo sibi tradi postulaverat, cum valido præsidio impositus est, ed quodcum Cubicularium & commissariorum jum, sibi fiducijs cum singulari prudentia peditum cognovisset, quemadmodum Corvinus literis prodidit: (1) Arci postea Tricii præfetus, eam carentem aqua vivaputoe suis sumtibus fosso intruxit, quod *Platius Plati*, Poëta ejus ævi haud absurdus, sequenti celebrevit epigrammate:

Arx olim Tricii putoe preclara carèbat,
:quem bibit illa fons nou erat ante latex;
.Vercellinus Eques, qui prefuit, Auguiper arci,
:vifcera telloris fudit, & banxit agnam.
Ille vir egregius Izmpbas. à Manibus emit,
& putens graudi condidit arc suo.

Refertur etiam à Crescentio, visum sibi esse apud Lud. Chiesam, "Civitatis Mediol. Secretarium, codicem MStum, cui titulus, *Manipulus Florum*, hicque epilogus: "Chron. de Principib. Mediolan. & Gestis eorum explicit, per me Præsb. Joannem de Munitis, qui iussu Magnifici & Præstantissimi Militis, D. Vercellini Vicecomitis, ac Duallis Commissarii, Tricium Castellani, diligentissimè scripsi die IX Julii 1483. Ea denique præfectura motus Vercellinus à Ludovico Moro Sforzia, Cremonensem obtinuit, amplasque possessiones filiis suis reliquit. (n)

Johanne Antonio Vicecomite, Vercellini fratre natu majore, ortus est FRANCISCUS, qui pacis & belli artibus instrutus, illis patriæ, his Duci Mantuano, tunc militiam Vicarii generali titulo moderatus est, ornamento & præsidio fuit. Ex uxore sua, *Cecilia Dugiana*, septem filios post se reliquisse Crescentio fertur, quorum tandem tantum nomina idem auctor posteritati commendavit; *Hercule* natu majore, Joh. BAPTISTA & FRANCISCUS prognati sunt, quorum posterior bellice laudis cupidine flagrans, invenis adhuc XX annorum cohortem CCC petutum rexit, sed in florente ætatis ac rerum cursu concidit nobili fato in Sabaudia apud munimentum *Baro*. Prior togæ nobilissimis muneribus domi, foris verò legationibus ita functus est, ut sa-

Eee 2

pien-

(s) *Corvin Hist. Med. Parte III.*
 [u.] *Crescent. op. cit.*

[t] *Parte VI.*

pientissimi , integerrimi rerumque civilium & politicarum callentissimi viri gloriam reportaret. Patéris fuit VERCELLINI MARIÆ , qui belli ac pacis studia ita conjunxit , ut in utrisque pariter eminaret. Excelto à prima juventa nobilioribus literis & disciplinis animo , in Belgium anno 1624 transiens , flagrante tunc inter Hispanos Ordinesque foederatos bello , militiae tyrocinium ibi fecit , & in Bredana obfidence strenui famam adeptus est. In Italiā deinde reversus plerisque actionibus & eventis bellī , quod inter Gallos & Hispanos in Insibribus exarſit , magna pars fuit , & summa quæque discriminia obeundo providi atque excelsi animi & invicti roboris non unum specimen dedidit , cumque Eporediam , cui loco præsidebat , Galli anno 1641 acerrimè oppugnarent , servati oppidi præcipuum propriumque decus retulit. Laudibus hoc , aliaque ejus fortia facta præter Crescentium Historiarum quoque hujus seculi scriptores celebrarunt , Ripamontius videlicet , Bapt. Nanniū & Hier. Brifonius . Referam primi verba : “ Fama & gloria , inquit , tam strenuè defensæ ea nocte , (qua nempe ad eum mania inter obfessores Gallos & liberatores Hispanos depugnatū fuit) Eporediae cessit in Vercellinum Mariam Vicecomitem , qui ibi in præsidio positus , simul ad omnia loca concursando , capeſſendoque suis manib⁹ pugnam , simul trahendo secum in aciem ceteros disponendoque & animando , multa militis egregii , multa sapientissimi Duci facinora edidit . ” (w) Nec erit dividere recentiū , quæ ex diplomate , quo Rex Hisp. Philippus IV Vicecomitem nostrum Marchionis S. Alexandri titulo auxit , Crescentius excerpit ; ea sic se habent : “ Cum Magnificus & Fidelis noster dilectus militum Tribunus Don Vercellinus Maria Vicecomes , tum ob paterna Senatoris , Joh. Baptista Vicecomitis , aestimatione digna , tum ob propria , utraque non utcunque nobis grata obsequia dignus existat , qui liberalitatis nostræ fructū in se fientat , locum se utramq; in statu nostro Mediolani in feudum possidet , Marchionatus titulo & honore decorare decrevimus . Virum enim talem dicti Status Marchionibus adnumeramus , qui sua singularis fidei & devotionis erga nos , militarisque virtutis & roboris perquam accepta in belli variis occasionibus per plures annos , & in Belgicis & in præfato Statu oblati signa edidit : jam Italici peditatus , dum se se non semel si strenue inter alios in acie geslit in ipso Statu , ut designatus demum Jure Gubernator sub anno 1641 obscientibus locum hostibus illuc non sine magno vitæ discrimine introierit , illiusque defensioni & gnaviter incubuerit & prudenter le de omnibus bene meritum affatim præbendo : &c. ” Neque vero factis tantum egregiis sui gentisque qua ortus est nominis famam extendit Vercellinus Maria Vicecomes , sed cum exacta inter acies & prælia ætate ad summi ducis gloriam , totque militares adores as ingenii cultum atque optimartum artium honestamenta addidisset ociuumque omne sapientiae atque amoenoribus literis impendisset rarissimum illud Superum munus , sacre scribenda , scriberi leunda , consecutus est . Cum itaque omnis ævi memoriā lœdulus indagaret & sua præcipue gentis factas evolveret , domesticaque tabularia excuteret , solerit tandem investigatione originem & initia domus Vicecomitum , haſtenus ignorata eruit , & ab illo ſtipite regio , a quo nos orſi sumus , totam gentem , nusquam intercessa serie à stirpe ad suam usque ætatem deduxit atque enumeravit , justoque opere (de quo tamen utrum calamo tantum an typis quoque excriptum fuerit dicere non est integrum) complexus est , cui epistolam nuncupatoriam Virmaximè litteratus ac disertus Oſlav. Terrarius præfixit , ad Vitalicum Cardinalem Vicecomitem (de quo inferius dicetur) scriptam , ejus exemplum Parte III Prologorum & Epistolarum illius (x) videre est .

UBERTUS MARIA Vicecomes , Vercellini Marie frater , Ecclesiasticum vitæ genus & studia id ornantia fecutus in Prelatum magni talenti , ut Brifonii encomio utar , evasit . Indignum verò virtute sua vita exitum naſtus est , quem idem auctor literis mandavit ; in pauca contraham prolixius ab eo narrata : Est in Piceno , quæ provincia jam Marca Anconitana dicitur , oppidum Firnum tantæ dignitatis , ut ejus gubernatio inde a Pontificatu Julii III Cardinali , cui Patroni titulum kā exochyn tribuunt , demandari consueverit , hujus verò vices obire solet quisquis ab isto Pontifice ei muneri admovetur . Itaque Innocentio X ad supremum dignitatum humanarum apicem electo , Cardinalis Pamphilijus

(w) Hisl. patr. s. de bello Mantuan. Lib. VII.

(x) pag. 77.

ejus nepos Firmi gubernator diētus, hujusque vicarius Ubertus Maria Vicecomes constitutus eis. Is omnibus affabiliē lenemque se præbendo & ne quidem erga facinorosos severitatem adhibendo, sed ad preces blandientis in primis sexus reis jam condemnatis gratiam facile faciendo, non tantum autoritatem existimationemque suam brevi minuit, sed etiam in odium Firmianorum, hominum superborum & vindicta gaudentium, incurrit ; cumque diurnius solito illa in statione manendum ei esset, & negotio frumentario , ab aula Romana sibi injuncto, nobiles & locupletes irritasset, hicque plebem etiam incendissent, conjuratio facta est. Sentiens ille aliquid monstri alimilites Corsicos duodecim à Friderico Borromaeo Montaltii Gubernatore perit & obtinuit, qui cùm Firmum venissent novafaetiosi crimina ferere, non jam clam sed palam fremere & concitatore quodam Lucio Guerriero tumultuari, atque in apertam ad extremum seditionem excedere ; eā Vicepræses, cum dimissis, ut turbonibus satifaceret, Corsis in munitionem arcis locum se receperit, oppressus, & unā cum domesticis suis miserè trucidatus est, duodecim plagiis itibusq; confectus esse diētus autor memorat. Cadaver etiam occisi contumeliis affectum , & nudum in publica via relictum, nocte demum in Nosodochio Humilitatis sepultum fuit.. Id Laurentius Imperialis, tunc Clericus Cameræ Apostolicæ, postea Cardinalis, ad extendas tanti sceleris poenas à Pontifice titulo Commissarii Firmum missus, humili illū sepulchro exemptum honorifico & frequenti funere, publico- que sumptu Lauretum deportari curavit. (y)

(y) *Brusoni Hist. Ital. Lib. XVI. ad an. 1648.*



Fff

STIR-

**STIRPIS VICECOMITUM
MEDIOLANENSIMUM
IN
STEMMATE DESIDERIANO**

Ramus

VICECOMITUM DE BESNATO, GROPPELLO ET CRE-
NA COMITUM CARBONARÆ, ALBIZETI ET FONTANELL.



Cuto hic delineato illi è gente Vicecomitum utuntur, qui in Borromeanae familie nomen, adoptatore Vitaliano Borromæo, Johannis Mariae Vicecomitis affine, assunti, id cum gentilitio conjungere as-
sueverunt; frenum enim, quod in secunda & tertia ejus quadra con-
spicitur, ex clypeo Borromæorum variis emblematisbus, quale & i-
stud, referto, desumptum est.

T A B U

VICECOMITES DE ALBIZATO, GROPPFLLO

XVI.	PETRUS VICECOMES, Andreotti F. Theobaldi Frater, (Vid. Tab. XXXI.) Dn. Besnati, Albizati, Cremonæ, Albuzagi &c. Vicarius Imperialis Cremonæ, Potestas Placentia & Borgomi, an. 1290.	
XVII.	Caspar Vicecomes, Dn. Albizati, Potestas Bononiz, an. 1350. Eq. Aur. Ux. <i>Elija Stampa</i> .	
XVIII.	Johannolus Vicecomes, Ux. <i>Acbilla Flifa</i> .	
XIX.	Ubertus Vicecomes, Dn. Vissani, Potestas Bergomi, an. 1385. Ux. <i>Sofonia</i> .	
XX.	Johanfies Vicecomes, Cubicularius Ducus Jo. Galeaci I.	
XXI.	Petrus Vicecomes, Comes Aronz, Dn. Gropelli & Bremi, Cubicul. & Consiliar. Ducus Philippi Mariz, Praefectus Cremonz.	
XXII.	Johannes Petrus Vicecomes, Condom. Gropelli, Agnes Beccaria. Johannes Augustinus Vicecomes, Condominus Gropelli.	
XXIII.	Casparinus Vicecomes, Condom. Gropelli. Johanna Ristica. Johannes Vicecomes. Philippus vicomes.	
XXIV.	Johannes Aloisius Vicecomes, Dn. Carbonarz, Consiliar. Hieronymus Vicecomes. Ducus Ludov. Mariz. Magdalena Moneta.	
XXV.	Jo. Caspar Vicecomes, Dn. Carbonarz, Eq. aur. Senator Mediol. Hippolita Stampa, Octavianus Vicecomes, Eques, Senat, Mediol. Vitanus vicecomes.	
XXVI.	Jo. Aloisius vicecomes, Dn. Carbonarz, Eques. Barbara Flifa. Franciscus Vicecomes. Franciscus Vicecomes.	
XXVII.	Hieronymus Vicecomes, Comes Carbonarie, De- curio Mediol. Isabella Borromea, Hieronymus Vicecomes. Dorotheus Vicecomes.	
XXVIII.	Carolus Vicecomes, Com. Carbon. Con- dom, Albizati, + Franciscus Verona, ex Comit. S. Martini. Franciscus Episc. Ale- xandr. 1640 Cremonæ 1643. + 3 Oct. 1691. Petrus Lucas Vicecomes, Episcopus Vigevani. Julius Cr- fat. Primi- cer. Me- tropoli- tanæ Medi- ol.	Aloisius Vicecomes, + mes. Caspar Vi- cecomes, mes. Jo. Baptista Vicecomes, mes. Johannes Vicecomes, mes. + mes. Dorothe- us Vicecomes, mes. Franc- ciscus Vi- cecomes, mes. + mes. Hiero- nius Vicecomes, mes.
XXIX.	Fridericus Vicecomes, Archicpf. Mediol. & Rom. Eccl. Cardinalis, 1681. + 7 Jan. 1693. Alexander Vicecomes, Co- mcs Car- bonarz, + 1685.	Hieronymus Vicecomes, Episcopus Vigevani. Petrus Lucas Vicecomes, Comes Car- bonarz, + 1682. Aloisius Vicecomes, mes. Johannes Vicecomes, mes. + mes. Dorothe- us Vicecomes, mes. Franc- ciscus Vi- cecomes, mes. + mes. Hiero- nius Vicecomes, mes.

ET BREMO, COMITES ARONÆ ET CARBONARÆ.

Ux. Antiochia Cribella, Urbani III Papæ proneptis.

XVI.

LODRISIUS Vicecomes, &c.
*Vid. Tab. XL.*N. uxor *Conradi.*
*Rufa Comensis.*N. desponsi. *Simonino.*
Turriano, 1302.

XVII.

Antonius Vicecomes,

Azzo Vicecomes.

XVIII.

Caspar Vicecomes,
*Valentina, Barnabe
Vicecomitis notha.*Robertus Vicecomes,
*Archiepiscop. Mediol.
cr. 1354, + 1360.*Andreas Vicecomes,
*Generalis Ordinis
Humiliatorum.*

XIX.

Casparinus Vicecomes Dn. Albizati, Vilani, Comes Aronæ,
Ux. *Agnes Boffazza.*

XX.

PHILIPPUS MARIA Vicecomes &c.
Vid. Tab. seq. XXX.

XXI.

Casparinus Vicecomes, Condom.
Gropelli.

XXII.

Otto Viceco- mes. Caspar Ambrosius Vicecomes, Eq. Aur.
Senator Mediolan.

XXIII.

Johannes Caspar Vicec. Galeacius Vice- comes, Eq. Melit. Camillus Vicecomes Dn. Paulus Vi- cecomes. Hieronymus Vicecom. Jacobus Antonius Vi- Consil. Duc.

XXIV.

Principivallus Vice- comes. Caspar Vicecomes, Dn. Caffani, Condom. Bremi. Paulus Maria Vi- cecomes.

XXV.

Alexander Vi- cecomes. Hieronymus Vicecomes. Principivallus Vicecom. Alphonfus Vicecom. Jo. Baptista Vicecomes. Guilielmus Vicecomes.

XXVI.

Godefridus Vi- cecomes. Marcus Antonius Vicecomes. Franciscus Vi- cecomes. Carolus Vice- comes. Johannes Viceco- mes.

XXVII.

Octavius Vice- comes. Principivallus Vi- cecomes. Jo. Baptista Vicecomes. Camillus Vicec. Josephus Vi- cecomes. Caspar Viceco- mes.

XXVIII.

Josephus Vicec. Galeacius Vicec. Godefridus Viceco- mes. Antonius Viceco- mes. Caetanus Vicecom. Luchinus Viceco- mes. Alexander Viceco- mes. Johannes Viceco- mes.

XXIX.

Ggg

TAB.

VICECOMITES DE BORROMÆIS,

XXL PHILIPPUS MARIA Vicecomes, Equ. auratus Comes & Dn. Albizati, Fontaneti & Fagnani.

XXII. 1. Johannes Maria Vicecomes Dn. Albizati, Fontaneti, Fagnani, Monticelli &c.
Justina Borromæa, Philippi Com. Arona fil.

XXIII. Ludovicus Vicecomes Alexander Vicecomes Jo. Hierony- Caspar Vicecomes Cæsar Vi- de Borromæis, de Borromæis, Proto. mus Viceco- Borromæus. comes. notarius. mes. Lucretia Raverta.

XXIV. Vitalianus Vice- Petrus Franciscus Fabius Vicecomes de Jo. Caspar Vi- Carolus Vicecomes comes. Vicecomes de Borromæis. Borromæis, Comes tecomes. Epifc. Abintimel. Borromæi. Albizati. C 1561. Cardinalis Constantia Trivulzia, 1565. + eod. Jo. Firmi Com. Meltii f. an. 13. Nov.

XXV. Hannibal Filiadora ux. Otto Vice- Vitalianus Pyrrhus Vicecomes Borro- Jo. Firmus Claudia, Anna, nup. Vice- Hieronymi- comes Bor- Vicco- mæus, Com. Albizati, Eq. Viccom. ux. Com. Alexand- ents; Se- com, de romæus. mes Bor- mæus, Com. Albizati. S. Jacobi, ux. 1. Hippo- Borrom. Marci dro Pa- nator Maisino. romæus, Clericus Camerz tonio, Com. Ca- gelica Perpe- Regius. Joh. Baptiste Marini f. fil. 2. Camilla, March. Antonii Arellini. ligata.

num eodemque anno violenta morte sublati, cuius alter alteri causa extitit. Sfortia à Gibellinis partium suarum dux creatus, cùm an. MCDI Ruperto Cæfari in Italiam ad bellum Joh. Galeacio Vicecomiti, Mediolani Duci inferendum profecto, sed apud Brixiam pulso, & Patavium se recipere coacto, ob viam honoris & praefidii causa ivisset cum copiis, à Florentinis Patavino principi ex fædere auxilio missis, iisque ferro at quo ære fulgentibus, & ad nutum rectoris sui intentis, ab illo existimationis ac benevolentiae tesseram tulisse perhibetur, videlicet Leonem, ipsum Palatinorum Comitum, ex quibus Rupertus Imp. ortus erat, digma, cum eo tamen discerniculo, ut auro tingetur, & falcata anteriore laeva pomu cydoniæ, quod Sfortia jatn antea in vexillis deferre solitus erat, sustineret, & dextram maci tueretur. (b) In bello deinde, quod Florentini cum Pisfanis geserunt, non alitis magis, quàm Sfortiae virtus atque opera erituit, & maxima fuit ejus gloria, cùm Perusinos, Pisfanis auxilio adventantes, apud Volaterram ex nec opinato invasisset & profligasset plurimis captis, id quod an. MCDV factum est. (c) Nicolao Atestino, Ferrariæ Marchioni postea militans Ottobonum Tertium, Parmensem tyrannum, illiusque hostem, ob privatam similitatem modo minus honesto interfecit, à Michaletto Attendolo, fratre suo adjutus anno MCDIX, Parmanique, Regium & S. Donnini oppidum, cùm XXXX amplius castellis in ditionem Atestini rededit, atque ab eo, missione impetrata Monticulo, Parmensis agri oppido, remuneratus est. (d) Romam inde accersitus Alexandro V Papæ, hujusque successori Johanni XXIII, à Regi Neapol. Ladislao, cui illi Ludovicum II Andium Ducem objecerant, in angustis redactis, operam suam commodavit, & pugnæ cum illo ad Lyrim die XXVI Majian. MCDX prosperè commissæ, maxima pars fuit, ejusq; opere præmium Cotignolam, patriam suam, à Johanne Papa accepit, cùm Comitis titulo. Gloriæ verò ipsius cùm invideret Paulus Ursinus, neque ab injuriis sibi temperaret, ad Ladislauum transiit, atque ab eo quatuor oppidis in Samnio donatus est, quibus deinde Johanna, postquam fratri Ladislao in regnum successisset, Beneventum, Manfredoniam, Barolum, Transinique urbes, & supra XX oppida adjectit. Johanna enim, libidinosa mulieri, in Veneris non fecus ac Martis arena virium roborisque vigorem probavit, inque ejus gratiam se penetravit; de qua tamen obtestationibus Pandulphi Alopi, primas apud illam partes tenentis, deturbatus est, usq; adeò, ut sub exitum anni MCDXIV in carcerem conjiceretur, atque ih eo quatuor menes detineretur, donec scilicet facta à proceribus quibusdam rebellione & Aquila ab eis occupata, Reginæ necessitas imponeret Sfortiam, in cuius fortitudine spes ejus sitæ erant, in pristinum locum restituendi. Honorificè itaque è custodia eductus & bello adversus rebellles gerendo præfectus est, eam tamen legem sibi ferri passus, ut obsides fidei suarum daret, & in pignus sinceræ cum Alopo reconciliationis fororem ejus connubio ubi jungeret. Debellatis fedotiosis Comestabilis regni Napulitanæ dignitate à Reginæ austus, sed magno non ita multo post malo maestus est. Postquam enim illa Jacobo Borbonio nupsisset, cumque Sfortia Reginæ salutare, instinctu Reginæ, que sola regnare, viro quo tanquam uimbra uti, in animum induxerat, detrectasset, per infidias, à Jacobo ejusque partes fecutis, struntas, una cum tribus liberis comprehensus & in vincula iterum conjectus est, acerbiora prioribus ac diuturniora: namque ad exquisitum postrema fortunæ ludibrium, revinctis à tergo manibus, sublimè suspensus, raptimque per vices sèpè dejectus, servi cuiusdam manu acerbissime tortus fuit, neque ultimum supplicium effugisset, nisi timore veteranorum militum, summo amore & studio Sfortiano nominis addictorum, Jacobus frenatus esset. Illorum etiam, nec non quorundam propinquorum ejus opera, maximè verò Margarita fororis, virili facinore perpulsus est Jacobus, ut liberiore & humaniore custodia Sfortiam haberet, donec versis rerum vicibus, & Jacobo à Reginæ in ordinem redacto, in libertatem pristinumque gratiæ & auctoritatis locum restitutus fuit. Ab ista deinde, an. MCDXVII, in gratiam Martini Pontificis Romanum cum exercitu missus ut eam ab impotenti Braccii dominatu liberaret, fortiter non minus ac prosperè rem gessi, Braccianosque profligavit, capto Nic. Piciano, clarissimo bellatore. Verum cùm Joh. Caracciolus partes, quas Alopus, Jacobo Borbonio capite plexus, apud Reginam habuerat, occupasset, Sfortiamque corrivalem dolis insidiisque clam peteret, nec illæ cautum hominem latenter, deferta Reginæ ad Martinum. Pontificem quillam, Reginæ majestatis decus impudicitia stuprisque dedecorantem, regno indignam pronunciaverat, idq; in Ludovicum III Andium Duce translulerat, an. MCDXXI transiit, huicq; operam suâ addixit, cùm contra Braccius Johanna partibus, magno ab illa stipendio conducedisset, se applicuisse. Ista in militia dum versabatur Sfortia Angelo Lavello, Taritalia vulgo dicto, fortissimo duci, veteri æmulo atque inimico, cùm quo tamen recenti affinitate se devinxerat, copiarum Pontificiarum tunc ductori, sed perfidæ & collusionis cum Braccio delato, supplici causa extitit.

M m m

Magna

(b) Ibid. cap. 18. (c) Scip. Annal. Hist. Flor. L. XVII. (d) Jovins C. XX. Corins Parte IV.

Magna capropter invidia laborans redditum in gratiam Johannæ quæsivit, & facile imperi petravit, ita uti solent amantium iræ amoris esse redintegratio. Maximam verò Reginæ operam exhibuit, cùm an. MCDXXIII Alphonsum Aragoniæ Regem, ab illa adoptatum, sed ad omnimodam potestatem festinatus grassantem, acie exuit, & regno excedere coegerit. Postremò ad Aquilam, ab obsidione Bracci, qui eam ex foedere cum Johanne Regina contracto in propriam ditionem ibat redactum, liberandam profectus, Aterni amnis undis haustus, fato suo perfunditus est. Recensebimus ultima tanti viri verbis Joh. Simonetæ: (e) “ ubi, inquit ille, ad Aterni hostium perverendum est: comperit hostes vadum ejus fluminis in aduersa ripa sudibus præfixis scaphaque submersa interrupisse, castellumque desuper ædificasse, & præsidio imposito transitu suos prohibere. Hac difficultate nihilo segnior Sfortia ad traiectum amnum factus, anteriores progredi jubet; quinque omnia primi insignibus vesti equis flumen ingrediuntur. Hos Franciscus & Michael Attendulus subsequuntur. Sfortia octavus additur, & non multo labore in ulteriore ripam traiiciunt. CCCC circiter equites eos fecuti sunt. Interim refluens in aduersum amnum maris unda, vento impulsu in tumescere; qua re percussi reliqui in ripa constiterunt. Imposuerat Bracchius Piscariæ municipio equites ad quadrigenitos & peditatum non parvum. In hos Franciscus cum iis qui transierant obviam factus, acerrime confligit, eosque tandem in fugam vertit, complures ex iis capit. Hac pugna alacrior factus Sfortia in fluminis fauces regresus voce manuque stantes in aduersa ripa ordines transire ac se subsequi jubet. At ubi eos cunctari segnesque stare videt: rursus ipse ut acrius cogeret transiundique timentium animis fiduciam præberet, amnum ingreditur, & qua profectus erat, infelicem maris undam repetit. Sed priusquam ad fluminis ripam perveniret: ad armigerum interfluctus periclitante flecit sublevaturus, ne mergeretur, & dum pereundi illi manum extendit, quo insidiebat equus posterioribus defertus pedibus labitur, moxque Sfortia ephippio excusus, ac thoracis reliquorumque armorum pondere pressus exstantibus undis obruitur. Equus seffore vacus ad littus enatavit. Ipse verò Sfortia juncis ferreis manicis graves manus sustulit, perinde aauxiliis implorans, cumque nemo se maris flutibus hoilibusque telis objice re auderet, fluctuum magnitudine obrutus anno ætatis quarto & quinquagesimo vita deferitur, qui diu potea ac multum conquistitus nusquam repertus est.” Antonius Francisca Rainerius virtutis fatique ejus memoriam hoc, quod sequitur, epigrammate postoris commendavit:

Belliger grave Martis opus dñm Sfortia tractat,
Sfortia magnanimum gloria prima Ducas,
fert & opem rapidis merito generosis ab undis
dum puro, ingensem liquit in annæ animam.
Hec memorant: at vera magis Polybyannia magni
facta ducis fame tradidit, atque obitum.
Scilicet undosum dñm sanguine tingit Aternum,
hasta atque armisq[ue] conspicundis equo,
commotum huius nomen, voluisse nitem
politis illum mergere vorticibus.
Ut fauna & rapti Heros innefatus honore
eternus tanto suhere Aternus eat.

Matrimonium Sfortia quadragesimo demum ætatis sua anno iniit, ducta Antonia Salimbenia, antiquissima Senensi stirpe fata, vidua Fr. Casulii Cortonæ reguli, qui conjuratione civium interfactus est; cum ea dotalia quatuor calella ei obvenire, Mons Jovis cum Monte Negro atque item Ripa & Balneo, Clusianis aquis propinquo, quibus Cochus Salimbenius, Antonia frater, Clusianum, vetustissimæ claritatis urbem, addidit. Illi primus partus vita constitutus, quo editus est BOSIUS, à quo Romani Sfortiæ profluxere. (f) Ad secundas cum Catella Alopa nuptias necessitate coactus, ceu dictum est, transiit, exque ea non toto vertente triennio tres liberos suscepit, quos immatura ætate mors abstulit. Postremò quinquagesimum annum agens ultimas sibi nuptias ambitiose admodum, ut Jovii verbis utar, (g) quæsivit, assiduis artibus, ac ingentibus armorum officiis, petita, duætaque Maria Martiana, Sueßani reguli filia, quæ in Campania & ad Fucinum lacum multis oppidis imperabat, & primò Ludovico II Andium

(e) Rer. gesl. Fr. Sforti, Lib. I.
(g) Cap. LXII.

(f) Jovius Cap. LX. Coriñi: Parte IV.

Andium Ducis desponsa eoque ante consummatum matrimonium mortuo, Comiti Celeni nupta fuerat, & post Sfortiam Franciso Ursino, Comiti Manuppelli, in manum convenit. Exulta Sfortiae natus est CAROLUS, qui sive tenuitate valetudinis gerendis rebus, tractandisque armis inhabilis, sive quod armorum gloriaeque militaris satis arbitraretur esse domi, genio suo obsecutus, studiis sacrarum literarum inde ab adolescentia atque in disciplinam monachorum Ordinis S. Augustini se tradidit, ubi *Gabrieli* nomine assumto facile princeps ejus ordinis evasit. Postea cum frater eius Franciscus Mediolanensis imperium ineptus esset, & per illud tempus Mediolanensis Ecclesia morte Nicolai Amidani vacaret, illo anniteute a Nicolo V Pontifice Rom. Archiepiscopus Mediolanensis declaratus est an. 1454, XI Kal. Jul. ut ita uno tempore penes eamdem familiam utraque potestas sacra patriter & civilis esset; huius equidem diuturna sed maximè concors; decepsit enim ille anno tertio sui Pontificatus, sepultusque est in Ecclesia Deiparae virginis Incoronatae; ad tumulum haec legitur inscriptio:

" MCCCCCLVII die XII Septemb. obiit B. Pater Gabriel de Cotignola, Archiepiscopus Mediolanensis Ord. Observantiae Fratrum Eremitarum S. Augustini ac frater germanus Ill. D.D. Francisci Sfortiae Ducis Mediolani. (b) „ Porro ex *Licia Tertiana*, nobilis fœmina, ex Martiano oppido orta, quam prima juventa adamavit & justæ uxoris loco coiuit, quamque tandem Ludovico Folianeo nuptiū locavit, longè præstantissima & fortunata prole est auctus; gnatae duae erant, quibus splendida & rationibus suis convenientia matrimonia conciliavit, filii quatuor, in quibus omnibus ex paterna disciplina tanta indoles bellicæ virtutis enituit, ut singuli propè absoluti Ducis nomen famamque sint consecuti; sed ex illis LEO & JOHANNES posteritate catuerunt; Posterior quod usque vitam prorogaverit incompertum habemus: apud Corium & Simonettam ultima ejus mentio, si recte advertemus, in narratione rerum an. 1450 gestarum occurrit, ubi fratri Franciscῳ, Mediolanum oppugnanti opere adhuc navasse memoratur. Leo, cui a fratre modo nominato in bello, quod pro Venetiis aduersus Philippum Duceum Mediolani geslit, tormentorum cura demandata fuit, in oppugnatione Caravaggi pila in dextro fœmore iecit, ex eo vulnere pauci post diebus an. 1440 mortuus est; (i) à reliquis duobus Ducum Mediolanensis principumque Pisaurensium nobilissima stirpes provenerunt, PETRUS, qui matre natus fuerit, non satis liquet ex Ughelli Italia sacra, neque alibi mentionem de eo reperi quivimus; ita vero se habent, quae illic leguntur: (k) „ Petrus a Cotignola, Magni Sfortiae filius, Francisci Insubrum Ducis & Gabriellis Mediolanensis Archiepiscopi frater germanus, Ordinis Minorum, ab Eugenio IV an. 1438, XIV Kal. Jul. eleitus, fatu funetus est an. 1442, de quo Ammiratus in arbore ejusdem familiae, & lib. obligationum ejusdem Eugenii IV. Eo Praesule conciliabulum Basiliense in demortuī Pauli locum quendam Laurentium Dominici filium de Rotella delegit Asculanum Episcopum, qui tanquam Pseudo-Episcopus & invasor habitus, exul à patria miserè obiit. „ Post Terzanam Sfortiae, Tamira quadam fœmina, venustate admirabiliter prædicta, & è Calle Umbriae oppido oriunda, in amorphis fuit, è qua ad aquas Pendulas in Hetruria suavissimi oris filiam, nomine *Honestinā* suscepit. (l)

FRANCISCUS, Sfortiae filius natu maximus, rerumque gestarum & imperii, quod consecutus est, magnitudine eminentissimus, Miniati in Hetruria primitus lucem aspergit, ex *Licia Tertiana* status. Simul ac ætas ejus militiae patiens fuit, stipendiis faciundis sese excusat, & genitorem, cumq; à Ladislao Rege Neapol. conductus esset, secutus, ab isto *Comes Tricarici* creatus, atque ab eo tempore, usque dum Mediolani Ducatum obtinuit; Comes Franciscus dictus est. Etatis sue anno decimo septimo uxorem primam apprimè nobilem & dotatam accepit, è qua fœmineæ prolixi pater factus, hanc matremque ab hujus amita veneno è medio sublatas, secundo conjugi anno, amisit. In Calabria, quo anno MCDXXI à Ludovico Andino, Reginæ Johanne filio adoptivo cum amplissimo præregis munere missus fuit, ducis militari partes primum obiit, atque insigne fortitudinis & prudentis clementiae documentum dedit, cum militibus, qui ab ipso ad hostes defecerant, & post pro speram pugnam iterum in suam potestatem maximam partem venerunt, parceret, licet à genitore, quem de illis consuluit, ad ultimum supplicium damnati fuissent. Post patris intericium consensu militari imperator salutatus, atque à Johanna Reginæ urbibus oppidisq; omnibus, quæ ille in regno Neapolitano teneruerat, tanquam natu maximus inter fratres

Mmm 2

fuos,

(h) *Jovins Cap. LXII, & ap. Ripamont. Dec. III. Lib. V. & Ughell. Ital. Sacre Tomo IV. pag. 380.*(i) *Simonetta Lib. V.* (k) *Tomo I. pag. 529, 530.* (l) *Jovins Cap. 59.*

suos, investitus jussusque est *Sfortia* cognomine cum fratribus suisque & ipsorum posteris perpetuò uti. Profigatis eodem adhuc anno Aragoniis, & urbe Neapolitana ejctis, victo-que apud Aquilam d. 2 Junii magno prælio, & occidio Braccio, prætereaque Conrado Trin-
cio, Fulginatum regulo, imperata facere coacto, maximam famam atque exstimationem adeptus est, ita ut quacunque bellum aliquod pararetur, expeditus fuerit. Philippo Mariæ
Duci Mediolanensi operam suam, fato quodam ductus, primum addixit, eo ipso anno, quo
Blanca Maria, Philippi filia, nata est, quæ post quinquennium, anno nempe MCDXXX, ad-
huc puella, ei desponsa, atque ipse cum omnibus liberis posterisque ab illo adoptatus, inque
familiam Vicecomitum adscitus est. Enituit anno sequenti Fr. *Sfortia* virtus bellica in me-
morabili pugna, qua nono Kal. Julias Venetam classem ingentem & maximo sumtu com-
paratam in Pado fudit ac delevit : *Cremagnola*, qui terrestri Venetorum militiae præerat,
ne clasi subisdio veniret, stratagemate detento ; quamobrem iste postea Venetis prodi-
tionis postulatus, & capite plexus est. Quiescente Veneto bello Franciscus armis in Picenum
transtulit, Philippo haud invito, neque, ut *Simonet* (m) verbis utar, *egre* ferente, *sia* *Engenii Ponti-*
ficatu *res Romane Ecclesiæ* *perturbarentur*, quod dum patria Venetus esset, Venetas partes sequebatur. Longè ve-
rò alium id bellum habuit eventum, ac Philippus putaverat, eum nempe, ut *Sfortia* illi sus-
pectus, & ipse eum suspiciens, autoritatemque, qua Nicolaus Picinninus apud illum polle-
bat, molestè ferens, cum Eugenio paciferetur, & novibelli, quod iste, Venetique & Flo-
rentini facto fœdere adversus Philippum parabant, duictum susciperet, *Vexilliferi Romane Ec-*
clesie, & *Marchionis Piceni* honore, plenoque in hanc provinciam jure à Pontifice auctus. Di-
vulsa illa societate & facta inter Philippum Florentinosque pace cum illo in gratiam utcum-
que redit, spe matrimonii cum Blanca consummandi ; delusus verò iterumque alienatus,
imperium Venetæ Florentinaque militiae adversus Philippum denud suscepit & gessit,
donec ille cumulatis cladibus, quas apud Soncinum & in Hetruscis an. MCDXL accepit,
per pulsus Franciscum nuptiis filiae sue sibi adjungere serio constituit, eidemque pacis cum
Venetis & Florentini facienda arbitrium detulit. Pace sanctita, nuptiis Cremonæ, quæ
dotis loco ipsi à socero tradita fuit, peractis, ad propria in Apulia bona, adversus Alphonsum
Regem, arma illic vi|ictoria
 circumferentem, tutanda, converso Francisco aliud in Picenis-
bellum ab Eugenio Papa illatum est, cuius autor & impulsor Philippus fuit, semper generū
suspectans, resque eius post Alphonsi Regis commoda ducens. Hujus belli, varia & atroc
fortuna aliquot annorum spatio gesti, incendium in eis, quibus exarsit, finibus haud se con-
tinuit, sed latius serpens Philippi quoque ditionem corripuit, quam Veneti ex veteri cum
Francisco fœdere invaserunt, magnaue ejus parte occupata ipsi metropoli incumbentes
in camillum adduxerunt necessitatem, ut enixaissimis precibus generum, sibi, ex quo de
Zerpellione, quem in locum Picinnini copiis suis præficere constituerat, perfidæ supplici-
um sumisit ; invisum & exosum, rogaret, Petro Puttera internuncio, ut relictis Venetorum
partibus ad se cum exercitu veniret, rebusque suis in supremum discrimen adductis, ruentis
que imperio succurseret. Fluuantem inter varia consilia Francicum, & hinc fidem Ve-
netis Florentinisque datam, isthinc discriminatione, in quibus socii fortuna versarentur, cum
principatu, quem seu jure successionis seu armis suum aliquando fore sperare posset, reputantem, ipsi denique Veneti, emeritas ei persolvere pecunias detrectando, Cremonamque
Blancæ, uxoris sue, dotem intercipere moliendo, perpulerunt, ut constitueret, derelicta
illorum societate socero opem ferre. Ergo eodem suosore, nec non conflanda, quia indi-
gebat, pecuniae, urbem Hæsum, quæ ex omni Piceno proximo bello sibi reliqua erat, Ro-
mano Pontifici XXXV aureorum millibus, à Rege Alfonso exsolutis, vendidit, iisque in-
ter milites distributis ad iter in Lombardiam se accinxit. Verum dum ob novas suspicione*s*
quas in Philippi animo adversus ipsum malevoli excitarunt, moras necit, & morbo ille op-
pressus & intra paucos dies afflatus est ; eo nuncio Cotonio, accepit maturavit iter,
jamque progressus in Parmensium fines, legatos Mediolanensis civitatis obvios habuit, qui
quam rempublicam, suamque libertatem, quam Philippi excessu recuperasse sibi videban-
tur, commendarent, rogarentque, ut in easdem gerendi belli conditiones, in quas fuerat à
socero evocatus, venire pergeret. Iis benigna responsione dimisissis, & Parmensibus in ami-
citia & autoritate Mediolanensium confirmatis, Cremonam cum exercitu progressus est,
ibidemq; operam suam Mediolanensibus ea lege addixit, ut si Brixiam cepisset, urbem eam
sibi haberet ; si postea Verona quoque potitus esset, hanc, illa dimissa obtineret. Ticinenses
deinde, quodlibet aliud, quam Mediolanensium imperium accipere paratos, in suam, nec-
quic-

(m) *Rer. gesl. Fr. Sfort. Lib. III.*

quicquam istis ringentibus, suscepit clientelam, *Comesne Papie* appellatus est, Derthonensisibus verò, sive quoque urbis imperium ipsi deferentibus, Prætorem dedit, ad placandos mediolanenſi animos, quorum rem publicam, non à Venetis tantum, sed Gallis etiam & Genuenisibus, Sabaudis que ac Eſtenſibus in maximas difficultates conjetam fide ſua & virute fervasse & reſtituſſe ab ipſo *Ripamontio*, Principibus patrio ſue haud alioquin ſatis æquo, prædicatur. Placentia expugnata & Venetorum clafie in Padi annis brachio incensa, terrestrique corundem exercitu apud Caravagium ad internectionem caſo, quæ victoriæ omnes in annum MCDXLVIII incidentur, cum Brixiam ſue potefati, ſi eam cepiſſet, ex paſto permittendam, invadere cupienti Mediolanenses aliud ex alio impedimentum obſicerent, aliasque offenditioſis anſas præberent, animo ab illis alienato, & ſpe adipiſcendi imperiū repleto, pacem cum Venetis iniit, armisque & pecunia ab illis inſtructus bellum Mediolanenibus intulit. Occipatis Berthona, Novaria, Viglevano, Laude Pompei & castelliſ plerisque, ipſam denique in metropolin obſidione cinxit, & nec quicquam hinc ſabaudo, iſthinc Veneti, qui magna nobilitate, à Sfortia partibus iterum diſceferant, eam liberare, conantibus, ed redegit, ut armis fameque & intestine discordia miferè afflitti cives extremæ neceſſitatem sponte a deditione prævenirent, & Franciscum in urbem recipere, die XXVI Febr. an. MCDL. In ſolemni deinde ingressu, ad diem VI Kal. Apr. annua feſtivitate, celebrem translato, magnum animi moderati ſpecimen dedit, quia ad ornato per urbis pri- moreſ & oblato curru quo triumphantis inſtar ſublimis veheretur, fastum eum apernat, & umbella quoque repudiata, parum cæteris cultu urbem ingreſſus eſt, & recto itinere ad maximum templum perrexit; Ibi ueste alba ferica ad pedes uſque effusa induitus, Ducalis dignitatis, ſummique imperii inſignia, atque à dilectis à ſingulis urbis portis five regionibus civibus ſacramentum accepit, eo omnium applauſu ac obſequio, quali, ut ha- bant verba *Ripamontii*, (a) juſto ac benemerenti Principi patere gratorum civium animos oportet: raroq; illus ante a poſte Dux tam effusa ſuſa Cleri Populi M. diolaeſiis experta in onni literarum communione me- moria reperiuntur. Itaque ex eo tempore pro civitatis jure & auctoritate ab cunctis nationibus, præterquam à Friderico III Rom. Imperatore, quod is mortuo ſine liberis maribus Philip- po Longobardæ Principatum ad Imperium rediſſe diceret, nec non à Carolo Francorum Rege, qui ad patreuelum ſuum Aurelianenum Duxem hæreditatem Philippi pertinere putabat, *Mediolanenſi Duxem* ſemper eſſe appellatum *Simonetta* (o) & *Corius*, (p) paſiſim conci- nentes, notarunt. Duxita ita potitus Franciscus quievit à militari quotidianoque labore; quod inde ab anno ætatis ſue duodecimo, quo à literarum disciplina à patre in militiam re- vocatus fuerat, nunquam ab eo factum eſſe *Simonetta* (q) memoriae prodidit. Omnis quoq; Italia à bellorum motibus & incommodis quievit; At brevis illa quies fuit: altero enim ab- hinc anno bellum cum Venetis recruduit, quod cum varia fortuna gereretur, totaq; per id Italia in partes abiret, opera negocios cuiusdam monachi, quem fratrem *Leone* vulgo appella- bant, pace d. VIII Id. Apr. an. MCDLIV promulgata, ſopitum eſt. Socii exinde amici- que auxilia Franciscus portavit, & Alphonſo Regi Neapolitanō ejusq; gnato Ferdinandō adverſus Andegavensē ſratrem *Alexandrum*, Regique Galliæ contra faſtiosos regni ſui filium *Galeacum* cum copiis ſubmiſt; Genuenes verò ſecum diſcordes ſuo adjunxit imperio, urbe eorum & arce, quam *Castelletta* vocant, medio anno MCDLXIV expugna- ta, & in verba ſua adacta, cùm ipſi per XXIV Oratores ex omni ordine civium Genuenium miſſos, ſceptrum, claves & cætera dominatus inſignia traiderentur. Sexto denique & decimo Principatus anno, cùm eum firmum, multisque muſimentiſ domi & foris ſtabilitum, haberet, ipſamque Mediolanensem arcem, magnum & nominis ſui & regni monumentū, perfeſiſet, & urbem ampliſſimo ſplendidiflamoque noſocomio ornaſſet, repentina morte, maximo populi dolore, ē medio ſublatuſ eſt, quintuſ & ſexageſiūmum ætatis anū agens. Erant ei præter vetutatem familiæ alia omnia abunde: ſpecies corporis ampla, formaque imperatoria, probitas, industria, facundia, militiæ magna scientia, animus bellī ingens conſtantis & uſque præſens, ut omnes diſcultates, omnia ſuperaret humana, domi temperans, libidinis voluptatumq; victor, tantummodo gloriæ ac imperii avidus; id tamen postquam indeptus eit, clementia, benignitate & iuſtitia moderari gñarus, ita ut maximum ſui deſiderium cunctis, quibus imperiaverat, reliquerit. Uxor eius *Blanca Maria* biennii tantum, & quod exedit, ſpatio marito ſuperstes fuit, nec ſine uſpicio veneni deceſſit, quæ in Galeatium filium allappa eſt. Fuit illa *Ripamontio* (r) referente, eximiæ religionis mulier, duoq; inclyta templa, D. Mariz Virginis Coronatæ alterum, alterum D. Agneti Martyrī poſuit: virilis animi eadem, & regendis populis apta, unde initia ſuſpicionum, & cum filio diſſidiū, inſidię demū in matrem Nnn ortæ

[n] *Lib. VI.* (o) *Lib. XXI.* (p) *Sub fin. Partis V.* (q) *Lib. XXII.* (r) *Lib. VI.*

ortæ creduntur. Facta illa est mater egregiæ sobolis: gnati sex erant, filiae duæ, juxta ordinem nativitatis in tabula locati, rectius & emendatius, ac ab genealogis haec tenus enumerati fuere, à quibus omnibus atque ab ipso etiam *Fr. Zazzara* ordo eorum turbatus, numerus autus diminutus, & genuinorum cum spuriis facta confusio est. Filiarum natu major *Hippolyta*, à patre, adhuc puella, Alphonso Aragonio, Ferdinandi filio, Alphonsi Regis Neapolitani nepoti anno 1455 desponsa, elapsa decennio ab eo penitus fuis inducta est; minorem *Elisabettam*, annum ætatis sextum & decimum agentem, frater *Galeatus Wilhelmus*, Montisferrati, Marchioni, jam quinque supra sexaginta annos nato, nuptiū locavit. Inter natos Francisci Ducus postremus *OCTAVIANUS*, ita fortè appellatus, quod octava Blancae proles esset, anno ætatis decimo octavo in trajectu Abdue equo ab impetu fluminis perverso, undis haustus est, Mediolano, ob conspirationem cum fratribus adversus Cecum Simonetam, præcipuum fratriæ regentis ministrum, initam detestamque, profugus. (s) *SFORTIÆ*, tertio genito, Alphonius Rex Neapolitanus Ducatum *Barii* in Apulia cœtulit, neptemque suam è filio Ferdinandi *Leonoram Aragoniam*, codem tempore quo Hippolyta Alphonso condicita fuit, despondit. Mortuo genitore à fratre *Galeatio* ipse & *Ludovicus*, quod inquieto essent ingenio, in Galliam relegati sunt; illo autem è vivis sublato Mediolanum reversi turbas fratricas cierunt, propter quas exilio iterum multati, Sfortiaque in Barensem Ducatum suum secedere jussus est. Impulsu deinde Ferdinandi Regis Neapolitanī arma in Liguriam intulit, vel Genuenses vel Mediolanenses Ducatum ex illa parte infestaturus, nisi morte, vel ex pinguedine, vel veneno orta, interceptus fuisse; uxore ante sexenium exciderat: namque *Leonora Aragonia*, ipsi olim desponsa, Herculii Eisteni in manum convenit. *PHILIPPUS MARIA*, secundus Francisci Ducus filius adhuc impuber sponsam accepit *Mariam Ludovici Ducus Sabaudiae & Annae de Cy* pro filiam, superveniente ætate, ad matrimonium habili nuptiis sibi adjungendam; in tabulis super his sponsalibus d. XIII Sept. an. 1454 factis, & à *Sam. Guichenonio* (n) editis, dos *scutorum centum milium anri ponderis* constituta est, & Franciscus recepit creare & decorare dictum *Philippum Mariam filium*, suum *de titulis Comitatus, civitatis & districtus Papie*, ac eidem affixare *civitatem & districtum Tortone cum iuribus & pertinentiis*, ita tamen ut ea omnia recognoscere teneatur in sendum à genitore *Duce Mediolanensi*, & post eius decepcionem à *Galeatio*, eius primogenito, cum creaturæ fuerit *Dux Mediolani*. Lapsus itaque est idem autor, in ipsa familie Sabaudicæ historia, ubi *Philippum Mariam Sfortiam, Francisci Ducus*, filium primogenitum appellat; neque quod ille vult, mors *Philippi* præmatura sponsalia illa distolvit; sed aliam interveniente oportet causam, ob quam *Maria Sabauda Ludovico Lüemburgico Comiti Sancti Paulian*, 1466 rupxit, relicto *Philippo Sfortia*, quem ætatem, per multos adhuc annos prorogasse ex *Corio* constat: tribus nempè fratribus, *Galeatio*, *Sfortia* & *Ottaviano* superstes mansit; Nec tamen se civilibus fluctibus, post *Galeati* cædem exortis, commisit, utpote quieti ingenii, minimeque promitus ac agilis quemadmodum modò dictus author literis prodidit. De reliquis tribus Francisci Ducus filiis legitimis deinceps singillatim dicetur.

Hoc loco *de nobis* ejus aliqua subjugenda sunt: hos complures habuit, ex diversis hau^d dubiè sc̄eminiis genitos; unius vero mentio tantum se offert apud *Corium*, *Columbine* vide-licet, qua natos fuisse ait *Sfortiam Illdum*, à quo *Comites de Burgonovo*, peculiari tabella enumerati, provenerunt, nec non *Drusianam*; hanc genitor an. 1447 Jano *Fregoso* sive *Fulgoſio*, *Genuensium Duci*, coque vertente anno mortuo despondit *Jacobo Picinnino*, *Nicolai*, cum quo perpetuam exerceruerat cœmulationem inimicitiamque, filio natu minori, virtute bellica patri haud inferiori, cùm is in bello Mediolanensi defectionem ad *Sfortiā*, unā cum fratre suo magiore *Francisco*, simulasset; larva autem mox ab eis deposita, longa nuptiis mora injecta est, nempè usque ad an. 1464, quo demum *Jacobus Picinninus*, perditis in regno Neapolitano rebus *Andegaveniis* quibus militarat, Regi Ferdinandi Aragonio se permettere periculoso ratus, ad Franciscum Ducem confugit, atque ab illo benignè exceptus nuptias cum *Drusiana* peragendi facultatem obtinuit; verum anno sequenti allectus a R. Ferdinandō lauto stipendio *Hippolytam*, Francisci filiam, *Alphonsi Aragonii*, qui Ferdinandi gnatus erat, sponsam Neapolim comitatus, at ibi, post prolixa benevolentia fucatae signa sibi data, in vincula jussu Regis conjectus, & vita privatus est: nec suspitione caruit. *Franciscus Dux* proditi Ferdinandō generi, quemadmodum *Jovins* memorat; sed tē fene-stra

[s] *Corius Parte VI.*[t] *Premes de l'Hist. Geneal. de la R.m. de Savoie* pag. 379.

stracareris delapsum interiisse rumor à regiis, Simoneta referente, dispersus fuit. Erant Francisco præter Drusianam duæ adhuc filiæ extra matrimonium genitæ, nempè Polyxæsa & Iffota; illam pater Sigismundo Malatestæ Domino Arimini in matrimonium dedit, quo acerrimo deinceps hoīe usus est, ita ut is conjugem, propterea quod Sfortiæ filia eis est, acerbissima morte necaret, vulgari tamen jūbens, pestifero morbo coruptam decepit. (u) Iffota mulier facta est ex viro Jo. Tolentino, nobili familia, quæ *Mairicia* primitus dicta fuit, oriundo, gloriisque militari & constanti erga sacerdum fide illustrata. E virili sexu liberos naturales Franciscus habuit post Sfortiam II^{um}, cuius jam mentio facta est. fietq; iterum inferius, TRISTANUM, POLIDORUM, JULIUM & LEONARDUM, quemadmodū *Corius* testatur. (w) TRISTANUS bellis quisque artibus imbutus, inter Senatores, quibus post Ducis Galeatii Mariæ, fratris sui, cædem cura reip. demandata fuit, locum promeruit; sed non ita multò post fatis concessit, Beatrice Esteñna vidua reliqua. (x) POLIDORUM in flore ætatis an. 1475, d. 30 Mart. vita funētum & Mediolani in æde Cathedrali B. Mariæ virginis sepultum esse Henninges tradit; [y] Franciscus Zazzara (z) verò scriptor Italus, Archiepiscopum Genuensem fuisse ait sub nomine *Johannis Marie*, quod fortassis, cùm Ecclesia iico vitæ generi se addixisset, suscepit; & recentetur in catalogo Archiepiscoporum Genuæ *Johannes Maria Sfortia*, Paulo de Campo Fregoso an. 1498 successor datus, atque an. 1513 vitæ & sacræ dignitatis munere perfundus. De Julio & Leonardo præter nomina nihil in Annalibus repertum mihi est; posterioris emortualem, in Tabula notatum, Henningesio, jam allegato, debemus.

De GALEATII MARIAE Sfortiæ Vicecomitis Francisci Ducis filii primogeniti nativitate ita Jo. Simoneta. (a) "Dum exente an. MCDXLIII Franc. Sfortia copiis suis in hyberna deduci curat, jussit uxorem Blancam, quam sciebat jam esse partui proxinam, Firmum profici. Eacum in magnificis Girfalci arcis ædibus resediisset, optatum puerperii diem expectabat, ediditque non multò post expectatum parentibus puerum: at XIX Kal. Febr. quo die Franciscus ipse Floramontem, cui unius corporis curam committebat, ad uxorem salutandam miserat: redeunte igitur cum hoc optatissimo nuncio Floramonte, & quidem noctu, Franciscus cum visendæ conjugis, tum etiam communicandæ coniunctæ latitiae gratia, Firmum & ipse laetus concessit: præfertim quod injecta sibi jam spes de potiundo uxoris causa Philippi saceri patrimonio suscepta ex sententia prole aucta videbatur: ob eamque causam cùm itauissent parentes ex avi voluntate infanti nomen imponi, quod & majori benevolientia principem sibi reconciliarent, & illi impostorum puerum diligendi initium præberent: mittit Mediolanum ad Philippum Galpar, Pisaurensis medicus, qui eum rögaret, ut quod vellet nepoti nuper nato nomen decerneret; quod cum intellexisset Philippus, latrare plorandum respondit pueru sua jamingravescente ætate nato, & placere sibi dixit, ut nepoti Galeatio nomen esset, quodejus avo prius fuerat. Itaque cum hoc responso Gaspar ad Franciscum reverfo, Galeatio nomen pueru inditum est: duobus pro more cognominibus additis, *Maria Sfortia*, altero à materno, altero à paterno avo acceptis. " Eugenium Pontificem, cum Fr. Sfortiæ filium natum esse inaudivisset, dixisse ferunt eximplacabili, quo illum persequebatur, odio, alterum ejus Luciferum sua tempestate exortum. Postquam Mediolensi imperio potitus esset pater, filium Galeacium *Papiensem Comitem* nominavit; viginti postea annos natum cum copiis auxiliariis in Galliam ad R. Ludovicum XI, intertino bello affidatum misit, ut disciplinam militarem, ipso vivente, disceret, armis assuereret, & militum quoque gratiam autoritatemque bello gerendo sibi compararet, ut Simoneta iterum verbis utar. (b) Ab illa expeditione priusquam ad penates reverfus esset Galeacius, patrem mors occupavit, quam ubi ex matris Blancæ literis cognovit, demandata Jo. Palavicino exercitus cura, ipse mutatis vestibus cùm perpaucis domesticis & mercatore quadam itineris duce, Italiam repetiit, nec levi discriminis, quod ab incondita a-grestium turba Novalesii, oppido in Taurinensisibus ad montis radices sito, ei intentatum fuit, ereptus, ad XIII Kal. Apr. Mediolanum rediit, & summo honore ac laetitia à cunctis exceptus, ducatus dignitatem, & principatus, quem pacatissimum ubique pater reliquerat, gubernacula suscepit; sed nequitquam pari virtute prudentiaque rexit, nec paternis vestigiis institit, quamquam, teste *Ripamontio*, (c) multæ regiæ artes ei erant: *studia literarum, liberalitas in*

Nnn 2

(u) Simoneta sub fin. Lib. XX.

(w) Parte VI.

(x) Corius ibid.

(y) Op. Geneal. Reg. I, Mon. IV. p. 1455.

(z) De Na Nob. d' Ital. nella fam. Sforza.

(a) Sub fin. Lib. VI.

(b) Lib. nth.

(c) Lib. VI.

*Quem non mille acies, quem non potnre phalanges
steinerne, privati Galeas Dnx Sfortia dextra
concidit; atque illum minime jure vere cadentem
adstantes famuli, nec opes nec regna, nec urbes:
Hinc patet, humanius que sit fiducia rebus;
& patet hinc, sevo tutum nibil ejc Tyrauno. (g)*

Secundum supra tricesimum ætatis annum nondum expleverat Galeatus Maria Sfortia, Mediolani Dux, cum letho illo malo eniortuus est. Uxores duas habuit: de priore Mantuanæ Historiæ Scriptores audiendi sunt, quoniam Mediolanenses vix ejus mentionem fecerunt; "Anton. Possevinus *hec refert: (i) Anno 1451 Franciso Sfortiae Mediolani Duci Ludovicum Gonzagam Marchionem Mantuae necessitudine sibi adjungendi, ne Venetorum partibus accederet, occasionem querenti, ea in promptu erat, si Galeacio natorum suorum maximo, Susannam, Ludovici filiam, matrimonio junxisset; neque tamen transactum negotium, puella in irma, aequetiam, quod Scipio Agnellus Masseus (k) band dissimulavit, leniter gibbera, & monastico obid instituto mancipata. Sed in ejus locum Dorothea soror delecta, natu minor, & formæ elegantiæ, morumque compositione foeminales virtutes antegressa. Hanc Galeacius, ubi post excessum genitoris è Gallia ad suos rediit, certamque imperii ab illo relieti possestionem vidit, misit Mantuanum fidissimis, speciatissimisque procerum, Mediolanum deduci curavit, nuptiisque maxima magnificentia celebratis sibi sociavit; & ut plerumque affinitatum amicitiarumque initia magno impetu & effusa charitate cæptantur, extrema languescunt; sic in Ludovicum Galeacius immensa contulit: nem omnia pro ejus arbitrio componi voluit, & edicto quoque ac missis ad ipsum literistotius dominii sui universalem gubernatorem eum declaravit, quarum exemplum apud Possevinum occurrit, scriptarum Papiae nona Martii anno 1468. Attamen eo ipso adhuc anno Galeacius, insinatore quodam Jo. Alborano, qui surrilitate & lenocinio in gratiam Principis irreperferat, & Mantuanum, officiis sui generum commonefacere, & si quæ se indigna patrasset reprehendere solitus, oderat, talcmque magistrum procul habere cupiebat, tædere socii uxoris copit, atque ad divortium cum ista novasque nuptias animum intedit, ita ut scriptis ad Pontificem Rom. literis conquereretur, Dorotheam sterilem, animo commotorem, sibi à patre nulla sua voluntate datam, ipso nomine exosam se habere. Cremonam postea a legata per medium, pecunia & promissis corruptum, in boletorum cibo, quo illa delectabatur, venenum propinavit, quo contabuit & extincta est.*

Simulavit equidem Galeacius vultu tristitiam, & nuncio de uxoris morbo accepto Mediolano Cremonam advolavit, sed præcipitatis cum Bona Sabanda nuptiis, quam formæ venustate morumque elegantiæ commendatani, Dorothea adhuc vivente, usus pronubò, fratre Tristrano, ad Regem Gallia: Ludovicum XI Bonæ sororium, eum in finem alegato, ambierat, sibique in altero Ambasiam d.g. Maij an. 1468 condicam in matrimonium ducere stipulatus erat, (l) crimen tantum non ipse prodigit, quod Ludovicus Marchio Mantuae prudenti dissimulatione tegere, genericque conscientiam literis privatis, quasi aculeis, pungere, quæm propalare & ad publicam querimoniam progredi maluit. Bona Sabanda marito superites mansit; sed vidua facta ita se gessit, ut imprudentia impudicitiaque probro notata sit bordatissime historiarum scriptori Guicciardino: genio illi suo indulgebat, & voluptates inaniaque aulicæ vita delectamenta curis & laboribus, quos filii tutela & Principatus regimen exigebant, antehabebat, & denique exilium gratiosissimi, Antonii Tallini, sordidi hominis, aed. moleste cerebat, ut tutela publicæ abdicata regimen metropolimque reliquerit, quo ipso flammæ ambitionis, qua Ludovicus Sfortia, affinis ejus, animus jam ardebat, oleum adjectit, nec Lombardia tantum sed omni Italia illadē malorum attraxit. Facta caeterum fuit mater quatuor liberorum, marium duorum, totidemque foeminarum. Illorum natu major in Ducatum successit; minor HERMÈS nominatus, post fratris obitum nullo aut exiguo loco à patruo Ludovico habitus, cum eodem tempore ac fortunæ cedente in Germaniam an 1499 se proripuit, iterumque, adfulgence fortunæ natu hilariore, in Italiam cum illo radiit; mox verò cum fors omniorum retrò egisset, a Venetis una cum Ascanio Cardinale, patruo suo, captus, Gallisque traditus, & ab horum Rege Ludovico XII sorori sue, Maximiliani Imp. uxori, redditus est. (m) Ab isto deinde, anno 1502 legatus in Italiam unā cum Brixineni preposito missus fuit, qui cum Pontifice aliisque Principibus & civitatibus plerisque; de transitu in Italiam ad suscipiendā coronamagerent.

Ooo

Liberos

(g) *Corius Part. VII. Ripav.ont. Lib. VI. Gratian. de Cæsillostr. J. r. Jovins Elog. Lib. III. (i) Gouzage Lib. VI. p. 590. & seqq. (k) Annal. di Mantova Lib. XI. cap. 3. (l) Guicciard. Hist. de la mais de Sav.*

(m) *Bellar. ver. Gall. L. VIII. §. 25. (n) Guicciard. Hist. It. Lib. V. Scip. Ammir. Hist. Flor. Part. II. L. 27.*

Liberos quoque naturales utriusque sexus Dux Galeatus Maria Sfortia è concubinio sustulit, in Tabula enumeratos: è sequori sexu *Catharina* inclaruit, virilis animi feminâ, quæ à patruo, Ludovico, Sextum IV Pontificem sibi fratrique Ascanio devincire gestiente, ejus ex forore nepoti Hieronymo Riaro, Fori Livii & Imolæ Domino, nuptiæ data, post mariti cædem, à Ludovico l'anfecco an. 1488 patratam, civibus Foroliviensibus rebellionem eodem tempore facientibus, magna constantia filio Octaviano paternum principatum vindicavit, deindeque Jo. Medicæo nupta, ejusque morte secundum inviditatem conjecta, arcem Foroliviensem aduersus Cæsarem Borgiam, Alexandri VI Papæ filium, pari virtute propugnavit; at majore vi oppressâ & vieta, in eunte anno seculari Romam tanquam in triumphum ducta, & in mole Adriani custodiæ mandata fuit; unde aliquando post Iovis Alegrii, duotoris Gallicarum copiarum, precibus educta, Florentiæ confenuit. (o) Inter filios naturales Ducis Galeatii Mariae *Carolum* primo loco nominatæ satis habuit *Cotios*, neque amplius mentionem ejus fecit; ALEXANDER juvenis robusti egregique animi elogio ab eodem ornatus, nec non GALEATUS, quem *Comitem Melipisive de Melso* vocat, Ludovico Ducia cubiculis, & fugæ ejus confortes fuisse memorantur; priori uxori Barbianæ gentis *Zazzara* tribuit, & fortassis pater is fuit *Camille Sfortie*, Julio Malvetio, Bononiensi patrio nuptæ; eam enim *nepten Duci* Jo. *Galeacii Crescentius* in *Corona Nobilit. Italie* appellat. (p) OCTAVIANUS ab Alexandro VI Papa Laudensi Ecclesiæ præfæctus est anno 1497, quam varia administravit fortuna: cum enim Ludovicus XII Rex Galliæ Mediolanum occupasset, Laude Pompeja excessit anno 1501, & demum an. 1512, postquam Galli Mediolano facesse coacti essent, & Maximilianus Sfortia haud nulla illius opera ejus imperium recuperasset, illuc rediit. Vix autem triennio elapsò cum Mediolanum denuò in Gallorum potestatem devenisset solum iterum vertit, abjectaque spe rediendi Laudensem cum Aretina Ecclesia exente anno 1519 commutavit, eamque sedem tenuit usque ad an. 1525, quo exactis rursus Gallis pristinæ sedi restitutus est; sed cum Duci Francisco II venisset in suspicionem parum sincerae fidei, exilium voluntarium subiit, iterumque revocatus tandem variantis fortunæ pertæsus privatam vitam Mediolani exegit. (q)

Galeatii Mariae Ducis Mediolanensis necem ubi comperit Sixtus IV Pontifex, dixisse fertur ore fatidico: *Hodie pax Italiæ mortua est*. A Mediolanensisbus eodem adhuc die, quo ille vitam amisit, JOHANNES GALEACIUS Princeps proclamatus, & postquam exequiae fatus amplæ, magna quo omnium ordinum frequentia cohonestatæ, defuncto factæ sunt, tutela novi Principis, Octavium demum etatis annum agentis, imperiis; administratio matris eius *Bone Sabande* delata, eidemque additus est Generalis Secretarii titulo *Cecus Simoneta*, spectata vir industria ac fidei, qui Galeatio etiam & Franciscu Sfortiis ab epistolis fuerat. Duo præterea Senatus constituti sunt, quorum unus de rebus forensibus & civilibus decerneret, alter, ne quid res publica imperiumque detrimenti caperet, provideret; atque huic patrui Principis, videlicet *Sfortia* & *Ludovicus*, præsides dati sunt, postquam cognita cædere fratris, à quo in Galliam relegati fuerant, reduces facti essent. Quoniam verò Simoneta autoritate prævalebat, atque ex ipsius arbitrio cuncta gerebantur, adeò molesti id illi tulerunt, ut collatis cum fratribus Ascanio & Octaviano, nec non Roberto Sanseverino, amitino, confiliis res novas molirentur, quibus Ludovicus Mantuae Marchio, opportunè Mediolanum tunc delatus, sequester arbitreque concordia intercessit; itaque cum sequenti anno, qui seculi septimus supra septuagesimum era, Genuæ à Fliscane factionis hominibus sedicio concitata esset, illorum opera eximia in ea opprimenda rebellibusque coercendis existit; at paulò postiterum aliiquid monstri alere comperti, exilio multati sunt. Itadum absentes Joh. Galeacius solemni ceremonia in maximo templo coronatus, sceptroque Ducali insignitus est die XXIV Apr. anni MCDLXXXIX, eaque in celebritate multos è Mediolanensi nobilitate Equites creavit. Magna deinde in urbe ex tranquillo moles discordiarum exorta est, cum suasore Simoneta, Guelphicarum partium fauatore, arcis præfæctus *Longianana*, quem Franciscus Sfortia muneri illi admoverat, exturbatus, aliquique custodia arcis demandata esset, prætereaque Florentinis adversus Pontificem & Regem Neapolitanum Ferdinandum auxilia mitterentur; hic enim distrahit Mediolanensem rebus non tantum Prosperum Adornum, Genuensem, ad rebellionem perpulit, sed etiam Sfortias & Sanseverinum exules armis virisque instruxit, quibus bellum in Liguriam ipsamque Mediolanensem diœcesin inferrent; eo ardente cum Sfortia è morbo decessisset, Ludovicus ejusfrater

[o] *Gnicciard. Lib. IV. Belcar. Lib. VIII. f. 20.*
[q] *Ughellus Ital. Sacre Tomo IV. p. 930.*

(p) *Part. I. Narrat. XXII. cap. 2.*

frater opera Gibellinorum & Antonii Tassini, qui Bonae Duciisse gratia florebat, nec genere nec forma bonus, sed versutus ac mollis, odioque adversus Simonetam accensus, cum illa & Duce reconciliatus, clamque in arcem Mediolanensem receptus est; ex quo tempore magna rerum mutatio facta, & Ludovico, imperio imminentem, cuncta plana & proclivia fuerunt. Gibellinis ad seditionem concitatis Simoneta in vincula conjectus, atq; unà cum fratre suo Johanne Simoneta, scriptore Sfortiadum, Papiam abductus, ubi seva aliquandiu custodia habitus, & falsis criminibus circumventus, ad extrellum d. 30 Oct. an. 1480 medio in foro capite truncatus est; veneranda canitie fenex utpote septuagenarius, qui, Ripa montio teite, sancle atque innocentem vixerat, cuius plurima & gravissima merita in urbem principatumque extabant. Hoc paſto cum Ludoviens hominem sibi invistum, tuisque consiliis obſtiturum e medio fustulisset, & paulo post matrem Principis exilio Tassini, quo illa, ceu supra dictum fuit, intimè utebatur, ita irritasset, ut plena indignationis tutelam filii publicè abdicaret, urbeq; excederet, ipſe nepotis tutelam, & principatus regimen ſuſcepit, ita tamen ut aliqua ex parte & aliquandiu in ejus societatem venire pateretur Jo. Franc. Palavicinum & Philippum Eustachium, ephoros Principis, id quod Trimmviratus ſpeciem præbuſſe Corina ait. Educatio vero Principis pueri ita fiebat, eaque ſub disciplina, ut ſuo magis ingenio, quod tamen imbecille ac hebetis natura acceperat, aetatalaque ad ludicra, voluptates & luxum pronæ, relinqueretur, quān literarum aut armorum ſtudiis moribusque & artibus Princeps dignis imbuferetur; cuius pravae institutionis ratio jam tunc haud obscuris gliscens indiciis apertior facta eſt, poſtquam penitus animum Ludovicus nudavit, & ipsam hanc adolescentis inertiam ſocordiamque retinendi imperii cauſam uisquedum illius eſſet confirmator aetas animusque, ne regentis inciftia detrimentum reſp. pateretur, ambitioni ſue prætendit. Ea vero ante quam ſe proferret, bellum à Ludovico cum Venetis in gratiam Herculis Marchionis Ferrarie ſuceptum, ſed præcoci pace, magna iſtius ſociorumque cum offenſione, finitum eſt, Helvetii & Valesii, bello Inſubres vexare auſi, prælio vieti, & ſuis ſe contineare fedibus coaſti ſunt, prætereaque Genua, discordiis civilibus feſſa, ad certam confeſſionem pacata eſt imperii, cui ampliſſima ſexdecim ciuium legatione Mediolanum miſſa, oblatisque Duci Jo. Galeacio ſceptro, vexillo S. Georgii, clavibus urbis & iugillo, ſe permifit, præſidemque Vicarii ſfortianum titulo accepit in decennium, Augustinum Adornum: in ipſa denique Lombardia metropoliques cuncta tranquilla florentiſſimaque fuerunt. Matrimonium etiam, inter Jo. Galeacium & Isabellam Aragoniam dudum paſtum, conſummatum eſt; hujius initio magicis artibus effeſtum eſſe Corius omnesque ſcriptores referunt, ut ille per multos menses impoſtuerit ad conjugii arcana peragenda, cuius criminis autorem Ludovicum tota Italia creditum fuiffe Guicciardinus memorie prodidit; Isabella quippe conſpecta ſubitò ſic iſte exarſit, ut ſibi eam conjugetuſi concupierit, & annuiffet Ferdinandus Rex Neapol, virginis avus, niſi Alphonſus pater reſtituſet. Quare hac ſpe exclusus Ludovicus facino quidem Joh. Galeacium laxavit, aliamque uxorem duxit, verū cum ex ea liberos fuſcepifet, omnes ſuas cogitationes eō convertit, ut in ſe eosque Mediolanensis imperii jura transferret, cuius vis & robur jam tum penes ipſum erat, ſola Ducalis nominis gloria Jo. Galeacio reliqua; nimirū arces, milites, terarium, omniaque principatus instrumenta paulatim in ſuam potestatem redregerat, & præfectos artium veteres cum novis ſibi obnoxios commutaverat: itaque nulla deponende administrationis & potestatis nepoti reſtituendæ mentio, quin adultum jam Principem uisque adeo neglexit, ut cultum ac viētum necessarium ille defideret. Quam indignitatem minimè ferens Isabella, mulier ingentis aniimi & regii ſpiritus, prætereaque æmulatione erga Beaticem, Ludovici conjuget, ſplendiflmo cultu habitā, incensa & denique rumore natum iſti filium Papias Comitem deſignari, ut inde propinquo gradu ad imperium efferetur, perculfa, per literas crebras fidumque internuncium patrem avumque de omnibus rebus edocuit, & enixè oravit, fraude impia circumuentis opprefſiſque ut ſuccurrent, neque ſuam, mariti, liberorumque vitam in manu tyrañi diutius ſitam eſſe paſerentur. Hæc in animum Alphonſi altius deſcenderunt, quam Ferdinandi, jam aetate defeccti, & difficultates ac pericula pro ea, qua pollebat, prudentia prævidenter; quare conſtitutum verbis prius animum Ludovicus experiri, atque oratores Mediolanum mittere; eis cum ite verba reddidifet, & falſa ſpe laſtatos dimiſifet, bellum Alphonſo inſigante Ferdinandus ostentavit & parare coepit; cui reprimendo Ludoviſus fatale illud & funefum ſibi familiæque ſue & omni Italiæ cepit conſilium Gallica accerſendi arma. Neque interea, metu & ambitione amens, a novo ſibi temperavit flagitio: venenum enim Jo. Galeacio propinari curavit, idque lentum ac temperatum, ut ſenſum veluti moſtro ac tabe

rumque epistola 597 : " Mediolano scribitur, Austriacos, quod ipsi cum Rege Poloniae erat controversum, de eo transegisse, datis ei redditibus ex regno Neapolitano, Castello maris, quod dicitur, & Rupe Guilielma, qui superent CCCL licutatorum millia.

BLANCA MARIA, Ducus Galeacii Mariæ Sfortiae filia natu major, nondum biennis desponsa fuit Philiberto I Duci Sabaudiae, tunc novenni, an. MCDLXXIV, die 2 Januar. quæ sponsalia cum in arcis Mediolanensis aula superiore celebrarentur, ferrum, quo concameratio astringebatur, forte ruptum, Ducem & Oratores Sabaudos atque alios, qui praesentes erant, tanto metu, ne ruerent fornices, implevit, ut magna festinatione inde se procriperent, & in cavædium devolarent, ubi reliqua solemnia peracta sunt, quemadmodum, Corius refert. (5) Omen id fortassis fuit interruptæ postea præmatura sponsa morte consummatiōis istarum nuptiarum. Neque minus successu caruere secundâ Blanca sponsalia cum Johanne Matthia Corvino, Matthiae Regis Hungariae filio, an. MCDXXXCV coepit, & post biennium solemni ritu facta, proxeneta Episcopo Varadinensi. Nimirum excelsiori thalamo destinata erat Blanca, videlicet Maximiliani Imperatoris Augusti, cui à patruo Ludovico, cum dote CCCC aureorum præter ornamenta, quæ ad XLM æstimabantur, nuptiæ locata fuit. " Non probabantur illæ nuptiæ, verba refero Gerardi de Roo, (2) plerisque Germaniae principibus, quod Sfortiarum ac Vicecomitum familia Austriacæ veteri & tot majorum imaginibus avæcæ proficiēt impar esset, videreturque Cæsar dote magis quam genere adductus eam affinitatem inire. " At enim verò si fas est ex eventu facta notare, hæc ipsæ nuptiæ, sicuti Sfortianæ familiæ prima specie laetæ & honorificæ fuerunt, ita ad ejusdem exitium haud leve monumentum attulere: illis enim, & in primis dote luculentâ à Ludovico oblatâ & persoluta, perpulsus esse videtur Maximilianus Imp. ut illi & posteris ipsius amplissimo diplomate Ducatum Mediolanensem, in damnum affinis Johannis Galeacii ejusque liberorum, contulerit; quo impetrato Ludovicus, nihil amplius penſi ac moderati habens, mala sibi domique suæ attraxit, ut Cæsias nubes. Ufa ceterum est Blanca sterili cum Maximiliano conjugio, cujus necisque ejus causam immoderatum cochlearium esum, & corruptum ex eo stomachum fuisse tradunt. Decessit Oeniponti decimo & octavo conjugij sui anno, & sepulta fuit in monasterio Stamb. Falsus itaque est Pontius Henterni, qui biennio tantum in matrimonio Maximiliani illam vixisse, atque inter venandum, sicut Maria Burgunda, prior Cæsar's uxor, equo delapfam, paulò post e casu cum fœtu, quem utero gerebat, periisse refert. (3)

LUDOVICUS Sfortia, quartus Francisci Ducus Mediolanensis filius, sicuti virtutibus nonnullis eluxit, ita vitiis obrutus fuit, & fato cupienti perdere Sfortianam domum imperiumque Mediolanense, sufficiens. Ambitus in primis, qua falsi fieri mortales solent, & regnandi dira cupido eum vexabante, præcipitemque animum ad omne nefas impellebant. Post fratri sui natu maximi excessum à tutela filii ejus initio depulsus, & Pisas relegatus, postquam rediit, atque à Bona Duccissa in arcem Mediolanensem receptus est, eam brevi autoritatem obtinuit, ut adversarios, Cecumque præfertim Simonetam capitis damnatum, è medio tolleret, Duccissam tutela sc̄ abdicare, atque ab urbe abire adigeret, illam ipse suscipiter, & cuncta suo arbitrio ageret. Ita cum ad insitam ei libidinem dominandi usus & consuetudo accessisset, id primù agitavit, ut se in nepotis, etiam adulti, tutela tutum conservaret, & Regi Neapolitano ejusque filio, Duci Calabriae, Jo. Galeacii propinqui sui partes suscepturnentibus, aliud negocium faceret, domesticoque eos illigaret bello; quem infinē Carolum Galliæ Regem literis, & missō oratore Belgiojosi Comite, excitavit. Hunc assiduis stimulis ad expeditionem in Italianum suscipiendam perpulsum, & magno cum exercitu superatis Alpibus ad fines Mediolanensis principatus delatum, ut magis sibi conciliaret, munus quod gratissimum juveni fore cognoverat, misit, videlicet matronas aliquot forma præstantes, quas stupro a Rege cognitas esse maximo illustrium domorum dehonestamento, Corius & Ripamontins haud dissimularunt. Præterea, ut hominum confilia cupiditatesque gradatim ascendunt, altiora spectans bellum Gallico-Neapolitani occasione Mediolanensis imperii jus omne in se transferre cogitavit, utq; flagitiū aliquo juris colore adorneret, & suas res majoribus munimentis in omnes eventus stabiliret, Maximiliani Imperatoris affinitatem quefavit, oblata ei in uxorem cum dote summa Blanca Maria, Jo. Galeacii, de cuius corio ludebatur, sorore, & missō legato, Erasmo Brascha, qui Maximiliano persuaderet, Ludovicum fratri Galeacio Mariæ jure præferri debuisse, quod etsi natu minor tamē ex patre jam Duce, non privato, sicut iste, esset natus, porrò nec fratrem nec ejus filiū in Ducū numero habendos esse, quia devolutā Philippī Mariæ Vicecomitis morte ad Rom. Imp. ditionē sine autoritate &

l'pp

inve-

[y] Hist. Mediol. Parte VI. [z] Hist. Anstr. Lib. XI. p. 392. (a) Rer. Anstr. Lib. V. cap. 2.

investitura Cæsarea usurpassent, se verò, impetrato Maximiliani assensu & diplomate, legi-
timè impetraturum. Quamvis verò his ipsis argumentis Ludovicus Sfortia omne fami-
liae suæ jus in Ducatum Mediolanensem iret destructum, quippe quem Franciscus, ejus
pater, armis sibi vindicaverat, spreta Friderici Imp. quo Maximilianus natus est, communione-
factioне , attamen tanta vis erat dotis, quam Ludovicus Maximiliano representavit, ut
hic non tantum promitteret, se Ludovico Mediolanense imperium, ejus filius & reliquæ
stirpi, quasi à Philippi Mariæ obitu principatus ille legitimo Duce caruisset, autoritate im-
peratoria concessurum, sed etiam, univerfa pecunia summa persoluta, ejus rei diploma-
amplissimum traderet, Antverpiæ die 5 Septembr. ann. M CCCC XCIV scriptum, cuius
exemplum *Corpus Historiarum* suæ inseruit. In eo multis laudibus extolluntur Ludovicus Sfor-
tia, ejusque progenitores, approbatur prima Ducatus Mediolanensis institutio, facta ab
Imp. Wenceslao in gratiam Jo. Galeacii Vicecomitis , renunciantur ille ejusdescen-
dentes “legitimi S. Rom. Imperii Principes, Dukes Mediolani & Lombardie, Comites
Papie & Anglierie, & denique facultas iisdem conceditur *arma sua infigia regalia*, videlicet
“ aquilam nigrum in campo aureo, in forma, qua ipsa arma Serenissimi Reges deferre con-
sueverunt, aut per quarteria in suis armis deferendi aut protandi.“ Aliud præterea pri-
vilegium a Cælare datum fuisse Ludovico *foris* refert, quo filii etiam ejus *nobis*, ubi legi-
timi defecerint, successionis in Ducatum capaces declarati sunt; verum quoniam id eun-
dem quidem diem & annum, sed alium locum, nempe Mechliniam, denotat, dubice est fi-
dei. Accessio tamen tabula protestationis instar, qua Imperator facti sui rationem dare vi-
detur, cuius exemplum sequitur: “ Maximianus Dei favente clementia Romanorum.
Rex semper Augustus, ac Ungariae Dalmatiae, Croatiae &c. Rex, Archidux Austrie, Duke
Burgundie, Britanniae, Lotharingiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Limburgiae,
Lucemburgiae & Geldriae, Comes Flandrie, Habsburgi, Tirolis &c. Cum Ill. Dominus
Ludovicus Maria Sfortia Vicecomes, qui multos annos Ducatum Mediolani summa cum
laude & gloria gubernavit & administravit, saepius & cum magnâ instantia à Serenissimo
genitore nostro, & à nobis humillimis precibus requisiuerit, ut privilegium hujusmodi
Ducatus Mediolani & Lombardie & Comitatus Papie Johanni Galeaz ejus nepoti conce-
dere vellentus, tamen pluribus justis rationibus & causis, (decisæ videntur verba, repul-
santularit) eo maxime quod præfatus Johannes Galeaz ipsum Ducatum & Comitatum,
à populo Mediolancensi recognovit, quod quidam fuit in maximum Imperii præjudicium.
Et quia est de consuetudine facri Romani imperii, neminem unquam investire de aliquo
statu sibi subiecto, si eum de facto sibi usurpavit, vel ab alio recognovit: genitor noster
perpetuæ memorie Imperator Serenissimus, neque Electores unquam consentire volue-
runt, neque consentierunt, quod talis Ducatus & Comitatus in eum conferretur. Sed ut
illustris Sfortianæ familiae rationem habuisse videretur, cuius egregia facinora & celebres
victoriae per universum pœnè orbem celebrantur, & quia idem Ill. Dominus Ludovi-
cus in eo gubernando admodum sapiens est, & validè idoneus, in maximum commodum
subditorum, & non parvam facri Imperii commoditatem, utilitatem & ornamentum, ei
obtulimus tale privilegium in personam suam, & filiorum ac successorum suorum, &
accedente electorum consensu, ei tanquam bene merito contulimus privilegium & investitu-
ram Ducatus Mediolanensis & Lombardie, ac Comitatus Papie &c, prout publico diploma-
te à nobis sibi concessò continetur: in quorum testimonium prælentes fieri jussimus, &
nostra sigillo pendente muniri, & nostra etiam propria manu subscripsimus. Datum in ter-
ra nostra Antverpiæ d. VIII Octobris M CCCC XCIII: Regnorum nostrorum scilicet
Romani VIII, Ungariæ verò V.

Johanne Galeacio patrui facinore vivis exempto, & funerato, id restabat, ut parvus
illius filius, si minus vita, at Principatu paterno spoliaretur; itaque à primoribus Medio-
lanensis civitatis à Ludovicō adiunctis ac subornatis relatum ad Senatum fuit, eam es-
se tum imperii Mediolanensis magistrutinem, tum temporum Italie imminentium dif-
ficultatem , ut res sit futura perniciëssima, si Jo. Galeacii filius, quinque annorum puer,
succederet patri: principem hic requiri prudentia, terum usu & autoritate pollentem;
id circò publicæ salutis & necessitatis causa, à lege, quod & ipsa jura permittunt, paululum
desflectendum, & Ludovicum, ut hujus imperii dignitatem nomenque, onus hisce tem-
poribus gravissimum, communis boni causa velet suscipere, cogendum esse: Eo præ-
textu, Ludovicus honestate ambitioni cedente, et si non nihil per simulationem reli-
ctaretur, mandat in sequentis dici, aurata veste indutus, alboque equo vetus urbem ingre-
sus est, & more antecessorum in templo maximo supplex ad aram adorato Numine præ-
buit

buit speciem legitimè adeuntis imperium; prius seorsim contestatus, sed tanquam ad se ex Regis Romanorum diplomate jure spectans suscipere; neque ita multò post advenere, duo Cæsaris legati, Brixensis Episcopus & Conradus Strucina, ferentes literas & manda-ta, quorum autoritate *Ludovicus Dux Mediolani & Lombardie* crearetur. Hæc coronatio suspenda, ut Corii verbo utar, *cerimonia facta est ad XIII Kal. Jun. an. M CD XCV,* qui dies erat Feliciano sacer. Ita summam votorum suorum consecutus Ludovicus, in summam mox sollicitudinem adductus est viiōris Caroli Regis: is enim progressus in Liguriam, atque inde Pisias Florentiamque, atque utrobique receptus, & Romæ quoque Alexandro VI Pontifice meru transire in partes coacto, incredibili felicitate, nullo occurrente hoste, Neapolitanō regno, pulsis Aragonijs, potitus, majora rerum momenta, omnisque Italie imperium concepsisse videbatur. Itaque ille non minorē jam curā operamque ad ejiciendos iterum Italia Gallos, atque antea ad accerendos, intendit, ipsoque instigante Pontifex, Cæsar, Reges Hispanie, Venetique in feodus secum cojerunt, quod Venetiis, quod omnium legati convenerant, percussum est. Tot ac tantis, foederatis munitus Ludovicus impotentiam animi sui mirè prodidit, cùm sollicitudine, qua paulò ante angebatur, in fiduciam insolentiamque veris, Dūcem Aurelianum Ludovicum, Caroli Regis propinquum, qui Astam jure avia sue Valentiniæ, Jo. Galeacio Vicecomite, primo Mediolani Duce natae, tenebat, ludibrio habere literisque monere non vereretur, nē in posterum Ducis Mediolanensis appellationem, quam post Philippi Mariae Vicecomitis mortem pater eius Carolus assūmserat, usurparet, sed tradita sibi Asta saluti sue consularet, atque in tutum trans Alpes se reciperet; ita verò harum minarum vanitatem ad eadē nihil commoto, ut Novariam firmam & celebre oppidum opera nobilium duorum Opicinorum occupaverit, & Sfortiæ eripuerit, hic eo auditio lacrymis suam ignaviam confectionemque ostenderet, & Veneto legato supplicaret, ad Senatum u scriberet, seque & imperium suum patribus commendaret. Carolus interea tum desiderio natalis soli, tum nuncio de foedere contra se inito impulsus in Galliam reverti constituerat, janque Neapoli discesserat, relicto ibi cum titulo Proregis & parte copiarum Comite Mompensiæ, & per Hetruscos ad Tarum anninem usque progressus erat, cum foederatorum exercitus ei occurseret, & justo de certandi prælio necessitatemi imponeret, quod incidit in diem VI Julii, anni postremo loco memorati: eo quamvis haud inferior res Gallica M CD XCV. fuerit, attamen Carolus fugientis instar Astam se subduxit, & pace deinde cum Ludovico Sfortia inita, dieque IX. Octobris conclusa Novariam ei, in gratiis Aurelianensis Ducis, restituit, Galliamque repetiuit. Hoc modo omni hosti metuque solutus Sfortia sicuti tamq; inflari prospersis quam frangi adversis solitus erat, ingenti se se gloria efferre, cunctas rerum vicissitudines, quæ proximo sexennio per omnem Italianam contigerunt, suis auspiciis suisque consiliis & opibus adscribere, fortunæ se filium esse palam asseverare, nescius tunc, quid serus vesper ve-hat, & quam atrox fatum ipsiusmet maneat; cuius equidem præfigia credita fuerunt fūnera trium ejus liberorum naturalium, uno atque eo pēt exiguo tempore mortuorum, quosque inter Blanca erat Galeacii Sanfeverinatis, quo plurimum utebatur, uxor, nec non conjugis ejus, Beatrix Fistenj, quæ non minus in rebus gravioribus quam jucundioribus comes marito assidua esse consueverat, & post exanimem partum enixum cum doloribus acerbissimis animam efflavit, & denique cædes *Antonii Landriani*, intimæ admisionis ministri, de qua non dubitatum esse *Corius & Ripamontini* referunt, quin ea Sfortiæ rebus exitium attulerit. Nimitum Carolo Gallorum Rege repentina morte è vivis sublato cùm Ludovicus Aureliani Dux successisset, vetus Sfortiæ hottis, animum is illicid ad occupandum Mediolanensem Ducatum, in quem jus ab avia sua repetebat, ceu dictum est, appulit, & Alexandro Pontificè Venetoque Senatu spe lucri proferendique imperii in partes tractis, novum illi bellum fecit, quo & periculo ab utroque latere, hinc à Gallis, illinc à Venetis, sibi incumbente Sfortia ita consternatus est, ut ne quidem in conspectum ingruentium hostium se dare sustinuerit; sed Alexandria ob Galeacii Sanfeverini ignaviam spe citius amissa nec Mediolanensi in arce satis se tutum fore putarit, eaque Bernardino Curtio, veteri suo alumno, sed venalis fidei homini, concredita, urbis autem & imperii administratiōne IV viris de mandata, d. 2. Sept. an. 1499 Comum se proripuerit, abductis secundum liberis, pro pinquis & concubina, nec non XXX mulis, auro argentoque & suppellectile pre-tiosa onus; Como etiam metu excussus Oenipontum ad Maximilianum Cæsarem pro-fectus est, paucosque post dies cognovit, Mediolanensem acerim Gallis traditam, atque à Venetis Cremoniam occupatam esse perfidia præfectorum. Mox autem fortis sue, opis-que Cæsareæ, non satis ex voto promptæ, pertæsus, impium cepit consilium Bajazetem

Turcarum Imperatorem invocandi, & contra Gallos Venetosque concitandi, quem in finem Ambrofium Mendacem & Martinum Casalem Constantinopolim ablegavit, cum amplissima instructione, quam integrum *Ripamontis* recensuit. (b) Verum oblate est Ludovicus à fortuna, pro pila hominem habente, spes imperii recuperandi celerior, quam que Cæsare aut Turcica ope inchoata erat: Rex etenim Galliæ haud diu Mediolani commoratus in regnum suum reversus erat, reliquo ad ejus custodiam Jo. Jacobo Trivultio; is cum nimio partium Guelphicarum studio infectus adversam Gibellinorum fortunam variis modis premeret, civitatemque omnem militaribus ac aliis injuriis vexari & lacerari patetur, rediit civibus Sforziani imperii desiderium; quo cognito Ludovicus ejusque frater Ascanius neutiquam sibi defuere sed in Italiam confestim redire, aliquot millibus Helvetiorum Grisonumque mercenariorum militum, quos conducterant, & Sequanico aliquo equitatu, à Cæsare impetrato, stipati, & pronis lœtis q; animis passim accepti omnem penè ditionem, civitatibus cispadaniis certatin se dedentibus, pari ac amiserant facilitate receperunt, imperiiq; metropolin, Trivultio cum Gallis arcis se includere coacto inter faustas civium acclamaciones, manantibus præ gaudio lachrymis, d. V Febr. an. MD. ingressi sunt. In obsidione verò dictæ arcis nec non Novariensis occupatis cum novæ Gallorum copiæ, à Rege post auditâ Mediolanensem defectionem sub Tremollii ductu submissæ, & cù illis, quæ apud Insubres hibernarant conjunctæ, incumberent, Ludovicus Sforzia rerum humanarum ludibrium factus est, præbuitque feedius spectaculum, quām cùm antea fugitivus ab urbe imperioque suo abiaret. Namque Helvetii, qui cum eo erant, cum popularibus suis, qui Gallis militabant, compacto rem agentes, quasi in Velabro olearii, sub praetextu non numerati ad diem stipidi tumultiuari cœperunt; accursus Ludovicus, Ascanio fratre Mediolani reliquo, omnem inter eos supellecilem argenteam distributum, jamque ceu putabat, dilinitos ad prælium ineundum ut se parent, strenuosque homines præbeant, blandè hortatus est; illi tergiversari, aliud ex alio catvari, denique pernegare, adversus populares propinquosque iuos arma se stricturos, & desertionem, sive, ut illi vocabant, redditum in patriam adornare, neque id si item precibus lachrymis Sforziae dare, ut eum aliquid in tutum ab hostibus locum deducerent, hoc solum postremò concedere, ut gregali cultu ordinibus mixtus abditusque fuga fortunam tentaret. Ita Ludovicus Dux Mediolani & Lombardie braccatus & coeno foedatus inter calones & lixas trepidus incedebat, prælongam humero hastam ferens & per media Gallorum caltra, miserabile humanae vicissitudinis documentum, ducebatur die tertio Idus Aprilis; utque sortem ejus crudelius adgravaret pertinax fortuna, agnitus aut proditus, à Gallis comprehensus, & detraictata larvain Novariensi arce custodiæ datum est. Perdulitus inde Lugdunum, ubi tunc Rex erat, sed ut ad conspectum ejus, quemadmodum summoperè cupiebat, admitteretur, minimè consecutus, *Lochia* in angustum perpetuunque carcerem relegatus fuit, ubi post aliquot denum annos istericus diuturnam miseriari morte finivit, atque in templo dictæ arcis humili sepulchro illatus est, quemadmodum *Antr. Dn Chiesa in Antiquit. Urb. Gall.* refert. (c) Circa terminum vita ejus dissentient Scriptores, Guicciardinus & Gallorum plerique ad decimum usque captivitatis suæ annum eum prorogant, *Jovins* & *Zazzara* quinto expletum esse ajunt, *Leander Alberti* annum 1508 supremum illi fuisse tradit, Anton. *Albicens* verò annum 1504: id certum' est, eum Ascanio fratri an. 1505 defuncto supervixisse, mortemque ejus, quod omnis tum ipsi spes simul interierit, dolentis deplorasse. Non tempore mihi quin subjiciam, quod ex Bern. Arluni Chronico Mediolan. in *Job. Wolffii Let.* Memorab. (d) refertur despeistro, quod mercatoribus duobus per Taurinos saltus in Galliam iter facientibus apparuit, literasque tradidit, Ludovicus Sforzæ preferendas, fratrem ejus *Galeacium* se esse dictans. Ludovicus acceptis & referatis literis, in Pontifici Brevis modum complicatis, sequentia inibi legit verba: "O Ludovice cave tibi; quoniam Veneti Gallique in tuam perniciem coituri sunt, tuamque à stirpe rem everfuri; verum si mihi tria aureorum millia dederis, dabo operam, ut conciliatis spiritibus sinistra fata avertantur, idque consecuturum spero, si mihi non adversatus annueris. Vale." Subscriptio erat: *Galeacii fratri tui Spiritus*. Hic attonitus aliis rei novitate, aliis commentum irridentibus plerisque pecuniam dependendam sub custodia affirmantibus, eò quod mercatores in carcerem coniecti & in tormentis habitu nihil fraudis subesse magna constantia asseverassent, Ludovicus tamen à superstitione hac largitione abstinuit, & nuncios dimisit, fata verò præsgium implavit.

Erat

(b) *Lb. VII. p. 292* &c seq. (c) *Parte I. p. 506.* (d) *Tomo II. pag. 416.*

Erat *Ludovicus Sfortia* ingenio, eloquentia, multisque animi & naturae ornamentis excellens; sed viciissim vanus ac inquietis ambitionisisque consiliis plenus; & prouissorum si deique contemptor, ita ut omnem insitae prudentiae vim subtili astu & multæ simulationis artificio munidam arbitaretur; propriaque idem vota contegeret, dissimulante mentiri, fallere ex commendo, atque traducere simpliciores homines ex disciplina officioque non insulsi principis esse putaret. Et quoniam admirante votis suis aliquandiu fortuna res maximas consecutus erat, illorum prudentiam consiliaque celebrari molestissime ferebat, suaque induitria & artibus cuiusvis mente quod vellet impellere, suaque ex libidine & cetero se posse sibi persuadebat. (e) Ideo *moro arbo* symboli loco usus est, seruit equidem nec nisi postquam hyems deservisset germinante, sed statim tuto partu ocyssim frutiscente, quasi indicaturus, sibi quoque eam esse indolem, ut in omni actione nunquam fesuntantur, sed graviter consilia ineat, atque ea sicut oportet maturè & celeriter explicet. Ortum ei ab illo emblemate cognomen *Mori* fuisse Jovius ait, non ab oris fulcedine, quod alii tradunt, cum fuerit aequo pallidior; tantumque abest ut ipso illo offendetur, ut potius quia *Morum Itali Aethiopem* appellant, magna in tabula regio cultu *multicem pingi* iusterit, cuius purpurea vestem *ethiops* *fei* verberat, quod suum in Italiae pace ac tranquillitate studium atque curam exprimeret; quam tabulam cum *Florentini* legati forte spectarent, unus eorum, ut est ea natio acuta in primis ac dicax, videat, inquit, *sedulus ille ethiops*, ne pulvrem omnem, & purgamenta, quæ regia via exirent, in se ipsum converratt. (f) Beatricem Esterensem, *Herculis Marchionis Ferrariae* filiam, fastu ac luxuria ingentis mulierem, (g) jam an. 1480 sibi despansam, post undecimum deumnum annum duxit, camque repudiatus erat, si *Isabella Aragonia*, negoti destinata, potiri potuisset. Filios ex illa duos suscepit, de quibus postea sermo erit, tertius in partu extinctus eit, matremque eodem funere mersit; hanc ille ita luit, ut jejunium in aula fuerit, & per totum deinde annum dederit hoc morior ac desiderio, ne accumeret unquam, feditans vesceretur, totoque eo tempore atratus fuerit; infunus ejus amplius XV millia aureorum insumpta fuisse Ripamontius memoravit. (h) Notus etiam *Ludovicus habuit*, quorum duos *Leonem* videlicet & *Blacanam* ante ductam Beatricem ex incomperta foemina fuitulit; posteriorem *Galeacum Sanseverino* amitino suo, nupti dedit, *Leonem* una cum modo dicto Sanseverino hedis equitibus, Venetus an. 1485 magna frequentia celebratis interfuisse apud Corium legimus. Post Beatricis obitum *Ludovicus Lucrétiam* *Tribilia* n., nobili apud Mediolanenses stirpe satam, adamavit, atque ex ea Jo. Paulum Sfortianum, Marchionum Caravagii autorem suscepit.

ASCIANUS MARIA Sfortia, quintus Francisci Ducus filius, cum Ecclesiasticum viæ genus amplectetur, curas seculi adeo non abdicavit, ut se totum iis immerget, & cibis fluctibus nunquam non committeret; hinc quoque non magis in sua potestate fuit, ac illi qui maritimis jactantur, exiliisque & carceres suo sibi jumento accersivit. Post fratris natu maximi, Ducus *Galeaci* Mariæ obitum turbas adversus eos, qui imperium procurabant, unâ cum fratribus parturiens, Perusiam relegatus est. Impetrata deinde redundi Mediolanum facultate cum Principem *Gibellinica* factio ageret, jam *Episcopus Papie* & *Protonotarius Apostolicus*, à fratre *Ludovico*, præcipuum inter administratores Ducatus locum naðo, & *Guelphicus* partibus ex commodo suo favente, custodiæ mandatus, moxque Ferrantia secedere iulfus fuit. Reconciliatus postea fratri, commendatione ejus, qui *Catharinam*, *Galeaci germani natam*, Hieronymo Riaro Pontificis Sixti IV propinquio in matrimonium collocarat, *Cardinalis Diaconus SS. Viti & Modestii in macello Martyrum* est creatus, & d. XVII Mart. anno MCDLXXXIV publicè renunciatus, quo ipso adhuc anno Sixtus IV fatis concessit, antequam ille Cardinalatus insignia accepisset; hinc dubitatum fuit an posset Sfortia in proximis Comitis Pontificis luffagium ferre; verum ex Senatus consule illis interfuit, & voce *Innocentium* nominavit. Inde opinis sacerdotiorum redditibus, (namque præter Papiensem Ecclesiam, Cremonensem quoque & Novariensem, nec non Mediolanensem metropolitanam, quam equidem mox urgente fratre abdicavit, & cum Abbatia Ambrosiana commutavit, regebat,) ipsoque patrimonii censu ditissimus factus, publicam dilexit coluitque magnificentiam & hospitalitatem, neque ab illo vita cultu & sumtu equorum, canum venationis & aucupii, temperavit, qui Regi magis, quam Sacri ordinis viro, conveniens est.

His vero moribus
in Ro-

Qqq

(e) *Gaicc. sub fin. Lib. IV. Jovins Elog. Lib. IV.* [f] *Gratian. de Cof. III. Vit.*
[g] *Bellar. Hist. Gall. L. V. §. 14.* [h] *Lib. IV.*

in Romana aula eminentissimam amplitudinem potentiamque consecutus, male illa est usus iis in comitiis, quae post Innocentii VIII mortem sunt habita, in quibus tunc pessimo mortali, Roderico Borgiae, se mancipavit, & coemtis complurium patrum suffragis perfecit, ut ite Pontifex Maximus renunciaret; sibi tanta opis pretium pontificii tabularii procreationem, quam Vicecancellariam vocant, munus in Romana curia pricipuum, deputus, prætereaque sacerdotia, oppida, illiusque, quam Romæ habebat, magnificenter domum, preciosa supellestile referunt; sed proverbo deinde locum fecit: *in dñs ipse fili maius cecat*; cum Rodericus f. Alexander VI Papæ in Ludovici fratri domus Sforianæ perniciem cum Gallicis ac Venetis consiparet, ut Cæsari filio magna fortuna ac dominatio cuiusvis strage ac ruina pareretur. Cujus belli impidente tempestate Ascanius Mediolanum venit, ut fratri a potentibus undique hostibus circumvento, adestet; at eo apud Novaram miserabiliter destituto captioque, ipse Mediolano cum multis Gibellinae factionis principibus profugus à Conrado Lando vetere amico, apud quem in Ripalta, Placentini agri castello divertit, Venetis proditus, atque ab iis aliquandiu Venetis praetalo in carcere custoditus, ad extremum Ludovicum Galliæ Regi traditus est. Perductus in Galliam majori equidem humanitate, ac frater, acceptus, & in honestiori custodia, nimurum in Biturigū turri, habitus est, sed libertatis spe nihilo meliore; ad eam tamen viam illi, pest toleratum, fortia patienti animo tristrii carcerem, Alexandri Pontificis mors aperuit. Nam Georgius Ambrosius Cardinalis Rothomagensis, qui summum gratia atque autoritatis locum apud Ludovicum Galliæ Regem tenebat, in magnam spem adipiscendi Summi Pontificatus elatus, & Ascanii operam ambitioni suæ magno usui fore arbitratus, ab hero suo facile imperavit, ut eum secum ad comitia Romam duceret, accepta fide, redditum in Galliam, si Rex ita jussisset; verum non in his tantum comitiis, sed illis etiam, quæ post Pii III, Papæ XXV dierum, obitum habita sunt, spe & voto suo frustratus Rothomagensis, cum Ascanium in Galliam reduci contuleret, non permisit id Julius novus Pontifex, indignum ratus hominem purpuratum nullo suo merito captivum haberet, illumque manere Romæ ac liberum esse jussit. Nec tamen ea lætitia diuina Ascanio fuit, quippe qui non multo post, dum ad recuperandam patriam, pellendosque Mediolano Gallos cum Hispanis Gonzalvo & Liviano adjutoribus, bellum molitur, in ipso confiliorum apparatu, Romæ veneno, seu pestilentia interceptus & mortuus est. Eum Julius II, quamquam dum adhuc Cardinalis esset altercationes domesticæ crebro inter ipsos intercesserint, marmore sepulchro honestavit, quod ad Flumen tanam portant in templo D. Mariæ cum hac inscriptione conspicitur: *D.O.M. ASCANIO MARIÆ SFORII VICE COMITI, Francisci Sforie, Infab. Dncis F. Diacono Card. S.R.E. Vicecancell. In secundis rebus moderato, in adversis summo viro. Vix. An. L. Mens. II. D. XXV Jul. Post Max. virtutum memor, bonefficiar, contentorum oblitus, facello a fundamento. credo posui M.D.V. (i)*

Ludovici Mori & Beatricis Etensis filius natu major initio *Heracles in memoriam avi* materni nominatus, postea vero **MAXIMILIanus** appellatus est in gratiam Imperatoris, ejusdem nominis, ad quem a genitore, cum is fugam ob bellum à Ludovicu Rege Galli. sibi illatum adornaret missus fuit, novum agens annum, una cum fratre Francisco & Precivallo Vicecomite, pueritiae suæ moderatore; atque illic permanxit, donec in ætatem venit, & spes recuperandi paternum principatum apparuit. Ea ab illa ipsa gente, à qua proditus traditusque Gallis pater fuerat, primitus ei offensa est: Helvetii enim vel quod neglechiis à Ludovicu Rege Galli, de quo nimium quantum se meritos putabant, haberentur, vel quod potentiam illius suspeccantes tenuio re uti vicino malent, facilè ad societatem cum Giulio Papa, cui Galli Italia ejicere fixum, de statu quoque erat, ineundam inclinarunt & perducti sunt; simul etiam cum Rege Hispaniarie Venetisque iustum est à Pontifice foedus. At enim vero infelices initio eventus foederata hæc arma habuerunt; magnoque ad Ravennam proelio victores Galli de summa rerum metum ingentem fecerunt, ita ut Helvetii fortuna speculati nudare animos cunctarentur. Mox autem versa fortuna res Gallorum pejore in loco esse cœperunt, ita ut plerisque Aeniliæ & Flaminiae locis, nec non Genua, amissis, spem quoque retinendi Mediolanii, cuius cives incolasque quotidianis injuriis a se abalienarant, abjicerent, & cum copiarum sua rum reliquias discederent, traientes secum Cardinales, qui conciliabulum adversus Julium Papam Pisum Mediolanum transtulerant. Post illorum abitum indixit Pontifex conventum ad Mantuam urbem, cui Cæsaris nomine Matthæus

(i) Guicciard. Lib. I. II. & VI. Jovins Elog. Lib. IV. Gratian. de Cas. III. Vir. in Hist. Lud. S. Ciaccon. Hist. Pontif. & Card. Tomo III. p. 86.

thæus Langus Gurcensis Episcopus interfuit, & decreto de Mediolanensi principatu Maximiliano Sfortia vindicando assensit. Interea dum id executioni mandaretur *Ostaviam Sfortia* Episcopus Laudensis statum urbis moderabatur: *Maximiliam Sfortia* verò possessione paterni imperii iussu & autoritate Cæsaris adiutorus, Veronam indeque Cremonam se contulit, coeque in loco tunc cum Matthæo Cardinali Sedunensi & Raini Cardona, Legato Regis Hisp. reditum Gurcenfis, Romam Lateranensis concilii ergo profecti, præstolatus est; ubi illi adfuit, deductus est anno 1512 exente Sfortia Mediolanum, & summa civitatis lætitia acceptus, quam arcis Novariensis deditio cumulavit; quumque disceptatum esset inter Cardinalem & Cardonam, uter eorum claves urbis, possessionis argumentum, Sfortia porrigeret, cessit tandem Hispanus Sedunensi, ut Helvetiorum maximè opera in principatu le restitutum esse Sfortia agnosceret. Iisdem porrò debuit, quod non illico ad privatā iterum redactus est fortunam: namque ingruentibus iterum Gallorum armis cùm coniunctionem *Sacromori Vicecomes*, partium Gallicarum acerrimus instigator, & multa hostilia pro Rege contra Sfortias ausus fecisset, (k) & aliquot oppida ad Gallos defecissent, ita Italiæ cecidit animo, ut actum de se esse ratus Mediolanum relinquere & Noviam secederet, ubi obcessus a Gallis fuit; His verò Helvetiorum virtute, qua memorabilis ad *Noviam* vicitória parta est, ad internectionem causis, Principatus illi tunc conservatus fuit. Ea in pugna, quæ in diem VI Junii anni MDXII incidit, Dux Sfortia ipse fortiter atque alacriter se gessisse à *Jovio* memoratur, cui cæteroquin ob animi vacordiam, ingenii absurditatem, morumque & cultus sorditatem malè audit. Refertidem, creditum fuisse beneficis potionibus aut alia fascinatio convulsam ei mentem, ita ut nihil Principe dignum ageret, dum imperium tenuit. Eo autem tertio anno exutus est à Rege Galliæ Franciso, Ludovici succellore, qui expeditione ad recuperandum Infubrum principatum suffcea, captioque ad Villam Francam Prospero Columna, primario inimici exercitus duce, & Helvetis memorabilis apud *Melenianum* prælio d. XII Sept. an. 1515 victis, Mediolano urbe facile potitus est, cùm Maximilianus Sfortia trepidus in arcem se receperet, ubi obcessus post aliquot dies, quarto Octobris, Regi se arcenque dedidit, & Mediolanensis principatus jure cessit, ea condicione, ut in Gallia liberi & pro dignitate vivendi facultas & pecunia congrua, annua nempe XXX aureorum millia, sibi darentur. Nec abnuit conditionem Rex, nec promissis defuit, sed in Galliam delato omnia quæ ci observato potius quam custodito tribui poterant, liberaliter concessit. Sed ille huic catastrophæ quindecim annos supervixit, & denique vagabore oppresus Lutetiae decepit, ac funere magnificè instructo in Carmelitarum æde sepultus est. (l)

FRANCISCUT Sfortia, tertius hujus nominis, septimum, referente Corio, a gebat annum cum à patre in Germaniam, tanquam in tutum locum, unà cum fratre suo missus fuit. Postquam illic adolevisset, atque iste paternum principatum recuperasset, in Italiam reversus, & *Barenjus* Dux appellatus est. Quin verò arma Francisci Regis Galliæ in Italianum ingruerunt, & viçtis apud *Melenianum* Helvetiis Maximilianum in arcem Mediolanensem compiegissent, ægrè Franciscus Sfortia a fratre facultatem accepit in Germaniâ se recipiendi. Ab ea tempestate Cæfarem secessatus, novamque rerum vicissitudinem præstolatus est; hæc elapsio quinquennio se dedit, cùm Leo Pontifex Carolusque Cæsar ad pelliculos ex Infubrum Gallos foedus pepergissent, bellumque eo eventu adversus eos gessissent, ut post frustra tentatam Parmam metropolim ipsam, hancque fortuitò & repentina aliquia forte, instictu ignoti & plebeji senis, nunquam exinde amplius conspecti, mense Novembri anno MDXXI in potestate suam, arcem verò operibus cinctam & commeatu privatam sensim ad extremam necessitatem redegerint. Enim verò Fr. Sfortia interea, inflammata Hieron. Moroni literis & Andr. Barbat, monaci Augustini concionibus civium Mediolanensium Gibellinæ præférunt factionis voluntate expetitus, atque à Julio Medicæo Cardinali pecunia instrutus, nec nullis militaribus copiis stipatus, arce Croaria, quæ Venetæ ditionis erat, occupata, per Veronensem & Mantuanum agrum Placentiam, indeque Papiam penetravit, & tandem per colles abditos viasque inexploratas Mediolanum, nec quicquam id prohibere conantibus Gallis, pervenit, effulsummo civium gaudio, quasi simul cum ipso felicitas urbem intrasset: atque auctum illud brevi est prospero cum Gallis

Qqq 2

& Hel-

(k) De hac coniunctione diuum est supra prolixius ex *Jovio*, in Commentario ad Tab. XXIX fo. De *Sacromoro Jovius* &c. (l) *Jovius Elog. Lib. VI. Belcar. rer. Gall. Lib. XV. & XX. Rupamont. Lib. VII. Guicciard. Lib. XI. & XII.*

& Helvetiis ad Bioccam conflixi, Laudisque Pompejæ expugnatione, nec non Genuæ, quam Marchio Piscariæ bona quacivium pace intercepit, & denique arcis Mediolanensis deditio, die XVIII Aprilis an. MDXXIII facta. Cum firmatum ictusque sibi esse imperium putaret, ad ordinandam rem publicam animum adjunxit, & supremum quoddam Confilium instituit, ex XXVII Senatoribus compositum, quorum sint Praetati quinque, Equitus novem, & Jureconsulti tredecim sanxitque ut qui ex gente Sfortiana sunt, aut in futurum erunt, cum primum ætatem XXV annorum excecerint, etiam non legitimo matrimonio nati, intelligentur esse & sint in numero Senatorum, utque etiam in perpetuum eadem dignitate gaudent duo ex familia Vicecomitum, quemadmodum in ipsa Constitutione Mediolani die XVIII Maii 1522 promulgata & typis ex scripta legere est. Post breve intervallum, cum sed integraretur à Gallis bellum, capiti Francisci Sfortiae impias comparavit infidias Bonifaciu Vicecomes; is aulico & militari munere apud Ducem functus, ira odioque adversus eum exarsit, tum ob adeptam sibi petutum cohortis præfecturam, tum ob Heftoris Vicecomitis, propinquus sui, cædem, à Jo. Jacobo Medicæo Iussu Moroni, qui Heftoris æmulus & Ducus intimus erat, patratam; itaque Ducem Modoëtla Mediolanum proficiscentem & æquitanter à tergo pugione aggressus est; sed quia ipse in equo sublimis sedebat, princeps autem parva mula vechebatur, & ferientis impetum sentiens caput inclinabat, leve duntaxat in finistro ejus humero infixit vulnus statimque fuga se proripuit. Conterritis hoc facinore Sfortia, metuque & suspicione majoris conjurationis impletus, iter Modoëtum relegit, animo magis quam corpore æger, Mediolani verò quæstiones haberi jussit, quarum acerbitas cum gravissimam ei apud nobilitatem offenditionem & voluntatum commutationem afferret, Galli supervenire & solita, gentis circa initia rerum felicitate primo statim in cursu cunctis trans Ticinum annem occupatis metropoli incubuerent, eaque potiri nullo negotio poterant, nisi occasione cunctatione propria & fatali amisissent. Irata ex eo fortuna usis cum Bonivetus à Rege novis copiis intructus submissus esset, sed quas restaurare debebat popularum per temeritatem sua evertisset, Rex ipse Italiam repetere & fortunam experiri decrevit. Ea iterum initio illi propitia Mediolanum dira pestilentia & fame tantum non exhaustum ac defolatum (centum & quadraginta millia hominum interisse Ripamontis memoria prodit) facilè & sine certamine recepit, Papiam verò cum diu incassum obsecdisset, tandem d. XXV Februar. an. 1525. decretoria ad Ticinum pugna victus & ipsem captus est. Tam egregie verò victoriae, recuperatique Mediolani fructus usque adeo nullus in Sfortiam redundavit, ut à Ferdinando Davalo Piscariæ Marchione, spoliare eum Mediolanensi imperio cupiente, simulatione & dolis ad consilia contra Cæsarem agitanda allectus deinde que ab eodem proditus, ac licet blandis ipsius verbis persuaderi fe passus esset, ut diluenda suspicione omnia ditionis suæ loca præter arces Mediolanensem & Cremonensem eis traderet, in priore operibus cinctus atque obcessus fuerit. Pace deinde inter Cæsarem Galliæque Regem ut cunctæ factæ, hocque in libertatem restituto, cum nulla ab illo afulgeret spes Sfortia ab obfitione liberandi, Pontifex & Veneti de salute Italæ solliciti animum ad fedus pro Sfortia ineundum, inque id Regem Galliæ, conditionum, quibus libertatem redimere necesse habuit, penitentem & pigentem, per trahendum adjunixerunt, ejusque vigore contraria copiis bellum inchoarunt; opem verò Sfortia in arce obcesso, urbique miserandum in modum à Cæsareis vexatae affligrunt, et que, ostendarunt magis quam tulerunt, hinc ille extrema necessitate & fame compulsus d. XXIII Aug. an. 1526 deditioñem fecit, pactus sibi suisque discessum in columem, utque Comum ab Hispanis vacuum unâ cum vetigalibus sibi haberet; isti autem quum oppido excedere nollent, neq; ex reliquis etiā ditionis conditionibꝫ præter datum in abitu incolumitatem quidquam ipsi servatum esset, sicut Guicciardinus refert, Laudem, quam urbem federati tenebant, se recipit, & fedus à Pontifice & Venetis suo nomine istum confirmavit, illorumque opera Cremona aliisque oppidis potitus est; Leva deinde Laudem oppugnante, quia ob adversam valetudinem bellointeresse non poterat, Brixiam abiit, reliquo illic Johanne Paulo fratre suo cum XII peditum cohortibus, qui impigra defensione Cæsareanos peste quoque debilitatos pedem referre coegit. Cæterum is novi hujus belli eventus fuit, ut Pontifex pariter & Rex Galliæ undique se fuosque profligante fortuna usi pacem à Cæsare accipere necesse haberent, quæ cum priore Barcinone cum hoc verò Cameraci, utraque anno 1629 lucta fuit, Venetis & Francisco Sfortia utroque exclusis, qui ea propter in novum artiusque fedus coivero. Priusquam tamen idem annus elapsus esset, illis etiam pacem Cæsar dedit Bononiæ, quæ venerat coronam imperialem à Pontifice suscepturus. Hujus precibus pariter

riter & fuismet rationibus perpulsus Francisco Sfortiae eodem evocato sub fide publica, benignusque complexo, Ducatum Mediolanensem restituit, ingenti tamen pecuniae summa ei imperata. Quod minus verò tranquillitate unquam frueretur Sfortia, obstitit primum inimicitia eum inter & Levam orta, cumque ea Pliliippi Archiuti, qui deinde Mediolanensis Archiepiscopus fuit, opera sublata esset, bellum, à Jo. Jacobo Medicæo, qui circa Larium lacum imperium aliquid sibi ibat quæsum, excitatum. Hoc quoque pace finito, cùm Casar Sfortia cælibi Christierni Daniæ Regis filiam, ex materteria sua genitam, connubio junxit, confirmata his nuptiis illius authoritas videbatur, spesque tranquilitatis & melioris fortunæ animos subiit; sed illa mox decollavit, cùm fatorum malignitate Sfortia novæ nuptiæ delictis indulgens, intra secundum conjugij sui annum, ex levi lippitudinis initio, abriperetur, nulla prole, non autem nullo sui deiñerio Insubribus reliquo. Titulus ubi solitus erat sequentibus: *Franciscus Secundus Sfortia, Vicecomes, Dux Mediolani ac Bari; Papa Friesep Angeliqueque Comes, ac Uenne, Cremonæ & Hajæ Domians.* (m)

AD TAB. II. SFORT. GENEAL.

JOHANNES PAULUS SFORTIA, Ludovici Mori ex Lucretia Cribella filius, gerosa indole, invicto animo & militari prudentia præstantissimus, iisque virtutibus maximo fratribus suis, Maximiliano & Franciso Sfortiis, Ducibus Mediolani, usi fuisse celebratur. Priori in prospero cum Gallis apud Novariam prælio fortitudinem suam probavit, erga alterum verò virtus fidesque sua variis in occasionibus enituit, maximè in strenua & constanti propugnatione arcis Mediolanensis, & civitatis Laudis Pompejæ, quam, illi extrema diræ famis necessitate decadere coactus, ab Italîs, Germanis Hispanisque acri obsidione cinctum singulari fortitudine Francisco Duci servavit. His aliisque rebus præclarè ab illo gestis permotus Carolus V Imperator in conventu Bononiensi eximio eum honore habuit, facta potestate caput coranique operiendi, aliisque benevolentia sua signis cumulavit, & deinde absenti literas honorificissimas misit, quas inter cætera monumenta domestica, recorditas asterravi accepimus. A fratre in Ducatum avitum restituto, meritorum ac fidei decoramentum præmiumque insigne tulit, *Caravagii Marchionati & Galliati Comitatu* donatus. Illo vita defuncto cum Mediolanensis principatus in ditionem Caroli V Imperatoris concessisset, isque ex Hispania in Italiam venisset, adire & venerari eum gestiens Marchio Caravagii Florentiam celerrimo cursu petiit, at præ nimia itineris contentione rupta ei vena mortem inter iuga Appennini montis acceleravit, spesque quas alebat, evertit, quemadmodum ex genealogia Marchionum Caravagii, quam una cum exegesi historica Vir Humanissimus atque Eruditissimus Dn. *Andreas Pasterla*, tunc Bibliothecæ Ambrosianæ Præfetus, jam verò Præpositus Abbiagrasenfis, ad me misit, cognovi. Alter paulò se habent, quæ in *Historia Veneta Andr. Manoceni* (n) leguntur: “ Jo. Paulus Sfortia, inquit, Francisci defuncti haud ex legitimis nuptiis frater, Insubrum imperium jure sibi vindicare videbatur quod tabulis, quibus à Maximiliano Imperatore patri illius tituli atque insignia Mediolanensis imperii concessa fuerant, continceretur, ut legitimis masculis vita functis, illegitimè quoque succederent; atque ei non modo Jctorum responsa favebant, sed Mediolanenses Sfortianæ familias addicti instaurari in eo pristinum forum principum decus summis votis exoptabant. Verum has surgentes spes Jo. Pauli obitus corrupit; ad Cæsarem enim proficisciens Florentiam inter prandendum repentina morte corruptus Nonis Decembbris anno 1535 interiit. ” In matrimonio habuit Violantam Bentivoliam, clarissima stirpe, quæ Bononiensis civitatis principatum aliquandiu tenuit, sitam, maternam verò originem ad ipsam Sfortiarum familialiter referente: erat enim ei genitrix *Hippolyta Sfortia*, Caroli filia, eximia forma prædicta, quam Alexander Bentivolius, Johannis & Hannibalis Principum, Bononiensium gnatus & frater, cum dote LXXX mille ducatorum à Duce Mediolanensi anno 1492 uxorem accepit, atque ab eodem non ita multo post Vicarii generalis Ducatus Mediolanensis munere tituloque honestatus est, quemadmodum *Sanfovius*, refert. (o)

MUTIUS Sfortia, Joh. Pauli filius unicus, in memoriam Magni Sfortiae, abavisui, eo nomine insignitus, *secundus Marchio Caravagii* fuit; post præmaturam patris mortem sub tutela

(m) *Gucc. Hist. Lib. XIV. & seqq. Galeac. Capella comment. rer. ges. pro refit. Pr. D. Mediol. Jovins Elog. Lib. VI. Ripamont. Lib. VIII. & seq.*

(n) *Lib. IV.*

(o) *De Orig. & fact. fam. Ill. Ital. p. 188.*

tela matris optimè educatus, ut primum per ætatem licuit in Germaniam ad Carolum Imperatorem profectus, atque ab eo magnatum stipendio, quingentis scilicet scutis mensuris, donatus, arma ejusdem securus est. Deinde Philippum, Imperatoris filium, cum is Mediolanum venisset, cum comitatu sexaginta equitum ex flore patricii sanguinis exceptis, ejusdemque benevolentiam non minorem illa, qua apud Augustum parentem pollebat, sibi conciliavit. Postremò cùm ad obsidionem Metenensem, lectissimos gratuitæ operæ milites duxisset, in Lotharingia è vita excelsit, reliquo post se filio FRANCISCO, tertio Marchionem Caravagii, è Faustina Sfortia, gentili sua Romane stirpis, genito: huic eadem in urbe uxori obtigit ex splendidissima clarissimaque Columnarum domo, cui pater erat Marcus Antonius Columna, inclitus heros, maxima illa Turcit apud Naupactum victoria illustratus. Ex ea conjugे tres Franciscus suscepit natos, quorum postremus LUDOVICUS Abbas ad S. Johannis in Lamis regni Neapolitani, medius FABRITIUS Eques Hierofolymitanus, Magnus Prior Venetiæ, deinde praefectus generalis classis Melitensis, denique pro Philippo III Hispaniæ cohortis, arcis suo conscriptæ, dux in Insubris & Pedemontio fuit; MUTIUS autem primogenitus, quartus Catavagii Marchio, ex honorariis ephesis Philippi II Regis Hisp., ad excelsum Senatum secretiorem Status Mediolanensis ab eodem Rege proiectus, in matrimonium duxit Ursinam Perettam, Marci Antonii Columnæ Comes stabilis Neapolitani matrui sui viduam, Sixti V. Pontificis Maximi neptem. Hinc nati duo filii, ambo excelsæ indolis, patrue simillimi. Itaque parens sobolis securus se totum Philippo III Regi devovit, capacilliam mentem, jugentemque animum pace & bello testatus. Elegans quoque liberalium studiorum & autor & admirator, ut eis excolandis & ornandis Academiam in propriis ædibus anno 1594 conderet, primusque ejus principatum susciperet, Academici deinde nomen alsumserunt *Inquietorum*, & symboli loco machinam ex canaliculis bene multis compositam, per quos agitatione rotæ, cursu fluminis impulsæ, aquad planitiem montis defertur, eundemque irrigat & frugum herbarumque fertilem reddire, cum lemmate: *Labor omnibus natus*. (o) Quinque supra quadraginta annos vixit Mutius, eijus successit filius natu major JOH. PAULUS, Idus hujus nominis, Marchio Caravagii quintus. Is à primis annis peditem Hispanorum & haftatorum ductor, deinde etiam gravioris armaturæ equitum praefectus generalis fuit, quingentisque equitibus ære suo conscriptis Regi Catholico in Pedemontano & Monferrato bello egregia virtute meruit, & quinque annis in militia exactis, vite sociam sibi adjunxit Mariam Aldobrandinam Clementis VIII Papæ neptem, & forense Margaritæ Ducissæ Parmensis, ex qua utriusque quidem sexus fobolem suscepit, sed virilem citò iterum amisit, ipseque, cum à Philippo IV Rege *Proteg Aragonie* designatus esset, jam gravi morbo decumbens, post acceptum collati sibi muneric honorificissimi nuncium, immatura morte abreptus est. Successit ei in Caravagii Marchionatu frater FRANCISCUS MARIA; is beneficio Cardinalis Montaltii, avunculi sui, Prioratum Campi mortui à primis annis obtinuerat; duos autem supra viginti annos natus, Equitum Melitensem ordinem ingressus est, duartunque deinde turmarum ductor pro Rege Catholico expugnationi Vercellarum interfuit. Maritus postea expeditionibus in classe Melitensi ritè perfunctus, ob fratris nepotumque obitum ad penates reversus est, ubi regio iussu in consilium, quod Secretius vocant, adlectus, recuperatis à fisco beneficiariis prædiis, positisque Hierofolymitanis ordinis insignibus, matrimonium contraxit cum *Blanca Maria Imperiale*, Francisci Mariæ Genuensis Senatoris & Ducis Sancti Angeli gnata. Vitam ad octavum supra sexagesimum & tatis annum prorogavit, vir in literis tum Græcis tum Latinis, aliisque scientiis, etiam austerioribus, versatus, liberalitate, clementia, æquitate, pietate & modestia singulari prædictus. Filium post se reliquit, annis iam in senium vergentibus genitum; hic ducta Romæ uxore, nobilissima stirpe sat, intra primum matrimonium sui annum immatura morte è vita discessit.

AD TAB. III. SFORT. GENEAL.

In numero liberorum naturalium Francisci Sfortiae, Ducatus Mediolanensis vindicis, SFORTIA fuit, *Secundi* appellatione à fratre cognomine distinxus, atque è femina, cui *cruor umbra* nomen erat, genitus, quemadmodum superius dictum est. Vixit illa tempestate Aloisius Verminus, vix inter insubres genera famaque longè clarissimus, opibusque & clientelis pollens, quem Sigismundus Imperator Comitum Sanguineti anno 1433 creaverat. Hunc

(o) *De Orig. S. fort. fam. ill. Ital. p. 188.*

Hunc Franciscus Sfortia maximo sibi praesidio atque incremento in bello, quod adversus Mediolanenses gerebat, fore intelligens, omni ratione virum demereri sibique devincere statuit; nec Vermius à Sfortia alienus erat; Sed postquam hic Placentiam in potestatem suam redigisset, qua in dieceps illa castra prædictaque multa habebat, facile perpliùs est, ut se Sfortia partibus applicaret, id tantum pæctus, ut in militia ejus duotoris munere fungetur, gratiamque suam unicam Antoniam Sfortiae filium, de quo dici cœptum est, uxorem duceret, id quod in rebus anno 1448 gestis *Corina* retulit. Extremo Francisci Sfortiae viæ tempore Sfortia secundus aliquid monstri altissime videtur; illo enim anno 1461 in mortuus ad eum gravem lapso, ut de vita ejus periclitaretur, & jam falsus de morte ejus rumor emanasset, sed præter speim ac opinionem in gratiam cum valetudine redeunte, fugam Sfortia hanc bene sibi conficius adornavit, sed iussu genitoris interceptus & custodiæ traditus fuit. Ex ea deinde dimissus, neque a fratre Galeatio Maria, in Principatu successore, illo, quem sibi deberi putabat, loco habitus, ab eo discessit, & hostibus Florentinorum, quibus ille fratrem tunc junctus erat, stipendia fecit. Atfratre vivis exento Johanni Galeacio, ejus filio, operam navavit, locumque, quem inter duotores armorum ejus naclus est, ornavit, & vixit adhuc anno 1483, quo deliberatione de bello aduersus Venetos in gratiam Herculis Ducis Ferrariensis suscipiendo, eum iterfuisse, sententiamque dixisse *Corina* memoriae prodidit. Titulo *Comitis de Cugonovo*, & castello ejus nominis in Placentina diecepsis sito, à fratre auctum fuile *Crescentius* refert. (q)

Cum in Alexandri Sfortiae Comitis Burginovi filii FRANCISCO & MAXIMILIANO nova hic Sfortianæ stirpis ramus germina produxisset, prioris propago fluxa fuit, e-marcuitque in ASCANIO, Francisci nepote, *Egnite*, ut haber encomium *Crescentii*, (r) locuplete & amplissimum reditum, qui bona sua mobilia testamento Cardinali Ascanio Sfortiae Catri Arquati Domino legavit, immobilitum vero heredem *Alexandrum Sfortiam*, propatrii sui filium reliquit, jam magnis opibus possessionibusque in *valle Trebbia* & *Tidoneni* præditum, & honoribus atque autoritate in aula Ducis Parmensis pollentem, cui à consiliis sanctioribus, à cubiculo & custodia corporis fuit. Filiorum ejus alter OCTAVIUS bello Belgico & Insubrico spectatus & ad summos militie gradus ab Hispaniarum Rege evectus fato præmaturè cessit. ASCANIUS II, ejus frater, Parmensis fortaliti præfeturam gesit, stirpemque propagavit. Ejusdem patruis FRANCISCUS IV Viscontium nomen cum Sfortiano conjunxit, & utrumque ad filios transmisit, ex quibus SFORTIA MARIA in Germania militavit, Venetiis deinde expeditionibus alam equitum duxit, & denique domi sub Duce Parmenti militari munere functus est; fratre ejus CAROLO inter monachos Dominicanos in monasterio S. Johannis Placentiae studia religionis ornante.

AD TAB. IV. SFORT. GENEAL.

ALEXANER SFORTIA, Mutii Sfortiae, cui Magni nomen robur & æs triplex circumspectus peperit, filius, inter eos, quos ex *Lucia Tertia* sustulit, ordine nativitatis quartus, Gregorii nomen in Baptismo accepit, quod ei postea parens in honorem Alexandri Papæ cum illo connotavit. A prima juventa castrensem vitam egit, & tanto tantaque vi præstantis animiarma tractavit, ut non modo Franciscus fratri indomiti corporis & pugnacis ingenii vigore, verum & felicitate rerum gestarum aequaliteretur, prætereaque sibi ac posteris principatum in Togata Gallia, non secus ac ille in *Cisalpina*, conderet. Postquam Franciscus frater Piceni Marchionatum obtinuisset, provinciae huic ejus nomine præedit, atque anno M CD XXXV. Fortebraccium, clarum bellatorem & acerrimum Romani Pontificis nec non Sfortiarum, eitunc militantium, hostem, Camerium oppugnantem, prælio fudit & cepit, sed graviter vulneratum, quod ob insitam ferociam dedere se nollet, itaque & paulò post animam efflavit. Pari felicitate an. M CD XII. aduersus copias Alfonsi Aragonii, loca, quæ frater ejus in Brutis tenebat, infestantes, pugnavit, capto Raimundo Cardona, earum ductore; vice versa vero cum nonita multo post Asilium cum pedeletri præsidio missus esset, adversa usus est fortuna, urbe à Picinino atu per aquæ dumum occupata, hinc noctu eam deserere, & per hostes perque confragos & nivibus obvios saltus cum paucis pedeletri itinere ad fratrem redire coactus fuit; at id dannum mox strenua Firmi defensione & dicti Regis Alfonsi depulsione, nec non victoria de Franc.

Rrr 2

Picin-

(q) *Corona della nobiltà d'Italia Narrat. XVIII. cap. 5.*

(r) *Lococit.*

Picinnino, Braccianorum ductore d. X Kal. Sept. an. MCD XLIV. prope Truentum amnem in Picenis reportata, sarcivit. Gratiam ergo relatusus Franciscus Alexandre fratre pro fidei ac strenua sibi navata opera, hortatu Friderici Montefeltrii Urbinatis, sibi amicissimi, Pisaurum a Galeacio Malatesta XX aureorum nummorum millibus emit, eamque legem sibi ferri passus est; ut ejus urbis imperium Alexandro traderet, cui paulo ante nuperat Constantia, Galeacii ipsius neptis, nata ex filia Elisabetha, quam Gentili Varano Camertii domino in matrimonium dederat, eaque via ille Pisaurum civitatem situ & vetustate nobilem, adeptus est. Sed inconstantiae & suspensae ex fortuna fidei documentum sequenti statim anno dedit, cum fratris res Eugenii Papae & Alphonsi Regis Aragon. & Neapol. armis in maximas difficultates anguitiasque redactae fuissent, tunc enim illo desertu sibi ferisim ivit consilium, seque & Pisaurum Papae permisit; quamquam mutata brevi intervallo in melius fratris fortuna ei se redditus, utque labem illam elueret, gnaviter & constantem laboravit. Anno M CD LIII. a fratre cum 2000 milibus Florentinis auxilio missus, magno rebus eorum praesidio fuit; sed gratiam, quam ab iis solidam inire poterat, corrupti, dum ad extremum mercatores rorū, sub praetextu defraudatae sibi partis decendico stipendio, depraedaret. Anno MCD LXIX. cum post excessum Sigismundi Malatestae Ariminī reguli filius ejus nothus Robertus paternum principatum sibi vindicasset, ringente Romano Pontifice, Alexander Sfortia sive inductus Ariminum ab Ecclesia Rom. tolerabili tributo obtinendi, si Malatestae eruptū fuisset, arma sua cum Pontificis sociavit; sed pugna viētus & acie exutus de spe conatus depulsus est. Anno MCD LXXI. Venetus adversus Florentinos militavit, interfuitque tumultuariae pugnæ, quæ ad rivum Rīcordinam dictum hau procul Florentia æquo utrinque Marte commissa fuit. Abhinc binū circiter spatio Gotignola Primajum navigans morbo corruptus, & in loco Ferrarensis ditionis, cui posse nomen mortuus est. (i)

CONSTANTIUS Sfortia, in memoriam matris suæ, quæ animam cum eo enixa est, ita appellatus, patri Alexandre in Pisauensem principatum successit, cumque XI annorum Ipatio rexit togæ ac sagi artibus, quibus pariter præditus erat, urbemque adificiis ornavit & castro munivit. Postquam diu Florentinis stipendia fecisset, extremo vitæ sua tempore ad Venetos, illorum hostes, transiit, levitatis & perfidiae probro ea propter satione Ammirato notatus. (r) Quo minus verò isti uti eo possent, mors impediit, quæ Constantium brevi morbo abripuit. Eam licet Florentini haud ægræ tulerint, attamen quia, sicuti idem autor ait, odium amicitiaque post rationes status duci solent, literis ad *Camillam*, defuncti uxorem, datis scriperunt, rempubl. Florentinam illam resque ejus curæ semper & cordi habituram, gaudere etiam, quod Pisauense imperium filio Constantii priogenito, cuius licet privigni, tutelamilla suscepisset, delatum fuerit. Nuptiarum, quas Constantius cum dicta *Camilla*, paternum genus ad Marzanos Suessæ & Squillacii in regno Neapolitano Duces, Maternum ad Aragonios Neapolis Reges referente, celebravit, tantum fuisse ferunt magnificentiam atque apparationem, ut regiam æquaret & digna visa esset, quæ typis evulgaretur. Atque ostentare regiam cognitionem in scuto suo Constantius solitus est; quadrupartitum enim assumisit, cuius prima quadra aquilam imperialems, secunda aurea crux patibulatum nigram, *Marzana* digmam, tercia regnum *Neapolitanorum* insignia, quarta leonem, *Sfortianum* cum pomo coccineo representabant. (n)

JOHANNES Sfortia, Constantii filius è concubina genitus, deficiente legitima ex illo prole, in Pisauense dominium successit, autoritate Papæ Sixti IV, censum annum DCCL scutariorum sibi depacti. Quia pueritate annos nondum excesserat, *Camilla*, Constantii uxor relicta, curam ejus & regiminis suscepit; eaque materna fide functa est, ita ut subditos, ad rebellionem pronos, in obsequio retineret, aliaque mala, quæ imminent, prudenter averteret. Quantumvis verò Johannes à prima juventa Philosophiæ studiis mirè deditus & excultus fuisse prædictetur, præcepta tamen ejus factis minimè expressit, cum adulta etate, & par fnoli regiminis sibi visus, *Camillam* optimè de se meritam non solum omni autoritate exuit, sed etiam ditione sua excedere jussit, fidem faciens, quod *Zazzara* observavit, sentia Cornelianæ: *Beneficia cō usque leta sunt, dum videntur exfoli posse, ubi multum antevenere, pro gratiā odium redditur.* Militavit aliquandiu Ferdinando Regi Neapo-

(s) Simonetta Sfortia ad, Lib. III. IV. & seqq. Corin parte VI. Vincentius Cinarellus Histor. Urbinat. Lib. II. Cap. 2. Scip. Ammirat. Hist. Flor. Lib. XXIII. & XXIV. (t) Lib. XXV. (u) Leander Def. Ital. edit. Venet. pag. 292. Zazzara della Nob. d' Italia.

Neapolitano, donec armis Caroli VIII Regis Galliae ingruentibus, & cunctis Italiae regulis sollicitudinem incutientibus suis rebus profpicere necesse habuit; egregie autem sibi provisum atque praecautum putavit affinitate, quam cum Alexandro VI Papa contraxit, ducta in matrimonium Lucretia, ejus filia; sed ea post ortas suspiciones vel repudiata, vel a patre ipsi adempta, paulo post anno nempe seculi iuri à Caesare Borgia, Lucretia fratre, Romanie Marchiæque imperio inhante, Pisauro ejectus, paratamque necem, fuga evitare coactus est. Ita extorris Venetias se recepit, ibidemque *Genevra Tiepolos*, patricia gente ortam connubio sibi sociavit; Alexandro Papa autem è vita sublato, & concusa Caesaris Borgiae licentia, Pisaurum rediit, ubi latè animis à civibus popularibus que exceptum fuisse, eosque moderato imperio usque ad obitum suum rexisse Leander & Cimarellus referunt; econtra nonnullis scriptoribus tyram니 appellatione notatur, improboque & crudeli animo fuisse perhibetur, quandoquidem cum Bajazetha Turcarum Imperatore amicitiam commerciumque literarum, quibus omnia Christianorum principum consilia rerumque eventus ei patefecit, inierit, eundemque adveritus Venetos in auxilium Ludovici Sforzæ Ducis Mediolanensis excitaverit, & Pandulphum Colenuccium, Pisfaurensem, virum doctum & historia Neapolitania aliisque scriptis illustratum, deprehensis literis, quibus nomine Herculis Ducis Ferrarensis populares ad fidem Borgiae servandam exhortatus est, in carcere conjectum strangulari curaverit. Filium post se reliquit parvulum CONSTANTIUM secundum, è Tiepolo suscepimus, quem & Principatum fratri Galeacio commendavit, sed illi patri haud diu superites manit, & morte sua matri ad vitam monasticam, quam in cenobio Muranensi S. Clara amplexa est, viam aperuit. (w)

GALEACIUS Sforzia, Johannis frater, Julio II Pontifici Romano stipendia fecisse, & copias auxiliares, quas iste Maximiliano Imperatore Patavium oppugnanti ex feedere submisit, ducta se memoratur. Post obitum Constantii II nepoti sui è fratre Pisaurum se contulit, urbis illius imperium sibi avito jure vindicaturus, sed Papa refrangante vi majori cedere eidemque quibus potuit conditionibus id relinquere coactus est, invito populo Pisfaurense, qui discedentem magna frequentia deduxisse, multisque lacrymis dolorem suum declarasse Cimarello memoratur. Itaque Franciscus Maria Roboreus à patruo Pisfaurense domino in vestitus est, qua via cum Urbinateensi ducatu conjunctum id fuit. Cæterum Galeacius ad Maximilianum Sforziam Mediolani Ducem se recepit, cum quo aliquando nocte in tempestate Ticino Mediolanum proficisciens, excubiisque Helvetis no men edere recusans, sclopotto impetus atque ita in latere vulneratus est, ut animam efflaret, quemadmodum Fr. Zazzara refert; (x) Jovius id accidisse ait, Galeacio cum Maximiliano à festo Matronarum convivio noctu sine funeralibus in Curiam redeunte ex occurru incognitæ armatorum catervæ, ortamque esse suspicionem non fortuitum, sed Sacromori Vicecomitis insidiis paratum, casum fuisse. (y)

AD TAB. V. ET. VI. SFORT. GENEAL.

Mutio Attendulo Sforzæ ex justo cum *Antonia Salimbenia* matrimonio filius unicus susceptus est, BOSIUS à genitore appellatus, ut patrelis sui Bosii Attenduli fortissimi equitum praefecti, quem ad Spoletum amiserat, memoriam in domo suo renovaret. Indole ac virtute animi haud imparem fratribus suis Bosius se prebuit, rerumque, quæ à Francisco, natu maximo inter illos, aut ejus auspiciis, gestæ sunt, magna pars fuit; insignis maximè opera ejus extitit in bello Mediolanensi, quo, cum ipsa urbs oppugnatur, pro moenibus fortissimè dimicans glande latus ei percussum est. Per multum ante, nempe anno MCD XXX apud Orvietum cum CC militibus jussu Martini V Pontificis Romani custodiarum oppidi illis ergo hærens, nobilem & opulentam uxorem duxit parati ac pronubis Ludovico Gentile & Brandolino Monaltesco, filiam videlicet Comitis St. Flore, que, Jovio referente, septem oppida in Hetruscis in hereditaten trahebat. & gressu, Dantis Poete testimonio, ad prestatam Hetrusci Requie sanguinis originem referebat. (z) Enituit post illa Bosii Sforzæ virtus in ancipiti proelio, quod anno M C D L I X .

Sss

die

(w) Leander loco cit. Cimarell. Histor. Urbin. Lib. II. Cap. 2. Guicciard. Hist. Lib. V & VI. Zazzara op. cit. [x] Leander & Zazzara locis cit. [y] Histor. Lib. IV. Integrum Jovinianationem videbis supra in Notis ad Tab. XXIX. f. De Sacro mōro Jovinus &c. (z) Jovinus in Vita Magni Sforzis Cap. LX. & Zazzara op. cit.

die X Kalend. Jul. apud St. Fabiani prope Truentum annem cum Jacobo Picinino commissum est. (a) Mortua *El conora Aldobrandina* scd secunda transiit vota cum *Crispe de Capena*, ætatemq; ad sexum supra sexagesimum annum produxit. Filii tres illi tribuuntur e quibus natu minianus FRANCISCUS Sfortia solemnibus nuptiarum Ludovici Sfortia cogn. Mori cum Beatrice Atestina interfuisse, atque in hastiludio ad majorem earum splendorem celebrato strenue dextereque fecisse, deinde Blancam Sfortiam, Maximiliano Imper. sponsam in Germaniam comitatus esse, memoratur (b) idem in Lombardia caltrum *Arquatum* tenuit, filiumque post se reliquit naturalem SFORZINUM dictum, qui *Misfratus pariter & Martis alumnus*, Henningio (c) audit. Fit ejusdem apud Gviciardinum (d) mentio, & refertur quod Franciscus Sfortia Duce, deditio nem arcis Mediolanensis faciente, patrum inter alia fuerit, ut Sforcino Castellum novum in Dertonensi agro situm daretur. Cum ætatis sua anno quinquagesimo sine prole mortuus esset Arquatense castrum ad BO-SIUM II Sfortiam, primi è filio natu maximo Julio pronepotem, devolutum est. Hic in matrimonio habuit *Constantiam Farnesiam*, Pauli III Papæ notham, de cuius cum patre consuetudine, *Bernardinus Ochium* in libello Italico virulento adversus dictum Pontificem edito ne fanda effutivit, & veneno Sfortiam à socero, ut filia liberius potiri posset, sublatum esse perhibuit.

Pulchro liberorum chorum familiam Sfortianam *Confiantia Farnesia* auxit, sex filiorum, quatuor sequiorum sexus mater facta, illi omnes partim in Ecclesia partim in militia maximam gloriam summasque dignitates assecuti sunt. Qui seculari vitæ genus coluerunt, imprimis in bello Senensi clari facti sunt, in quo diversas secutis sunt partes: namque ASCANIUS & PAULUS Cæsari & Cosmo Mediceo militarunt, MARIUS autem & CAROLUS, Hierosolymitanæ militiæ per Galliam Cisalpinam præfectus, *Prior Lombardie*. vulgo dictus, Regi Galliae, cuius inclinatam Senensem ejusq; Hispaniis se dederat, stipendia fecerunt. ASCANIUS, qui misso hoc nomine *Sfortia* appellata maluit, Sanctæ Floræ Comes universo Cosmi equitatu præfuit, hancque spartam egregiè ornavit. MARIUS à Petro Strozzi, Gallicarum copiarum ductore, Cafolio impositus crebris excursiōibus hostes laceffendo, prosperaque pugna, quam cum Meleniano Marchionem apud Monasterium, Cardinalis Mignanelli castellum, commisit, gloriam adeptus est. PAULUS impavidj spiritus & magnæ expectationis juvenis, cum prima militiæ rudimenta poneret, in conflictu apud Piscium, quo Galli iterum superiores discessere, captus sed mox cum Theophilio Celcagnino Comite vicissim à Cæsareanis capto, permutatus est. Secutum est post dies non ita multos proelium Marcianum, cui dum velitationibus præluditur & MARIUS Sfortia ardentius in hostem invehitur, equo suffuso ab Alexandro Pelagio captus, dumque eum hoti cripere conatur CAROLUS frater, captus & ipse ac uteque Florentiam ducta est. In ipso proelio, quod in diem III. Non. Sextilis anni MDLIV incidit, quoque Galli coesi pulchram victoriā Cæsareanis & Mediceis reliquerunt, non alijs magis, quam SFORTIAE Sanfloriani Comitis virtus atque opera enuit. Senis anno qui illum excipit subactis cum major Sfortia gentis bonorum pars in Cæsareis potestatem veniret, & novum in Italia bellum gliseret inter Paulum IV Papam & Cæsarem Philippumque ejus filium, & Galli Pontificis partibus se miscerent, Sanflorianus Comes, familie suæ princeps, qui cum Guidone Alcanio Cardinali, & Alexandro tunc Cameræ, uti vulgo appellant, Clerico, fratribus partes Cæsareanas semper secutus fuerat, Carolo & Mario alteris fratribus, nuper captis, facili negotio perfuasit, ut Gallos deferenter, & tutiori fortunæ fortunas suas crederebant, sed Carolus, qui sub Henrico Rege Gallia merebat, & duas triremes optimè instructas in Massiliensi portu r̄elicherat, cum ē Gallia ad Senensem bellum præfetus esset, ne nudus & inermis ad Cæsarem transtii se videretur, triremes illas Gallo subducere cupiebat; itaque simulatione obductis literis ad Regem missis obtinuit, utiliæ Nicolai Alamanii ductu Centumcellas, Pontificiaæ ditionis oppidum, appellerentur, statimque ALEXANDER Sfortia, Caroli frater, triremes, tanquam à fratre emtas, sui juris fecit neque tamen eas inde deducere potuit, à Petro Capuano arcis præfetto, apud quem Alamanus de vi injuriaque conquestus erat, portu clauso prohibitus.

Verūm

(a) *Simoneta de reb. Franc. Sf. Lib.*(b) *Trist. Calchii Nuptiis Augustis p. 96. § 112.*(c) *Theatr. General. P. II. pag. 1109.*(d) *Hist. It. Lib. XII.*

Verum reisertior factus GUIDO ASCANIUS Sforzia Cardinalis, inscio Pontifice, pate Jo. Franc. Lotinum, quem à secretis habebat, à Johanne Montori Comite, Papae fratri filio, diploma ad Centumcellenis arcis praefectum impetravit, quo ille jubebatur Alexandrum cum tricembris liberè dimittere, neque se Regum negotiis immiscere. Itaque Alexander statim Cajetan, indeque Neapolin ad Proregem Bernardum Mendozam, Auri-amque Hispanicæ classis praefectum tricemes deduxit. At Pontifex re cognita immanc quam commotus est, statimque in carcerem Lotinum conjici, Alexandrum Sforiam citari & audacis facti rationem reddere, Cardinalem quoque gravissimis inditiois poenis curari jussit, ut tricemes quamprimum Alamanno restituerentur; hoc cùm in potestate Cardinalis non esset, gravissimasque interea minas Pontifex intentaret, se nimonitis ac mandatis Sforiae parerent, in eos acerba quæque exempli dictum, Cardinalis etiam Carafa Papæ nepos Sanflorianum ad se vocatum in Adriani arcem custodiendum misit. Et, effectum de-nique est, ut è carcere liberandi Cardinalis fratri causa Comes Sanflorius, qui Cosmì Hetruriae Ducus exercitu adhuc praeerat, ab Hispanis enixè contendenter perfeceritque, ut tri-remes restituerentur. Quamvis autem Sanflorianus Cardinalis redditus tunc libertati fuerit, ob novas tamen paulò post suspicione Papæ iussu denud in Adriani molem conje-ctus, & Alexandro, ejus fratri, absenti Sacerdotium adenitum est. Flagrante eodem inter-Romanum Pontificem sive Carafas Gallosque eorum adjutores & Cæsarem bello SFOR-TIA Comes Sanflorianus anno MDLVII servatae civitatiæ, adversus Franciscum Lotha-ringium Guiisia Ducem, qui maxima vi eam oppugnandam suscepserat, decus retulit, labo-rumque ac fidei decoramentum torqueum Ordinis Equestris Aurei Velleris a R. Philippo II accepit. Cosmus deinde Hetruriae Dux, cum anno MDLXV filio suo Franciso uxorem conciliaisset, Johannam Autriacam, Ferdinandi Imperatoris genitam, usus est Sanfloriano Comite inter preciopus, per quos de pactis matrimonialibus transactum, & consueta inter magnates honoris & civilitatis officia peracta sunt. Pacata postea Italia, cum Gallis domi bellum esset exortum, idque civile & pro aris utrinque suscepsum, Pius V Papa Regi Gallici Carolo copias auxiliaries misit, eisdemque Sforiatum Comitem Sanflorianum cum summo imperio præfecit, ob singularia rei militaris peritiam, tanto numeroparem, a Pontifice gratie dante de-lectionem, quod Viri illi ultra Thessaliam de illo judicium fuit. A Due quoque Hetruriae aliquæ militum cohortes submissis esse, quas Marinus Sforia, Sanfloriani frater, ducavit, Ammiratus referit. Post Monconturianam pugnam, qua eximia Sanfloriani Comitis opera extitisse prædicatur, & regii victores debellatum esse cum Protestantibus putabant, dimisi Itali, & Sanfloriani post adas a Rege Pontifici & ipagratias, bonorisq; tellinorum decoratis, in hunc ipsius capiti dus-sus cum preciopus ducibus honorificiter remuneratis domini abutti, ut Thessalai iterum verba referant. Pro-ximo ab eo, quo illa gesta sunt, anno, qui septuagessimus feculi fuit, cum bellum inter Venetos Turcasque ob insulam Cyprus ortum esset, & Papaa supra laudato anniente Rex His-paniarum cum ipso ac Venetis in sacrum foedus coniisse, instructaque ingenti classe expeditio adversus Turcas suscepta esset, Sanflorianus quoq; & Paulinus Sforia frater in ea interfuerunt, & in memorabili apud Echinatas prælio fortitudinis sua documenta dederunt. (e) Elapso abhinc quadriennio Sanflorius fato suo perfunditus atque in aede S. Bernhardi in Thermis, quam secunda ejus uxor Caterina de Nobilibus, Julii III Papæ sorore neptis, condidit, sepul-tus fuit, ubi hoc legi epitaphium Lazzara referit:

SFORZIA SFORZIE COMITI S. FLORÆ BELLATORI SPECTATISSIMO,
EXERCITUUM DUCTORI V.C.

ob anno 1571.

CATERINA NOBILIS SFORZIA COMITISSA S. FLORÆ.

De GUIDONE ASCANIO & ALEXANDRO Sforziis, quorum jam mentio supe-rius facta est, nonnulla dicenda supersunt; prior literarum studiis Bononiæ in collegio Far-nesiano tinet, ætatis anno decimo sexto nondum impleto ab avo materno *Cardinalis Dia-*

Sss 2

comis

(e) *Scip. Ammirat, Hist. Flor. Lib. XXXV, Thessal., Lib. XIV, XV, XVI, VII, VIII, XLIII & XLIV.*
Audr. Manroc, Hist. Ven., Lib. VII.

conus SS. Petri & Modesti in macello martyrum creatus, more ecclesiæ Anglonensis, Montisflaconis & Cornetanæ, Clusinæ ac Parmensis administratione cumulatus, Patriarcha Alexandrinus, Bononiæ Amiligne Legatus, S.R.E. Cameravimus electus, & in Pannoniam ad bellum contra Turcas missus fuit. Sub Julio III. Diaconus Cardinalis S. Mariae in via lata Parvæ apud Octavianum Farnesium legationem obiit, ut pro rebus Parmensisibus antequam Pontifex bellum susciperet, aliquid consilii caperet. Apud Paulum vero IV Hispanæ Prosector, cum gravissimam contraxisset offendit, ceu è supra dictis intelligere est, in gratiam tandem cum illo redit, pacisque inter eum & Philippum II Hispanæ Regem conciliator exitit. S. Matthei Majoris Basilicam, cuius Archipresbyter fuit, nobili facello, ex Mich. Angeli Bonorati modulo artificiosè exstructo ornavit, ibidemque postquam apud Insulæ ratissimo XLV diem supremum obiisst, à fratre tumulatus est. ALEXANDER Sforzio jactis literarum fundamentis adhuc juvenis Basilicæ Vaticanae S. Petri sacerdotium, mox Cameræ Apostolicæ Clericatum obtinuit. Malo deinde quod sub Paulo IV Papa sibi attraxisse suprà dictus est, defunctus eidemque reconciliatus, annona curam suscepit, maximaque integritate & laude gessit, ita ut à l'io IV urbis & totius Ecclesiasticae ditionis Annona præfectus constitueretur. Anno 1560 Episcopus Parmensis, cedente fratre, electus, illoque vivis exempto Presbyter Cardinalis tituli S. Mariae in via renunciatus est. Quæ porro munia obiecit & qua fama, sequens indicat inscriptio Camertina: *Incyto SFORZIANO nomine ALEXANDER SFORZIA, qui bellicis primi laudibus insignitus in Clericorum camera collegium complatus, rebus in urbe preclarissime gestis à Pio IV. magna totius Reipubl. Christianæ expeditione ad Cardinatutus jauginae eius legatione Amilia atque Flaminie sub Pio V integrissime finitis, à Gregorio XIII. ob eximiam iuris protectionem justitia Signature, maxima provicia non eis nubis inuiditate, præfatis, ab Hispaniarum Rege apud Apoll. Secundum suorum regnorum omnium preposito ne prepositus, Italia rebus ingenti penuria, plurimisque aliis calamitibus exigitatis & intransiuntibus Legatus ab eodem Pontifice ac amplissima in fiducia totius Italicæ Ecclesiæjlice potestate, nullo ante exemplo cogitq; renunciatus, ex urbe egressus divinam cruxem humanis comitatis aravis patruonij Ducatusque spoliis communis profugit, ac pacatis civitatibus Perusijisque ac totius Umbriae compotis rebus, Cameranum gratissimum acceptis, Principi jufo, clementi, liberali, & avite clarissimorum Iustitiae Duci, SFORZIADUM QVÆ omnum Heronum virtutis gloriaque inclyto Heredi amplissatori. Falterius Camerini Gubernator P. P. Anno Salutis M.D.LXXX.* Decessit Alexander repentina casu Nataceræ in Marchia Anconitana die Martis XVI Kal. Junii, hora decima octava anno 1581, corpus ejus Romam deportatum in sepulcro quod vivis sibi erexerat, è regione fraternali, in facello familie in Basilica S. Mariae Majoris, conditum est. (f)

FRANCISCUS Sforzia, Ascanii Comitis Sanctæ Floræ & Catharinæ Nobilis filius, primum apud Octavianum Farnesium Parmæ Duceim, mox apud Francicum Hettruric Ducem educatus, hujus postea sororem sponsam duxisse Ciacconio perhibetur. Anno attatis XVIII. bellicis laudis, qua pater orbem terrarum impleverat, cupidine inflammitus, ad Belgicum bellum præfactus est. Illic sub Alexandro Farnesio consobrino suo nilitice tyrocinium fecit, atque ita brevi incharuit, ut Hispani milites, siquando eis proprius Dux aberat, illis quam alterius Itali Principis imperio regi mallingent. At cum tertio stipendiiorum suorum anno a Rege Philippo Dux Italorum militum apud Belgas Generalis designatus esset, à castro ad curiam vocatus, galeamque cum galero commutare jussus fuit à Papa Grægorio XIII, qui nil tale expectantem Cardinalem Diaconum existente anno 1583 creavit; eam dignitatem ille absens accepit, & deinde Presbyter tit. S. Matthœi in Merulan factus, tandemque Episcops Cardinalis Ecclesiam Albanensem an. 1618, & Tusculanum ann. 1620 adeptus est. A Sexto V Flaminio ab exilibus ferè oppresso Legatus constitutus spatio unius mensis oclingens patriæ hōtib; cæsis, provinciam pacavit itaque moderatus est, ut Flaminio Prosector à provincialibus eligeretur. Comitiis pontificis novies interfuit magna prudentia & dexteritatis existimatione, magnaque autoritate. Mortem obiit Romæ sexagenario major, & sepultus est in æde S. Bernardi apud Thermas prope Catharinam matrem. Princeps inter alia animi decora ingenii perspicacis, multæ magnificencie, summae industrie & humanitatis; memorias autem adeo tenacis, ut variis rerum & nationum historias, quibus plurimum gaudebat, perpetuò completeretur, & tam rebus quam sermonibus prudenter aptaret. (g)

MARIUS Sforzia, de cuius rebus gestis jam dictum fuit, felici matrimonio, quod cum *Envia de Comitibus*, illuſtrissima stirpe Romana sata, contraxit, nova feuda prædiaque,

[f] Ciaccon. Hist. Pont. & Card. Tomo III.
pag. 282.

[g] Ciaccon. Op. Cit. Tomo IV. Ughelli, Ital. Sacr. Tomo I.

in familiam suam ingulit, illa enim castri *Valmontone*, quod *Labicum* priscis appellatum fuisse Learder tradit, & Signiz oppidi in Latio siti, heres fuit, Apsteriore Ducum à priore Principum titulis eorum posteri usi sunt, & Comitum cognomen cum Sfortiano coniunxerunt. Ceterum quemadmodum Marius Gallicis additus fuit partibus, ita etiam, qui ab eo prognati sunt ad hanc usque etatem ut plurimum eisdem se dediderunt, & honores equestres pensionesque annuas à Regibus Galliae acceperunt. FRIDERICUS Sforza tamen Alexandri Duci Signiz, Equidis Ordinum regiorum Gallicorum, filius, quem post administratram Avenionensem provinciam ex Referendario utriusque Signaturae atque ex Protonotario *Cardinali* Innocentius X. Papa creavit, Hispania se dedidit, partes Oratoris Hispanici in urbe peregit, Neapolitani regni gessit patrocinium, & Archimandrita Siculi munus sustinuit. Adscriptus idem fuit initio Diaconii Cardinalibus, deinde presbyteris, & praefuit ad SS. *Equitii* & *Eudoxia*. Procamaratii etiam munere in absencia Cardinalium Barbarinorum functus est. Anno 1646. Ariminensem Episcopatum suscepit, iterumque postea abdicavit, vixitque duos supra septuaginta annos. HENRICUS, ejus frater, Melitensi militiae nomen dedit, sed voto continentiae insuper habitu nocturno post le reliquit *Acanum*, qui Marchesius Sforzia dici voluit, & pater aliquot liberorum ex Parisiensi muliere factus, haud ita pridem decessit. A MARIO II. & PAULO Sforzis in ramos stirps inducta est, quorum alter in Marii filio unico LUDOVICO emarcuit; is an. 1675. XXIX. Sept. torquem Ordinum Regiorum Gallicorum una cum Flavio Ursino Duce Bracchiani & Philippo Columna Principe Sonnini, à Duce Nivernio Romæ in æde S. Ludovici magna ceremonia & frequenti pompa suscepit, & deinde, defuncta sine liberis conjugé conterræ, cum Galli jam sexagenarius connubio coire sustinuit.

PAULUS Sforzia quinque post se reliquit filios, celebri apud Romanos hominum fama & multo nomine. FRANCISCUS caput familie morte patrue lis factus titulum avitum Comitis S. Floræ assumis, ductaque Neapolitani uxore è splendidissima Toccorum familia ortam, illic ut plurimum degit, prole destitutus. MAXIMILIANVS sumta toga Ecclesiastica vita caruit, priusquam ad honores emergeret. ANTONIVM ob ingenium illustre, multam doctrinam & Latinorum versuum venustatem *Prospere Mandofius* Eques Romanus, genere aceruditione nobilissimus, laude dignum censuit in *Bibliotheca sua Romana*; (b) at idem vitæ morumque licentia carcera exiliaque sibi attraxit, obiitque mortem propriebitatem Viterbiæ. FRIDERICVS nuptias, cum *Livia Cesarina* que jam Vestalibus adscripta erat, ad clathros monasterii S. Annae celebratis, orbi innotuit, negociumque sibifacefivit, quo tamen brevi, postquam matrimonium hoc pro legitimo declaratum fuit, levatus est. ALEXANDER Ecclesiasticum vitæ genus sectatus cum *Nuntii Pontificiū* spartam ab Innocentio XII. sibi demandatam Augustæ Taurinorum aliquandiu ornasset, ibidem in medio honorum cursu morte intercepitus est.

(b) Vol. 2, Gent. 10, num. marg. 27.



2

--

005656994

